irreuocabiliter duo milia floꝝ. licitū ſit cū pacto recipe a mutuatario aliquā poſſeſſionē valentē annuatim importare. c. floꝝ. in redditib⁹ vel fructib⁹ pacto vel intentione percipiēdi fructus illius poſſeſſionis ſine illorū cōputatione in ſortē donec ei a mutuatario ſoluat̄ ſors mutuata ſcȝ duo milia floꝝ.

Solutio queſtiōis ſtat in quattuor ſuppoſitionibus ⁊ nouem concluſionibus

In prima ſuppoſitione recenſent̄ ſeptē circumſtantie cum quib⁹ ſolet veſtiri ꝯtractus queſtionis. Dehinc in ſecūda ſuppoſitione multis exemplis ex diuina ⁊ humana lege prolatis oſtendit̄ ꝙ non ſequit̄ cōtrahentes nominant ꝯtractū aliquo nomine igit̄ eorum cōtractus eſt talis.

## Additio poſt finem ſecūde ſuppoſitionis legenda

Confirmatur ſecūda ſuppoſitio ſic. Quia ſi eoipſo quo hoīes ꝯtrahendo nominarent ſuū ꝯtractū aliq̄ noīe: ille eorū ꝯtrctus eēt vere ⁊ ſubſtātialr̄ talis: tūc ſeq̄ret̄ ꝙ fidelib⁹ etiā q̄ ad interitū ſalutꝭ eterne: captioſiſſimū eēt: ꝯhendo ſiſ̄ verbore⁹ noīare cōtractū aliquo noīe: ꝯſequēs eſt incōueniēs ſeq̄la probat̄ dupl̄r. Pīo: qꝛ de neceſſitate ſalutis eterne ē ꝙ fideles mutuādo nō cōtrahant cōtractu nō gratuito. ſi igit̄ cōtrahendo vero ꝯtractu emptiōis etiā iuſto et iuſticie cōmutatiue ꝑ oīa cōformi: ſic̄ uterētur vocabulo mutui: ⁊ ita oporte[illegible]m cōtractū eoꝝ eſſe mutuū: cū tm̄ n[illegible] gratuitus ꝯtractus: ſeq̄ret̄ ꝙ eoipſo quo iuſta emptione emendo aliq̄d dicerent mutuo: peccarēt mortalr̄: ꝯſequens eſt incōueniēs Pīo: qꝛ conſtat ꝙ non peccaſſent mortalr̄ ſi ſolū ab eo vocabulo abſtinuiſſent: q̄tūcunq̄ in re omnino ⁊ ꝑ omnia idē egiſſent ac eodē modo cōtraxiſſent: quō igitur ſolius illius vocabuli expreſſio poſſet facere eos peccaſſe mortaliter quo ad ꝯtractum. cū al's omnino eūdē actū feciſſet. Secundo: qꝛ ceteri fideles litterati in oīo ſibi contractu nō peccarent mortalr̄ qui ſcientes naturas ꝯtractuū ⁊ eoſdē appropriate appellare: nō ſic eū noīarent. igit̄ nec illi peccarēt. Scd̄o ꝓbat̄ principalis ſeq̄la ſic. qꝛ de neceſſitate ſalutis eterne ē ꝙ fideles nō cōmittāt ſimoniā: nec nitant̄ dona ſpiritualia acquirere ꝯtractu nō gratuito ſcȝ emptione ⁊ hmōi: ⁊ tamen ſi eoipſo quo cōtrahentes noīarent aliquē ꝯtractū aliq̄ noīe oporteret illum ꝯtractū eſſe talem qualis per nomē importat̄: tunc oēs ſimpliciani fideles improprie loquētes d̄ actu ſuo meritorio q̄ acquirunt ſpūalia dona peccarēt totiens mortaliter quotiēs ſic acquirēdo nominarent ſuū actū tali noīe: q̄tūcūq̄ intentio eoꝝ eēt ſincera ⁊ mens nequaq̄ verboꝝ rigori cōſona: quia loquentes de illo vtunt̄ vocabulo ꝯtract⁹ nō gratuiti. vnde cū acq̄rūt literas cōfeſſionales ꝑ op⁹ pium: puta porrigēdo manū adiutricē ad aliquā piam cām dicunt ſe emiſſe tales lr̄as ſeu facultates ⁊ gratias ibi contentas ſcȝ eligendi confeſſorem ⁊ abſolutionem conſequēdi a reſeruatis vel non reſeruatis. Itē dicunt ſe redemiſſe ⁊ per conſequens emiſſe indulgentias quando per aliqua opa pietatis impenſa ſponſe chriſti ſcilicet eccleſie merentur a vicario ſponſi eandem de theſauro eidem ſponſe relicte remunerari. Similiter dicunt ſe emere anniuerſaria quando per temporalia ſtipendia pietatis impēſa perſonis eccleſie merentur ab eiſdem.

recipere ſpūalia bñficia:imo etiā ꝓphe vtū
tur vocabulo emptōis ⁊ venditōis qñ lo
quunt de ꝯſecutione meritoria ſpūalium
quaſi opus bonū ſit p̄cium ⁊ ſpūalia ſint
vt merx. Vñ Eſaias de ſpūalibus donis
⁊ gratijs ⁊ ſpēaliter d̄ euchariſtia ſub noīe
panis ⁊ potus dicit. Oēs ſitientes venite
ad aquas ⁊ qui nō habetis argentū emite
⁊ comedite ⁊c. q̄ſi actus de ꝯgruo vel con
digno meritorius alicuꝰ ſpūalis doni ſit
vt p̄cium: ⁊ donū vt merx: ⁊ elicitio actus
⁊ relatio euſdē ad illud donū ſit vt emptio
⁊ p̄cij ſolutio. Relinquit igit ſecunda ſup-
poſitio ſufficienter oſtēſa. Finit additio.
Poſtea poſt tertiā ſuppoſitionē ſoluūt
duo argumenta que ex humanis poſſunt
contra ſecundā ſuppoſitionē ꝓferri legib.

# Additio poſt

eorundem argumentorum ſo
lutiones legenda.

Pro confirmatione autē ſolutionis
date ad primū ex p̄dictis duo-
bus argumētis notādū ē ꝙ i. l. ſz ⁊ ſi q̄s i-
pediat. §. Si cui. ff. de religio. ⁊ ſumptibꝰ
funeꝝ. dicit iuriſcōſultus ita. Si cui fune-
ris ſui curam teſtator mādauerit: ⁊ ille ac-
cepta pecunia funus non duxerit de dolo
actionē in eū dandā Mela ſcribit hec ibi.
Ex qua lege patet aperte ꝙ mandatū man
datario iniunctū ⁊ ab eo ſuſceptū nō parit
actionē mandati cōtra mandatariū q̄ mā-
datū nō fuit executꝰ: ſed actionem de dolo
que ſecum actionē mandati non cōpatit. l.
ideoq3. ff. de dolo. Et licet cōiter doctores
in. l. mandatū. C. mandati. dicant ꝙ h̄ mā-
datū expiret. ideo non detur mādati actio.
ſed de dolo. Salicetꝰ tñ videtur p̄dictum
textum melius ponderaſſe alijs ⁊ huic nō
placet aliorū dictū dicentiū mādatū predi
ctum de ſepeliendo funus morte teſtatoris
expiraſſe: quia ſi hoc eſſet verum: vtiq3 nō
deberet intantū obligare mandatariū: ſcz
ꝙ ip̄e nō ſepeliendo: ⁊ ſic ꝓpter nō implemē
tum mandati iniuncti ⁊ p̄ eū ſuſcepti: d̄ do
lo teneatur: cuius contrariū dicit textꝰ ille
ꝓpter qd̄ Salicetus dicit ꝙ mandatū illō
durat ⁊ obligat mādatariū mortuo teſta-
tore ad funerandū: nō tñ ꝓducat actionē
mandati ſed actionē de dolo: ⁊ hoc iō: q2
ip̄m factū ſepeliendi ſimplr̄ cōſideratū nō
recipit eſtimationē ⁊ ſic nec intereſſe intrin
ſecū: ergo p̄textu eius nō cōpetit actio mā-
dati. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. ⁊. l. ſi procu
ratorē. §. mandati. ff. man. Intereſſe aūt ex
trinſecū ip̄ius facti nō extimatiuū hñ reci
pit: p̄ q̄ dat actio de dolo. ⁊ ſubiūgit Sa-
licetus dicens: ⁊ p̄ illa potes intelligere il-
lum textū habentē ſenſū eius occultū. hec
ille. Patet ergo ex predictis ꝙ ſtat ꝙ aliqui
cōtrahant aliquo cōtractu qui vere ⁊ ſub-
ſtantialr̄ eſt cōtractꝰ talis ſpeciei ⁊ tñ cōtra
henti nō cōpetat actio illa que al's de iure
cōſueuit tribui regularit̄ p̄ tali ſpecie con-
tractus: imo aliqua alia actio ſibi ex diſpo
ſitione iuris cōpetit: ideo nō ſequit ius ciui
le tribuit actionē talis cōtractꝰ pro aliquo
cōtractu: igit ille cōtractus eſt talis. Poſſz
etiā cōtra p̄dicta obijci p̄ aliā legē ꝓut tan
gam queſtione. lxxxiij. argumento tertio.
Finit additio.

Concluſiones autem reſpōſiue ad que-
ſtionem ſunt ille.

Prima concluſio. Ex quo A dicēdo ad
B. mutuo tibi duo milia adiecit circūſtan-
tiā illā ſcz ꝙ mutuaret ei irreuocabiliter ta-
lis ꝯtractus nō ē mutuatio. ꝓbat duplicit

Secunda cōcluſio. Si A in mutuatio
ne p̄dicta vltra circūſtantiā irreuocabilita
tis nullā adijceret circūſtantiam vel pactū
ſcz ꝙ A habeat caſtrum ī pignꝰ ⁊ percipi-
at fructꝰ eiꝰ eſſet vera donatio.

Tertia ꝯcluſio. Ex quo A in mutuatōe
p̄dicta vltra circūſtantiā irreuocabilitatis
adiecit etiā tertiam ⁊ quartā circūſtantias
ſcz ꝙ A habeat caſtrū ip̄ius B ⁊ percipiat
fructus eius etiā nō cōputando eos ī ſor-
tem talis cōtractus eſt cenſendus emptio-
nis: vel ſaltem cōtractus innoīatus do vt
des. Probat ⁊ declaratur qd̄ horū potiꝰ
dici debeat.

Quarta cōcluſio. Ex quo A ī predicta
mutuatione vltra p̄dictas quattuor circū-
ſtantias addit ſeptimā ſcz ꝙ A ſit obligatꝰ
reſtituere ip̄i B caſtrū qñ B reſtituat ip̄ſi
A ſortem mutuatam ſcz duo milia flor. tūc
debet cenſeri ex p̄te A cōtractus emptiōis
cū pacto retrouendendi ⁊ ex p̄te B ꝯtractꝰ
venditionis cū pacto redimendi. ꝓbatur.

Quinta concluſio. Receptio qua A re
cipit caſtrum ip̄ius B ⁊ aſſignatio qua B

aſſignat ipi A caſtrū non eſt neceſſario dicenda ipignoratio qñ fit cum q̈nta ꝛ ſexta circūſtantijs ſeu cōditionibꝰ tactis in pria ſuppoſitione.probat.

Sexta ↄcluſio.Predicta aſſignatio ꝛ receptio caſtri pōt ſuſtineri ꝛ dici eē vera im-

Septima ↄcluſio ꝛ rñſiua (pignoratio ad ↄcluſionem eſt ꝙ caſus q̄onis veſtitus illis circūſtantijs q̄ in titulo ſunt poſite et latius declarate in ꝑma ſuppoſitione videtur eſſe licitus ſic ꝙ nō eſt vſurarius.ꝓbat q̄drupliciter:ſed quarta ꝓbatio inualidat ꝛ ↄſequēter ſnīa doctoꝝ Johis de franckfordia impugnat.

Octaua ↄcluſio.Dato ꝙ in ꝑdicto cōtractu eſſet vera mutuatio in datiōe.ij.miliuꝫ floꝛ.ꝛ vera pignoratio in caſtri aſſignatione ꝛ ꝑceptione fructuum pignoris: adhuc poſſet ſaluari miles in ꝑceptiōe aliquoꝝ fructuū caſtri etiā nō cōputandoꝝ in ſortē q̄uis nō omniū.ꝓbatur dupliciter.

Nona ↄcluſio.Si in cōtractu q̄ſtionis eſſet vera mutuatio ꝛ pignoratio nō poſſꝫ miles quo ad id qđ reciperet vltra expenſas ꝛ intereſſe mō tacto in ꝑcedēti ↄcluſione ſufficienter excuſari:ſicut tñ quidā nitit eū excuſare ꝑ hoc ꝑcēſe ꝙ ille cōtracꝰ cōiter obſeruat inter principes tā eccl̄iaſticos q̄ȝ ſeculares alioſq̄ȝ potentes ꝛ palam frequētat qui hmōi cōtractū credūt licitum ꝛ eū bona fide quotidie tāq̄ȝ licitū celebrāt paſſimq̄ȝ abſoluūt a ↄfeſſoribꝰ ꝛ qđ plꝰ ē raro eiuſdē deſuꝑ cōſcientia format.ꝓbat et declarat quid cōis obſeruantia ꝛ cōſuetudo in excuſandis delictis ꝛ ſignāter illis q̄ ſunt ↄtra diuinā legem valeat.ꝛ examinat caſus.c.finalis de ſponſa duoꝝ.

Queſtio.XXXIIII

# Utrum ipſi A vt

puta alicui militi mutuanti irreuocabiliter ipi B vtputa alicui principi.ij.milia floꝛ. liceat ipm B obligari ad dandū ſibi ex camera ſua annuatim.c.floꝛ.donec reſtituat ſibi integraliter ſoꝛs mutuata nō cōputatꝫ in ſoꝛtē illis.c.floꝛ.quos annuatim ꝑcepit data facultate principi ꝛ ſuis ſucceſſoribꝰ ſeſe liberandi ꝛ cenſū predictū extinguendi per reſtitutionē ſoꝛtis mutuate.

Solutio q̄onis ſtat in quattuoꝛ ſuppoſitionibus tribꝰ cōcluſionibꝰ ꝛ ſex argumentoꝝ ſolutionibꝰ.

In ſuppoſitionibꝰ declarant cōuenientie ꝛ differentie huius caſus ad caſum precedentis queſtionis.

Prima ↄcluſio.Caſus ↄcluſionis veſtitus illis circūſtantijs que i titulo ꝛ prima ſuppoſitione ſunt poſite videt licitus.ꝓbatur tripl'r.

Scđa ↄcluſio.Dato ꝙ eēt ibi vera mutuatio:ad huc A poſſet ſaluari quo ad aliquos floꝛ.ānuos perceptos quos nollet reſtituta ſoꝛte ſibi cōputare in ſoꝛtem.probatur.

Tertia ↄcluſio.Dato ꝙ eēt ibi vera mutuatio ipi A ꝑcipiendo aliquid vltra ſoꝛtē ꝛ vltra intereſſe:nō poſſet ſaluari ꝑ hoc ꝙ eſt cōis obſeruātia in terra noſtra ꝛ bona fides in contrahentibus.

Contra primā cōcluſionē arguit ſex argumentis ꝛ ibi de ꝑſtationibꝰ ad montem floꝛentinoꝝ.ꝛ improbat ſolutio cuiuſdam multiplicit ꝛ datur alia cū remiſſione tamē ad latioꝛē determinationē fiendam infra queſtione.lxv.vbi multa tangentur q̄ ad ꝑſentis q̄ſtionis determinationē poterunt cōducere.Ad eandē etiā vide q̄ dicā argumēto ꝑmo.ꝛ tertio in q̄one.lxxxiij.

Queſtio.XXXV

# Utrū in ſequenti

cāu ſit mutuatio.ꝛ ſi ſic an ſit mutuatio vſuraria ſcꝫ ſocer ꝑmiſit nomine dotis genero ſuo mille floꝛ.traducta filia in domū petit a ſocero ſuo mox ſibi dari dotꝫ ꝑmiſſam:ſocer non vult dare eo ꝙ vel non habet vł ſi habet vult illis mille vti ad alia ꝛ gener petit ſibi dari pignus in valore mille floꝛ. valēs iportare annuati.l.floꝛ.vtputa aliq̄ȝ poſſeſſionē valētē tātūdē iportare.Hanc itaq̄ȝ poſſeſſiōꝫ ſocer ipignorat genero:gener etiā donec dos ꝑmiſſa ſibi ſoluat:fructus pignoꝝ ꝑcipit nō volēdo eos cōputare nec cōputādo eos in ſoꝛtē:ita ꝙ vult dotē ſibi ꝑmiſſā nihilominꝰ ſibi integralit ſolui a ſocero

Solutio.q.ſtat in ſex cōcluſiōibꝰ ꝛ q̄nq̄ȝ dubioꝝ emergētiū ꝑ octo concluſiones deciſionibus.

Prima ↄcluſio rñdet ꝑme ꝑti q̄onis ſcꝫ an ſit ibi mutuatio vel non ꝛ c̄.In ꝑdicto caſu ↄtingit nō eē mutuationē in duobꝰ caſibꝰ ꝛ etiā ↄtingit eſſe mutuationē ſm varietatem circūſtantiarū caſus.

Secūda ꝯcluſio. In primo caſu in q̄ p̄dict⁹ ꝯtractus nō ē mutuatio q̄uis gener nō cōmittat pctm̄ vſure: tn̄ ꝯtingit eū alio pctō peccare ⁊ etiā ꝯtingit eū nullo peccato peccare.

Tertia ꝯcluſio. In ſecūdo caſu in q̄ p̄dictus ꝯtractus non eſt mutuatio: gener nec peccato vſure nec alio pctō peccat ſi agit ꝯtract⁹ eodē mō q̄ format⁹ eſt in titulo.

Quarta ꝯcluſio. In caſu ī quo p̄dictus ꝯtractus ē mutuatio: caſus queſtiōis eſſet illicitus: ita q̄ ibi eēt mutuatio vſuraria: ⁊ hoc ſi gener pcipit p̄dictos fructus ratiōe (mutuatiōis.

Quinta ꝯcluſio. In caſu quarte ꝯcluſionis nō eſſet mutuatio vſuraria nec illicitus ꝯtractus qn̄ gener nō ratione mutuationis ſed rōe intereſſe reciperet predictos fructus: ⁊ idem ſi rōne pene cōuētionalis acciperet.

Sexta ꝯcluſio. In caſu in quo p̄dictus ꝯtractus eſt mutuatio caſus q̄ōnis etiā eſt licitus ſi fructus poſſeſſionis nō cōputandos in ſortē reciperet ratione onerū matrimonialiū: attamē illa ratio reduci debꝫ ad rōnem alicui⁹ intereſſe iā in q̄nta ꝯcluſiōe tactam. Prima pars pbat̄ in. c. ſalubriter. Scd̄a ps pbat̄ duab⁹ rōnibus. Poſtea ſoluunt̄ quinqꝫ dubia p ſequētes ꝯcl'ones

Septima ꝯcluſio. Si ſocer fuiſſet mox a principio traductionis filie ꝯſtitut⁹ debitor dotis mille flor. quos tn̄ mille gener dimitteret apud ſocerū nō quidē irreuocabiliter īmo reuocabilit̄: ⁊ p ꝯn̄s cenſeretur mutuaſſe eos ſocero. gener tn̄ p ſui ſecuritate reciperet nō pignus: puta poſſeſſionē aliquā vt p̄dictū eſt ſed cautionē tm̄: obligādo tn̄ ſocerū q̄ interī q̄ differet ſibi ſoluere dotē: debeat ſibi annuatim certā ſoluere pēſionē pecuniaꝝ. puta d̄ centū q̄nqꝫ ſeu d̄ mille. l. ſaluo nihilomin⁹ capitali dotis in ſua integritate: tūc in duob⁹ caſib⁹ eſt illa receptio annue penſiōis illicita ⁊ in aliquo caſu eſt licita ⁊ recenſent̄ caſus p ordinem ⁊ ſoluunt̄ quattuor argumenta quorundā iuriſperitorū tenentiū ꝯtrarium

Octaua ꝯcluſio. Quāuis iuriſpiti dicant nō licere heredib⁹ mariti ſeu generi iā mortui hoc qd̄ dictū ē licere genero: tn̄ illa opinio nō videt̄ rōnabilis neqꝫ vera. īmo videtur q̄ illud idē qd̄ dictū ē iā in caū q̄nte ⁊ ſexte ꝯcluſionis q̄ in caū ſeptime ꝯcluſionis licere genero: etiā liceat heredib⁹ eius

Nona ꝯcluſio. Quāuis q̄dā iuriſpitorū dicāt mulieri relicte nō licere illd̄ reſpectu heredū ſui mariti q̄ obligati ſunt ſibi reſtituere dotē qd̄ licuit ſuo marito ſcꝫ genero reſpectu ſoceri. : tn̄ illa opīo non videt̄ rationabilis neqꝫ videt̄ vera. īmo illd̄ qd̄ genero in obligatione dot̄ licuit reſpectu ſoceri in caū q̄nte ſexte ⁊ ſeptime ꝯcluſionū etiā ipſi mulieri in obligatiōe dotis licet reſpectu heredū mariti ſibi obligatoꝝ dotē

Decima cōcluſio. Si relicta (ſoluere. accipit illos denarios p ſuo intereſſe qd̄ in rei veritate patit̄ ꝑpter caretiā dot̄ ſibi debite licita ē ſibi illa receptio ſaluis tn̄ ꝯditionib⁹ req̄ſitis ad receptionē intereſſe tactis in. q. xxx. ⁊ ſi aliq̄ haꝝ defecerit nō ē ſibi illa receptio licita ratione intereſſe.

Undecima cōcluſio. Si relicta accipit illos denarios nō p intereſſe eo q̄ nullū patit̄ intereſſe vel nō tm̄: atn̄ accipit noīe pene legalis quā ſibi lex illa municipalis applicat: licita ē illa receptio: ſaluis tamen cōditionib⁹ requiſitis ad recipiendū quid noīe pene tactis in q̄ōne. xxxj.

Duodecima ꝯcluſio. Si ſtatuētes id ſtatuerūt tanq̄ penā licite id egerūt ⁊ citra incurſum excōicationis: dūmodo aſſint ꝯditiones requiſite ad ſtatuētes penā legalē tacte in q̄ſtione. xxxj.

Tredecima ꝯcluſio. Si aliq̄s terti⁹ puta Johes mutuaret ex charitate genero p̄dicta mille ⁊ nō mot⁹ ꝑpter lucrū fructuum obuenīēdorū vltra ſortem ⁊ gener etiā Johi liberaliter ex amicicia donaret fruct⁹ licite poſſet Johes fructus pcipere.

Decimaquarta ꝯcluſio. Si etiam gener nō p modum doni liberalis donaret illos fructus Johāni: nec Johes vt ſic recipet eos. adhuc licitū eſt Johi illos fruct⁹ percipere eo modo q̄ genero licuit nō obſtāte opīone ⁊ rōne q̄rundā iuriſpitoꝝ in ꝯriū.

Queſtio. XXXVI.

# Utrum ad mutua

tionē vſurariā req̄rat̄ q̄ incremētū vſurariū vl' tpale cōmodū qd̄ re vel ſpe ꝯſequit̄ mutuator vſurarius: cōſequatur a mutuatario vel ab aliquo alio loco ipſi⁹ hoc modo ſcꝫ q̄ mutuatari⁹ vel ali⁹ incipiat carere tali tpali: ita q̄ pri⁹ habuerit illd̄ vl' ſub

alijs terminis an oporteat ꝙ mutuatari⁹ vel aliquis ali⁹ dãnificet in hoc ꝙ mutuator aſſequitur incrementũ vſurariũ

Concluſio rũſiua ad qõnez eſt vnica ⁊ negatiua: ⁊ pbat octo exemplis. ⁊ ibi de mutuantib⁹ frumentũ vet⁹ p nouo. de mutuãte q̃z ruſtico vt ſit ſuus colon⁹ tangit ſnĩa Gregorij de Arimino ⁊ ĩpugnat atq̃z ſoluit ei⁹ motiuũ. ⁊ ibidẽ etiã de mutuante vineatorib⁹.

Queſtio. XXXVII

# Vtrum mutuatio

facta principaliter ꝓpter vitationẽ dãni iniuſti aut vexatiõis iniuſte ſit vſuraria

Solutio ſtat in duab⁹ concluſionibus

Prima ↄcluſio. Si damnũ eſt iniuſtuz ſilr vexatio eſt iniuſta: mutuatio nõ ẽ vſuraria

Scda ↄclo Si dãnũ ẽ iuſtũ ſilr ſi vexatio eſt iuſta: mutuatio facta principaliter ꝓpter talis damni vel vexatiõis vitationem eſt vſuraria. Poſtea ĩpugnat ſnĩe quorũdã iuriſptoꝝ ſcz Laur. d Ridolfis. Speculatoris ⁊ Joh. andree ⁊ aliorũ

Queſtio. XXXVIII

# Vtrum A mutu

ans ſpi B ĩpm H reſtituendũ in tpe D in quo tñ tpe ĩpm H plus valebit q̃ valuerit tpe mutuationis cõmittat mutuatiõez vſurariã.

Solutio. q. ſtat in vno exemplo ⁊ quinq̃z cõcluſionibus.

Prima cõcluſio. Si ↄſecutio illi⁹ pluris qd valebit H reſtituendũ in tpe D vltra id qd valuit tpe mutuatiõis: fuit principale motiuũ ꝓpter qd A mutuauit ſpi B mutuatio fuit vſuraria.

Scda ↄcluſio. Si ↄſecutio illi⁹ pluris non mouit A ad mutuandũ ſed ſola charitas: attñ veriſilr erat H plus valituꝝ in tẽpore D q̃ tẽpore mutuatiõis valuerit: illa mutuatio nõ erit vſuraria vere: attñ poterit eſſe pſumptiue vſuraria pſũptiõe tenui vel forti ſm circũſtantias pſone ĩpius A.

Tertia ↄcluſio. Si ↄſecutio illi⁹ pluris nõ mouit A ad mutuandũ ſed ſola charitas et etiã nõ fuit veriſile ꝙ H erat valituꝝ plus in D q̃ tpe mutuatiõis valuerit illa mutuatio nec vere erit vſuraria nec etiã pſũptiue etiã ſi in effectu plus valebit

Quarta ↄclo. Si ↄſecutio ipſi⁹ pluris nõ mouit A ad mutuandũ ſed ſola charitas ⁊ tñ veriſile fuit ꝙ H erat plus valituꝝ in D q̃ tpe mutuatiõis qd pl⁹ etiã ipe A intendebat ↄſeq̃: nõ erit mutuatio vere vſuraria q̃uis poſſet eſſe aliqualr pſumptiue vſuraria ⁊ ibidẽ de hoc quõ illa duo ſtent ſil ſcz ꝙ ↄſecutio illi⁹ pluris nõ mouerit A ⁊ tñ A intenderit ipſum.

Quinta ↄclo. Si q̃s frumentũ H tpe q̃ ẽ cariſſimũ vel ſub eſtimatiõe pcij nũc currentis mutuat: obligãs mutuatariũ ad reſtituendũ ſibi aliud frumentũ futuro tpe q̃ erit viliſſimi pcij ſed tamẽ in tanta quãtitate ꝙ tãtũ valeat q̃tũ mõ valet frumentum qd ei tradit: ⁊ ita obligat eũ ad dandũ ſibi plus frumẽti ĩ quãtitate q̃ mutuauerit nõ cõmittit vſuram. Poſtea impugnat ſententia Johannis de franckfordia

Queſtio. XXXIX

# Vtrũ paulo liceat

petro nauiganti vl eunti ad nũdinas mutuare centũ tali pacto ꝙ paulus recipiat ĩ ſe piculũ illoꝝ centũ ⁊ p hoc det Petrus Paulo aliq̃d vltra ſortẽ ſcz q̃nq̃z

Solutio. q. ſtat in duab⁹ ſuppoſitiõib⁹ et q̃ttuoꝛ ↄcluſiõib⁹.

Pria ↄcluſio. Si hoc refert dũtaxat ĩpm mutuare mutuatio pauli ẽ vſuraria

Scda ↄclo Si h refert dũtaxat ĩpm recipe piculũ: mutuatio pauli nõ eſt vere vſuraria de lege diuina vl naturali. pbat dupli. Dehinc ſoluit argumentũ qddã ⁊ poſtea ĩpugnat gloſa ĩ predicto capitulo. ⁊ ſoluit qddã aliud argumẽtũ.

Tertia ↄclo. Si pnomẽ hoc refert vtrũq̃z: mutuatio pauli eſt vſuraria.

Quarta cõcluſio. In cãu hui⁹ tertie concluſionis nõ oportet paulũ totũ qd recipit vltra ſortẽ reſtituere petro. Poſtea mouet dubiũ qd remittit ad ſextũ tractatum

Queſtio. XL.

# Vtrum quando

paulus mutuauit petro cẽtũ ⁊ petr⁹ cogit hrẽ aliquẽ fideiuſſorẽ ⁊ Joh p petro fideiubet: liceat Johi a petro p hoc recipe aliquid de illis centũ vtputa q̃nq̃z

Solutio. q. ſtat in duab⁹ diſtinctionib⁹ quattuoꝛ cõcluſionib⁹ ⁊ vno correlario.

Ex diſtinctionib⁹ colligunt ĩ toto q̃ttuoꝛ

caſus ſm quos ↄtingere pōt id de quo in titulo queritur: ⁊ ſm hoc erūt quattuoꝛ cōcluſiones queſtionis.
Primus caſus ē qñ Johes ē fictus fideiuſſoꝛ: ⁊ in veritate mutuatoꝛ Petri. Alij tres ſunt qñ ē verus fideiuſſoꝛ.
Scd's igiť ē qñ Johes ē ver⁹ fideiuſſoꝛ ⁊ exigit aliquid ꝓ futura mutuatiōe ipen‑
Terti⁹ ē qñ quid exigit ꝓ (dēda petro. dāno vitando qd' timet ſe incurſurū ex futura mutuatione eidē impendenda.
Quart⁹ qñ ꝗd exigit ꝓ ſuſceptione peri‑
Pria ↄcluſio. In ṗmo (culi capitalis. caſu Johi nō licet exigere predicta ꝗnq3 a petro: nec paulo licuit in tali cāu mutuare
Scd'a ↄcluſio. In ſecundo cāu (petro Johi nō ē licitū exigere ṗdicta quinq3
Tertia ↄcluſio ē trimēbꝛis ⁊ ē. In tertio caſu licitū eſt Johi exigere ṗdicta quinq3 a petro ſaluis circumſtātijs reꝗſitis ad h̄ ꝙ licitū ſit mutuatori aliꝗd recipe ꝓ intereſſe dāni emergentis vł lucri ceſſantis que tacte ſunt ſupꝛa. q. xxx. Si autē aliꝗ earu3 defecerit nō erit licita ipi Johanni exactio predicta niſi in vno caſu.
Quarta cōcluſio. In quarto cāu non eſt vſura Johi exigere ṗdicta quinq3 a petro. dūmodo ṗciſe ⁊ dūtaxat ꝓ illa receptione ꝑiculi ea recipiat. An tñ ſit ibi alia ſpecies peccati: remittiť ad qōnem. lxxi.
Poſtea ſoluunť tria argumenta Laur. d' Ridolfis dubitantis de ↄtractu q̄ſtionis ⁊ vnū ſc3 Bernardini dicentis contractu3 q̄ſtionis eſſe omnino illicitum.

## Queſtio. XLI.

# Vtrum petrus cui

paulus ſub vſuris. v. floꝛ. mutuauit centū poſſit licite illos centū mutuare Conrado cū tali pacto ꝙ Conrad⁹ ſoluat paulo p̄dictam ſoꝛtem ⁊ vſuram. v. floꝛ.
Solutio. q. ſtat in trib⁹ concluſionibus.
Prima ↄcluſio. Stantib⁹ duab⁹ ↄditionibus licitū eſt Petro mutuare Conrado cū illo pacto de quo queſtio ſonat.
Scd'a ↄcluſio. Quecūq3 haꝝ ↄditionu3 defecerit mutuatio ṗdicta erit illicita.
Tertia ↄcluſio. Quāuis Laurentius de Ridolfis omiſſis vel nō tactis ṗdict3 duabus ↄditionib⁹ ponat quaſdā alias duas tanq3 requiſitas ſufficiētes ad hoc vt ṗdicta mutuatio petri ſit licita: tamē ei⁹ determinatio impugnari pōt.

## Queſtio. XLII.

# Vtrum paulo liceat

mutuare ad vſurā ſuis hoſtibus
Solutio. q. ſtat in q̄tuoꝛ cōcluſionibus
Prima ↄcluſio. Paulo nō licet mutuare ad vſurā ſuis hoſtib⁹ ſiue iniuſte eū ꝑſequētibus ſiue iuſte. pꝛobať tripliciter.
Scd'a ↄcluſio. Si paulus ſuis hoſtib⁹ qui iniuſte eū ꝑſecuti ſunt ⁊ dāmficauerūt mutuet ad vſurā: q̄uis grauiter peccet: tñ vſurā talem receptā nō teneť eis reſtituere ſi eam detinet de cetero nō vt vſurā ſed vt refuſionē damnoꝝ ſibi iniuſte illatoꝛu3 ab eis: dūmodo ſcandalū non emergat ex illa detentione: ⁊ dūmodo alias de cetero non poſſet illoꝝ damnoꝝ refuſionem via iuris obtinere. pꝛobatur quadruplíciter.
Et ponunť cauſe adiectionis clauſulaꝝ.
Tertia cōcluſio. Licitū eſt (ↄcluſionis. Paulo ſuis hoſtib⁹ qui eu3 iniuſte ꝑſecuti ſunt damnificando mutuare intendendo aliquid recipere ab eis vltra ſoꝛtē: nō rōne mutui eis impenſi ſed ratiōe debiti quo ei debent. ⁊ hoc ſtantibus duab⁹ ↄditionib⁹ Et ibi exponiť auctoꝛitas Ambroſij mul‑
Quarta ↄcluſio. Paulo nō ē (tipliciter. licitū ſuis hoſtib⁹ qui iuſte eū dānificauerunt vel hodie dānificant mutuare: quatenus ceſſent ab illa ꝑſecutione intuitu mutuationis.

## Queſtio. XLIII.

# Vtrum cōtractus

factus in ſequenti caſu ſit vſurarius ſc3 A dedit. c. floꝛ. ipi B ſibi reſtituendos certo termio: hoc pacto ꝙ ſicut R mercatoꝛ habens. c. floꝛ. cū illis lucrabiť vel perdet: ſic etiam A ſentiat ↄſimile lucrū ſc3 tantūde3 recipiendo ab ipo B vel cōſimile dānum in dando tantundem ipi B
Solutio. q. ſtat in tribus ſuppoſitionib⁹ ⁊ q̄nq3 concluſionibus.
In ſuppoſitionib⁹ declarať quō ↄtractus queſtionis pōt eſſe mutui depoſiti ⁊ ſocietatis ſm diuerſam eius intelligentiā ⁊ con
Prima cōcluſio ē trimēbꝛ3 (tingētiam. ⁊ ē. Si contractus dationis. c. celebꝛatus

inter A ⁊ B eſt ꝯtractus mutui: tūc ī vna intentione ipius A eius datio eſt vſuraria in alia vero intentione nō eſt vſuraria: ꝗ̄uis tunc poſſet eſſe ſibi alia ſpēs pcti in A.

Secūda cōcluſio que ē ꝗdrimēbris ē talis. Si cōtractus dationis centū celebratus inter A ⁊ B ſit cōtractus depoſiti veri vel nō veri: in vna intentione ē illicitꝰ nō vſurarius: in alia ē illicitꝰ ⁊ vſurarius. In tertia vero nō eſt ille cōtractꝰ datiōis vllo modo illicitꝰ ꝗ̄uis ꝯtractus adiectꝰ poſſit eſſe illicitus.

Tertia ꝯcluſio. Si ꝯtractꝰ datiōis .c. celebratus inter A ⁊ B ſit ꝯtus ſocietatꝭ nō eſt illa datio vſurariꝰ ꝯtus: pōt tñ alſ eſſe

Quarta ꝯcluſio. Quocūqꝫ (pctm̄ in A hoꝝ triū modoꝝ ſcꝫ mutui depoſiti vl ſocietatis fiat p̄dictꝰ ꝯtractꝰ dationis: videt̃ ꝙ ⁊ ſi in ſe poſſibile eēt eū fieri licite: tamen poſſet ꝑ papā vel aliū rectorē reipublice indiſtincte prohiberi. et etiā ſi nō ꝓhibeatur tamē debet diſuaderi.

Quinta cōcluſio. Modus reſpondēdi dñi Laur. de Ridolfis ad eandē q̄ſtionem vel ſilem videt̃ inſufficiēs ⁊ ibi tria eiꝰ motiua impugnantur quadrupliciter.

Queſtio. XLIIII.

# Vtrum ciuitas vel

dominus ciuitatis indigens pecunijs poſſit licite cōpellere ciues vel ſubditos ad p̄ſtandū vel mutuandū ei certā quātitatem pecunie offerendo ſe ad dandū cuilibꝫ ciuiū mutuantiū annuum ꝓuentū vel annuā pēſionē donec ei ſors ſoluat̃: dūtaxat tū dando .xviij. floꝛ. ꝑ reſtitutionis loco ſortis centū floꝛ. mutuatoꝝ: cū quibꝫ circūſtantijs ſolet fieri in quibuſdā ciuitatibus Italie: noīatim in florentia Janua: ⁊ venetijs: q̄ circūſtantie ſtatim enumerabuntur

Solutio. q. ſtat in ꝗtuoꝛ ſuppoſitōibus ſex cōcluſionibꝫ: duobꝰ correlarijs ⁊ ſex argumentoꝝ ſolutionibꝫ.

In ſuppoſitiōibꝫ enumerant̃ .x. circūſtantie cū quibus ſit p̄dicta cōpulſio. Et octo accidentia q̄ ꝯtingunt circa ꝯtrahentes cū ciuitate p̄dicto mō. Appellatiōes qꝫ diuerſe quibꝫ vtunt̃ loq̄ntes de p̄dicto ꝯtractu que tñ redeunt in idem.

Pria ꝯcluſio. Ciuitas licite pōt ciuibus ſuis imponere tātā p̄ſtantiā quāta eget ꝓ amotione illius mali qꝺ reipublice ciuitatis īminet: dūmodo illud malum ſit peius vl perniciosius reipublice ꝗ̄ ſit hoc qꝺ eſt ciues cogi ad talē p̄ſtātiā. ꝓbat̃ dupliciter

Scđa ꝯcluſio. Aliqñ poſſet talē p̄ſtātiā de qua ꝑma cōcluſio loquit̃ ciuitas īponere ciuibꝫ abſqꝫ aſſignatione cuiuſcūqꝫ penſionis ⁊ abſqꝫ oī ſpē reſtitutiōis ſortis.

Tertia cōcluſio. Illā p̄ſtantiā quā iuxta ꝑmā ꝯcluſionē pōt ciuitas īponere: deberet ciuitas aliqñ nō īponere niſi cum aſſignatione magne vel ꝑue penſionis annue ſine vlla obligatione reſtitutionis ſortꝭ in toto vel in pte. Aliqñ vero cū aſſignatiōe penſionis ⁊ etiā cum obligatione reſtitutionis ſortis in toto vel in parte.

Quarta ꝯcluſio. Ciuitas libera habens ꝓprios annuos ꝓuentus obuentiōes ſiue fructꝰ ſibi iuſte ꝓuenictes de p̄dijs poſſeſſionibꝫ: caſtris: villis: iuſte ad eā ꝑtinentibꝰ: vl de pedagijs: guidagijs: theoloneis: vl vectigalibꝫ iuſtis: vt puta ex cā iuſta ⁊ auctoritate habentis inſtituere inſtitutꝭ. pōt volentibꝫ emere vendere ius ꝑcipiendi annuas penſiones de p̄dictis eiꝰ obuētiōibꝫ ſi ciuitas hꝫ cām rōnabilē q̄ eā vrget. vt puta vrget̃ ꝓ bono reipublice ad habendum .x. milia ī prompta pecunia q̄ ipa hr̄e non pōt de ſuis obuentōnibꝫ q̄ annuatim ſunt tm̄ mille ⁊ hoc pōt facere cū pacto redimēdi quando placuerit.

Quinta ꝯcluſio. Si ciuitas illa de q̄ loq̄tur p̄cedens ꝯcluſio nō poſſet inter ſibi nō ſubditos inuenire emptores iurium p̄dictarū penſionum: ipa poſſet ſuos ciues cōpellere ad emendū iura earundē ab ea ſaltem p̄cio iuſto imo etiā aliqñ p̄cio excedente valorem mercis.

Sexta ꝯcluſio Qñ emens dat ciuitati .c. floꝛ. ꝓ iure ꝑcipiēdi annuatim q̄nqꝫ. remanente apud ciuitatē facultate redimendi illud ius pro .c. quādo placuerit: tunc cenietur dari iuſtum p̄ciū. Si autem apud ciuitatem manet facultas redimēdi ꝓ .xviij. non eſt proportio equalitatis

Primum correlarium reſponſiuū. Stātibus ſeptem conditionibus ciuitas vl dominus ciuitatis poteſt licite facere illā cōpulſionem de qua ſonat titulus queſtiōis veſtitam cum circumſtantijs prime ſuppoſitionis.

Secundū correlarium. Si aliqua predictarū ſex vel ſeptē conditionū deficit nō eſt licita compulſio p̄dicta, patet inductiue

Cōtra primū correlariū arguiť ſex argumentis que ſoluunť vbi ꝛ impugnant aliqua dicta Laur. de Ridolfis ꝛ ſancti bernardini.

Queſtio. XLV

# Vtrum ciues preſtantes ciuitati p̄dictas p̄ſtātias poſſīt licite a ciuitate recipere p̄dictas penſiones annuas ſine obligatiōe reſtitutiōis earundez atqꝫ etiā tandē recipere ſortes ſuas modo p̄dicto cū ciuitati placuerit redimere iura penſionum.

Solutio, q. ſtat in recitatione triū modorꝫ dicendi cū improbatiōe duorum primorꝫ.

Primus modus dicendi eſt Gregorij d' Arimino cui⁹ ſentētia reduciť ad ſex dicta ex quib⁹ ſeqniť finaliter ꝛ colligiť ꝙ ſcḿ eū vt cōiter ꝛ vt in pluribꝫ peccarent ciues et tenerenť reſtituere ꝛ vt in paucioribꝫ vl' raro eēnt īmunes a peccato ꝛ ab obligatiōe reſtitutionis. Jlle mod⁹ iprobať in ſeptem punctis in quibus deficit, ꝛ euacuanť motiua eiuſdem.

Secūdus modus dicendi eſt ſcī bernardini ꝛ Laur. de Ridolfis ꝛ aliorꝫ vt ibidē ꝛ ille reduciť ad duas ꝯcluſiōes. Jn p̄ma ponunť q̄nqꝫ caſus in quibꝫ ille mod⁹ iuſtificat p̄dictos ciues. Jn ſecūda ponunť q̄tuor in quibꝫ dicit eos peccare ꝛ fundamēta eiuſdē modi ponunť que ꝛ poſtea ī fine euacuanť. Jlle mod⁹ ꝓbatur in, xxiij. punctis in quibus deficit.

Tertius mod⁹ dicendi cōtinet ſeptem cōcluſiones.

Prima concluſio. Ciues ſponte p̄ſtantes etiā ſi principaliť ſpe lucri ſcꝫ penſionū ꝑcipiendarū p̄ſtent non peccant peccato vſure in p̄ſtando nec in recipiendo penſiones. Et ita prim⁹ caſus quē p̄cedēs opīo in ſua ſcd̄a ꝯcluſione reputauit illicitū: nō ē licitus ſaltē illa ſpecie pc̄ti, ꝓbať duabꝫ rōnibꝫ ꝛ duplici ꝯfirmatione.

Scd̄a cōcluſio. Jnter q̄ttuor caſus ſcd̄e ꝯcluſionis ſecundi modi dicendi tres vltimi caſus quos idē modus dicēdi reputauit illicitos ſunt liciti, ꝓbatur dupliciter.

Tertia concluſio. Oēs q̄nqꝫ caſus quos ſecūdus modus dicendi in ſua prima concluſiōe reputauit licitos ſūt liciti: attn̄ alia via iuſtificanť illi quinqꝫ per illū tertiū modū dicēdi q̄ꝫ fuerint iuſtificati ꝑ ſecundum

Quarta ꝯcluſio. Si cuī p̄ſtanti centum ciuitas daret penſionem maiorē q̄ꝫ quinqꝫ ſtaret ꝙ ciuis dando centū ſpe recipiendi quinqꝫ nō peccaret p̄ſtando: nec etiā recipiendo talem penſionem ſtaret etiā oppoſitum ſcꝫ ꝙ peccaret.

Quinta cōcluſio. Quāuis ſi teneremꝰ q̄ p̄ſtatio ciuium eſſet vera mutuatio adhuc aliqui ciues poſſent aliqualr̄ excuſari: non tn̄ ita vniuerſalr̄ ſicut tenendo ꝙ nō ſit mutuatio ſed emptio. Et multo plura requirerenť ad eorꝫ iuſtificationē q̄ꝫ tenendo ꝙ nō ſit mutuatio: ita ꝙ difficilius eſt ciues iuſtificare per ſecundū q̄ꝫ per tertiū modū dicendi.

Sexta ꝯcluſio. Tenendo ꝙ p̄ſtatio ſit emptio: minor difficultas eſt iuſtificandi ciues q̄ꝫ ciuitatē, ſed tenendo oppoſitū ſcꝫ ꝙ nō ſit emptio ſed mutuatio minor difficultas eſt iuſtificandi ciuitatem q̄ꝫ ciues.

Septima concluſio. Tenendo ꝙ ſit emptio ſtat ꝙ ciuitas nō peccet recipiendo nomine precij centuꝫ a ciue pro iure ꝑcipiendi annuatim quinqꝫ tanq̄ꝫ ꝓ merce nō obſtante ꝙ centū ſunt nimis magnum p̄ciū ꝓ tali merce, ſuppoſitis circūſtātijs illius cōtractus q̄ tacte ſunt in q̄ōne precedenti, ſtat etiā ꝙ peccet. Si autē teneať ꝙ ſit mutuatio pōt ciuitas etiā q̄nqꝫ excuſari

Poſtea ſoluuntur ſeptem argumēta aduerſariorꝫ prime concluſionis ꝛ in ſolutiōe ſeptimi argumenti euacuanť reſponſiones eorundē quas dant ad octo ꝓbationes q̄s aliqui adducunt ad primā cōcluſionē probandā: ꝛ q̄uis tales ꝓbationes aliorꝫ ſint inualide: ob qd̄ non eorum rationibus ſed illis que ſunt ſupra poſite eſt innitendum tn̄ nec ille alie probationes bene inualidanť ab aduerſarijs, ideo ſolutiones ab eiſdem date euacuanť per ordinem.

Queſtio. XLVI.

# Vtrū mutuantez recipere vltra ſortē ſeu mutuare ad vſuraꝫ ſit in aliquibus caſibꝫ licitum ꝛ in eiſdē caſibus in quibus eſt licitum etiam liceat ei paciſci cū mutuatario ſuꝑ illo incremento recipiendo.

Solutio.q.ſtat in quattuoꝛ ꝯcluſionibꝫ

Pꝛima ꝯcluſio. Multū differūt mutuare ad vſurā ⁊ mutuantē recipe vltra ſortē.

Secūda cōcluſio. In nullo cāu eſt licitum mutuare ad vſurā citra diuinā diſpē(ſationē

Tertia ꝯcluſio. In multis ca ſibus licitū eſt mutuanti recipe vltra ſortē ꝓbaṫ enumerando.xiiij.caſus quoꝛuꝫ.xij. pꝛimi cōpꝛehenduntur in his q̄ttuoꝛ verſibꝫ Feuda fideiuſſoꝛ pꝛo dote ſtipendia cleri. Venditio fructus cui velles iure nocere. Vendens ſub dubio p̄cium poſt tpa ſoluens. Pena nec in fraudem legis cōmiſſoria gratis Dans ſortis pompa plus ſorte modis daṫ iſtis. Atn̄ nō ī oībus illis modis eſt vera mutuatio.

Quarta cōcluſio. Nō in omni caſu in q̄ licet mutuanti recipere vltra ſortē: licet etiā ei paciſci cum mutuatario ſup tali incremē to recipiendo.

Queſtio. XLVII.

# Vtrū petere atqꝫ

recipere mutuū ſub vſuris ſit ſemꝑ licitum vel ſemper illicitū.

Solutio.q.ſtat in tribꝫ cōcluſionibus.

Pꝛima cōcluſio. Cōcurrentibꝫ tribꝫ cōditionibꝫ licitū eſt petere mutuū ſub vſuriſ.

Secūda cōcluſio. Quecūqꝫ haꝝ ꝯditionū defecerit nō erit licitū petere mutuū ſub (vſuris.

Tertia cōcluſio. Petere mutuum abſolute: puta nō petendo recipi a ſe vſuras ⁊ etiā nō offerendo ſe inter petendū ad ſoluendum vſuras: non eſt illicitum ſi petens audita r̄nſione petiti dicentis nō velle niſi ſub vſuris mutuare offerat ſe ad ſoluēdū vſuras: ⁊ hoc ſtātibꝫ ſolis pꝛimis duabꝫ ꝯditionibꝫ Et impugnanṫ modi dicendi alioꝝ ⁊ ſoluūṫ tria argumenta

Queſtio. XLVIII.

# Vtrū ciuitas atqꝫ

reſpublica ſubſiſtere poſſit ſine mutuatiōe (vſuraria

Pꝛima ꝯcluſio. Ciuitas atqꝫ reſpublica pōt etiam ſalua tꝑali ſalute ſua ſubſiſtere ſine mutuatiōe vſuraria. ꝓbatur decē rationibꝫ: ⁊ in.ix.rōne enumeranṫ.xiij cōditiones vſurarie mutuationis ex q̄bus ꝑpendiṫ pernicioſitas eiuſdem.

Secūda ꝯcluſio. Plurima cōmoda vel vtilitates tam tēpoꝛales q̄ȝ ſpūales ꝓueniunt ex hoc q̄ nō exerceṫ nec toleraṫ mutuatio vſuraria in ciuitate. Et enumeranṫ ſex

Tertia ꝯcluſio. Plurima in (vtilitates cōmoda ⁊ dāna tꝑalia ⁊ ſpiritualia pꝛoueniunt reipublice ex mutuatione vſuraria. ꝓbatur enumerando.xij. Et in octauo dāno enumeranṫ.xxvi.genera hominū: q̄ occaſione vſurarie mutuationis maculantur moꝛtali peccato. Itē de multꝭ qui occaſione eiuſdem obligationē reſtitutionis ⁊ cenſuras eccleſiaſticas incurrunt.

Poſtea ſoluūṫ tria argumēta in cōtrariū

Queſtio. XLIX

# Vtrum mutuatio

vſuraria magis ſpectet ad cōſiderationeꝫ theologi q̄ȝ ad cōſiderationē iuriſperiti.

Solutio q̄ōnis ſtat in tribꝫ ſuppoſitionibus ⁊ quatuoꝛ concluſſionibus.

De cauſa aūt quare queſtio moueṫ et de quibus theologis intelligaṫ remittitur lectoꝛ ad finale coꝛrelariū queſtionis

In ſuppoſitionibꝫ diſtinguiṫ quō eadem res diuerſimode a diuerſis cōſideraṫ ſcꝫ in ratione p̄dicati vel in rōne ſubiecti: ⁊ hoc ī oꝛdine ad diuerſa p̄dicata. Diſtinguiṫ etiā de duplici cōtractu vſurario.

Pꝛima cōcluſio. Cōtractus vſurarꝰ qui ſciṫ in ſe eſſe vſurariꝰ: talis quo ad hoc p̄dicatū q̄ eſt ipm̄ eſſe pctm̄ moꝛtale magꝭ ē de cōſideratione theologi q̄ȝ iuriſperiti: ꝓbaṫ ſeptē rōnibꝫ. Et ibi inueſtigaṫ: vn̄ actꝰ lege canonica ꝓhibitꝰ ꝯtrahat rōnē moꝛtalis pcti ⁊ de cōparatione theologi ⁊ iuriſꝑiti in cognoſcendo de hereſi ⁊ de his que ad legē naturalem ſpectant.

Scd̄a ꝯcluſio Si aliquis ꝯctus ſit nō ī ſe vſurarius ſed tm̄ ex iure poſitiuo ipm̄ vt talē ꝓhibente adhuc talis in oꝛdine ad hoc p̄dicatū ſcꝫ eſſe moꝛtale pctm̄ ē magis de ꝯſideratiōe theologi q̄ȝ iuriſperiti

Tertia ꝯcluſio. Si de ꝯctu in ſe vſurario ſit tractandū tāq̄ȝ de p̄dicato q̄ deberet p̄dicari de aliquo ꝯctu: vtpute ſi ď aliquo ꝯctu q̄ratur vel dubiteṫ an ſit ī ſe vſurarꝰ nō minus ꝑtinebit ꝯſideratio ꝯctus vſurarij ad theologū q̄ȝ iuriſperitum: imo ad minꝰ eque poterit hoc reſoluere theo-

logus ſicut iuriſperitꝰ: ⁊ ſi alter eoꝝ altero melius poſſet plus eſſet dicendū ꝙ theologus eſſet ille ꝙ̄ iuriſperitus.

Quarta ꝯcluſio. Si de cōtractu nō ī ſe vſurario ſed aliunde ꝯtrahente nomē vſurarij ꝯtractꝰ ſit tractādū: an vere ꝑ dicetur de aliq̄ actu vel nō: tūc cōſideratio ꝯtractꝰ vſurarij magis ad iuriſperitū ſpectabit ꝙ̄ ad theologū: ⁊ ſi capeꝛ iuriſperitꝰ ꝑ perito in iure cōi ſiue ciuili ſiue canonico aliquādo magis ſpectaret ad peritū in ſtatutiſ municipalibꝫ aut ſtatutis ꝓuincialibꝫ ⁊ ſinodalibꝫ ſiue ille eſſet alꝯ iuriſperitꝰ ſiue theologus ſiue neutrū illoꝝ. Poſtea agiꝛ de penis vſurarioꝝ ad videndū q̄s q̄ ad illas magis valeat ꝯſiderare de ꝯtractu vſurario. Tandem inferꝛ correlariū ꝯtra Petrū de Anchona ꝑferentē iuriſꝑitos theologiſ in deciſionibꝫ dubioꝝ de ꝯtractibꝫ vſurarijs: ⁊ impugnaꝛ eius ſententia.

# In tertio tractatu

In tertio tractatu agiꝛ de ꝯtractu emptionis ⁊ venditionis: de mercatoribꝫ ⁊ negociatoribꝫ: et hoc ꝑ .xxij. q̄ōnes. cuiꝰ prima q̄ſtio ē q̄nquageſima in ordine queſtionum huius operis.

Queſtio .L.

# Utrū actus negociandi ſit licitꝰ

Utrū actus negociandi ſit licitꝰ. Solutio .q. ſtat in tribus ſuppoſitiōibꝫ ⁊ quattuor ꝯcluſionibus.

In ſuppoſitionibꝰ declaraꝛ quō dupl'r cōtingit intelligi aliquē actū eē licitū vl' illicitū ſcꝫ poſitiue vel ꝑmiſſiue ⁊ capiunꝛ h̄ illa vocabula poſitiue ⁊ ꝑmiſſiue eodēꝫ mō q̄ accipiunꝛ in methaphiſica. quō dicimꝰ ꝙ ens in ſuo ꝯceptu nō ſit poſitiue finitū vel infinitū ſubā vel accn̄s: creatū vl' increatū ꝙ̄uis ſit vtrūqꝫ ꝑmiſſiue. ⁊ ſilr̄ ꝺ q̄libꝫ alio ſuꝑiori reſpectu diuidentiū ipm̄. Itē ſubdiuidiꝛ h̄ qō ē actū eē ꝑmiſſiue licitū.

Pr̄ia ꝯclō. Nō eſt dicēdū ꝙ indiſtincte actus negociandi ſit illicitꝰ. ꝓbaꝛ ſeptē auctoritatibꝫ: tribꝫ rōibꝫ ⁊ duabꝫ ꝯfirmatōibꝫ.

Scd̄a ꝯclō. Nō ē dicendū ꝙ indiſtincte actus negociādi ſit licitꝰ. ꝓbaꝛ q̄ttuor auctoritatibꝫ ⁊ vna ratione.

Tertia ꝯcluſio. Actus negociādi ſi nihil vltra addaꝛ nec eſt poſitiue licitꝰ nec poſitiue illicitus.

Quarta ꝯcluſio. Actus negociandi ſi nihil addaꝛ eſt ꝑmiſſiue licitus ⁊ etiā ꝑmiſſiue illicitus.

Queſtio .LI.

# Quot modis negociatio reddiꝛ illicita

Quot modis negociatio reddiꝛ illicita. Solutio q̄ōnis ſtat in duabꝫ ſuppoſitiōibꝫ ⁊ duabꝫ ꝯcluſionibꝫ.

In ſuppoſitionibꝫ declaraꝛ q̄ res quiditatiue ſit circūſtantia. ⁊ ponunꝛ ac declaranꝛ tres deſcriptiōes eiuſdēꝫ: eo ꝙ oportet hic declarare quō negociatio ex circūſtantijs depraueꝛ: poſtea ponꝛ numerꝰ circūſtātiarū ſm̄ tres modos enumerādi eaſdem ſcꝫ Ariſtotelis: Tullij: ⁊ alioꝝ ⁊ ꝯcordanꝛ ad

Prima ꝯcluſio. Prima diuiſiōe (inuicē ne duobus modis redditur negociatio illicita ſcꝫ ex obiecto ⁊ ex circūſtantia: ⁊ quia res quas cōtingit emi ⁊ vēdi ſunt obiecta negociationis: ideo declaraꝛ ibi multipl'r. ⁊ hoc ꝑ octo exempla q̄ res ſint prohibite emi vel vendi: ⁊ hoc vel ſimpl'r vl' quo ad aliquos emptores.

Secunda ꝯcluſio. Secūdaria diuiſiōe octopliciter reddiꝛ negociatio illicita ſcꝫ ex obiecto ⁊ ex defectu ſeptem circumſtantiarum debitaꝝ: vbi de ſingulis circūſtantijs ponunꝛ varia dicta ⁊ exempla vt pateat q̄ modo ex cuiuſlibet circūſtāṫe defectu reddaꝛ illicita. De vbi ſcꝫ ſi negociatio fiat ī loco ſacro ponunꝛ q̄nqꝫ dicta q̄n̄ ⁊ quale peccatū ſit. De quādo declaraꝛ ꝑ duo dicta q̄n̄ peccēꝛ ſi die feſto negociatio agaꝛ et ponunꝛ duo correlaria ad limitandū ſn̄ias Petri de pal. ⁊ Heinrici gandenſis

De cur declaraꝛ ꝑ quattuor dicta quō et ex cuius cāe finalis ꝑſtitutione negociatio depraueꝛ vel non. De cui ponunꝛ ſex exempla deprauatōis. De quibus auxilijs ponunꝛ tria exempla: ⁊ qꝛ vnū illoꝝ eſt: ſi quis negocieꝛ ꝑ mēdacia ⁊ iuramēta: ideo ꝑ octo dicta declaraꝛ q̄n̄ in tali cāu negociatio reddaꝛ mortalis vel venialis

De quō ponunꝛ quattuor exempla: ⁊ qꝛ vnum illorum eſt ſi negociando cōmittaꝛ monopoliū: ideo declaratur quid ſit monopolium ⁊ quomodo ſex modis cōmittatur capiendo ipm̄ generaliter: malitia q̄ꝫ eius oſtenditur per legēꝫ naturalem ſimul

⁊ poſitiuam.

## Queſtio. LII.

# Utrū negociatio

ſeu mercatio ſit indiſtincte clericis illicita

Solutio q̄ōnis ſtat in quinq̄ ſuppoſitionib' vel diſtinctionib' ⁊ ſex cōcluſionibus

In ſuppoſitionib' ponunt̄ tres modi accipiendi negociationē ſcʒ generaliſſime general'r ⁊ ſpecial'r: ⁊ ſubdiuidit̄ ſpēalis acceptio in lucratiuā ⁊ nō lucratiuā. que autē dr̄ nō lucratiua: ſubdiuidit̄ ī yconomicam ⁊ politicā. Lucratiua quoq̄ etiā ſubdiuiditur in pecuniariā ⁊ nō pecuniariā ſeu in ſtricte ⁊ non ſtricte captā.

Prima ɔcluſio. Nō eſt indiſtincte ⁊ vniuerſaliter dicendū ꝙ negociatio ſit illicita clericis: ꝓbat̄ ⁊ adducūt̄ q̄nq̄ auctoritates

Secūda ɔcluſio. Nō ē indiſtincte ⁊ vniuerſaliter dicēdū ꝙ negociatio ſit licita clericis: ꝓbat̄ ⁊ adducunt̄ ſex auctoritates.

Tertia ɔcluſio. Si negociatio capiatur ſpēaliter: negociatio quo ad duas ei' ſpēs ē clericis licita: ⁊ ibi d' artificiolis clericoꝝ.

Quarta ɔcluſio. Negociatio ſpēalit̄ capta eſt clericis quo ad duas alias ſpēs ei' illicita. Et ibi de rōne duplici quare eis eſt interdicta negociatio lucratiua ꝓprie dicta ⁊ improbatur ratio quorundam.

Quinta ɔcluſio. Si negociatio capitur generalit̄ put ad alios cōtract' acq̄ſitiōes vel lucratiōes extendit ſe q̄ʒ ad emptionē ⁊ venditionē ipa ē q̄ ad aliquas ſpēs eius licita clericis ⁊ quo ad aliquas illicita.

Sexta ɔcluſio. Si negociatio capitur generaliſſime aliq̄ eſt eis illicita aliq̄ licita.

Poſtea declarat̄ quale pctm̄ an mortale vel veniale ſit clericis illa negociatio que dicta eſt eis eſſe illicita.

## Queſtio. LIII.

# Utrū negociatio

illa ſit licita qua ſequētes res emuntur vel efficiunt̄ vel aliter acq̄runt̄ vt vendantur aut alias diſtrahant̄ ſcʒ venena: arma: ornamenta ſecularia atq̄ oīa inſtrumenta luſoria: vtpote taxilli: cartelluſorie ⁊ alee.

Solutio q̄ōnis ſtat in ſex ſuppoſitiōibus ⁊ nouem cōcluſionibus.

In ſuppoſitionib' diſtinguit̄ de duplicibus venenis ⁊ de aliis reb' ex quib' damna oriunt̄ in republica. De duplici q̄ʒ genere ornamentoꝝ ſecularīū ⁊ varia exēpla. vtriuſq̄ ponūt̄: q̄ten' ꝑticulari' valeat q̄ſq̄ ſe reſoluere in hui' queſtiōis materia. Ponunt̄ inſuꝑ varia exempla q̄n vſus ornamentoꝝ ſecularīū ē mortalis vel venialis vel nullum peccatū.

Prima ɔcluſio. Negociatio q̄ quis vendit venenū primi generis eſt illicita. proba tur tripliciter.

Secunda cōcluſio. Negociatio qua q̄s vendit venenū ſecūdi generis ē in duobuſ ſequentibus caſibus quantum hic ſufficit mortale peccatū.

Tertia ɔcluſio. Negociatio qua quis vē dit arma offenſiua: vt baliſtas: ſagittas vl' gladios quātū ad ꝓpoſitū ſufficit: eſt etiam mortale pctm̄ in duob' caſib' ſimilib' illis qui in ſecunda ɔcluſione ſunt poſiti.

Quarta ɔcluſio. Negociatio qua q̄s ornamenta ſecularia facit vel emit vt vēdat vel tradat aliis ē mortale pctm̄ ī duobus caſib' ſimilib' illis qui in ſecūda ɔcluſione ſunt poſiti.

Quinta ɔcluſio. Ad hoc ꝙ negociās vēdendo illa ornamenta ſit īmunis a peccato mortali requirunt̄ duo.

Sexta ɔcluſio. Ad hoc ꝙ vēdēs illa ornamēta ſit īmunis a mortali nō videt̄ vltra p̄dictas ɔditiones req̄ri ꝑ tertia ɔditione ꝙ ꝓbabilit̄ credat oppoſitū p̄dicti mortalis abuſus ſcʒ ꝙ ꝓbabiliter credat emētē nō abuſuꝝ mortaliter ſed bñ vſurum. imo ſufficit ꝙ p̄uia cōſideratione q̄litatis ꝑſone ⁊ aliaꝝ circūſtantiaꝝ habita nō ɔiecerit nec debuerit conijcere ementē mortal'r eis

Septima ɔcl'o. Sic q̄rta ɔclu (abuſuꝝ ſio quinta ⁊ ſexta ſonantes de mortali ſūt vere ſic ſi ꝓportionabiliter formarentur de veniali: eſſent etiam vere.

Octaua ɔcluſio. Si negociator illorum ornamētoꝝ ſit extra duos caſus q̄rte ɔcluſionis ⁊ extra duos ſeptime ɔcluſionis: et habeat ɔditiones q̄nte ɔcluſionis erit ei' negociatio nō culpanda ſingulariter

Correlariū. Nō eſt negociator abſoluendus q̄ nō vult deſiſtere a negociatione ornamentorum vel armorum vel veneni in duobus primis caſibus.

Nona ꝯcluſio. Negociatio qua q̄s vendit inſtrumenta luſoria eſt in duobꝫ caſibꝫ mortalis ⁊ in duobus venialis ꝓportionabiliter ſicut in quarta ⁊ ſeptima ꝯcluſiõib⁹ de negociatione ornamẽtoꝝ dictũ eſt. ⁊ vt negociãs ſit ĩmunis a pctõ mortali requirunt eedem ꝯditiones que tacte ſunt in q̄nta ꝯcluſione. Et ſoluit obiectio poſſibilis fieri de armis ⁊ ibi de vendẽte ramos palmaꝝ iudeis: ⁊ ſoluit obiectio poſſibil' fieri

## Queſtio. LIIII

# Vtrũ negociatio

illa ſit illicita qua quis mercẽ defectuoſaz vendit nõ ꝓpalando eius defectum.

Solutio q̃ōnis ſtat in vna ſuppoſitõe q̃tuor ꝯcluſionibꝫ ⁊ ſex correlarijs q̄ q̃ſi exẽplariter declarabunt concluſiones.

In ſuppoſitionibꝫ diſtinguit quomõ cõtingit mercẽ aliquã eſſe defectuoſaz tripl'r ſcꝫ in ſubſtantia: quãtitate ⁊ qualitate. ⁊ ĩpugnant exempla aliquoruꝫ de defectu in

Prima ꝯcluſio. Si merx eſt (ſubſtãtia. defectuoſa quocũqꝫ predictorum triũ modorum ⁊ vendens ignorat defectum non affectata nec craſſa ignorantia: non peccat tunc vendendo eã ⁊ nõ ꝓpalando ei⁹ defectũ etiã ſi ꝑ tãto p̃cio ac ſi eſſet nõ defectuoſa venderet. Et dant rõnes adiectõis clauſulaꝝ ꝯcluſionis: ⁊ ibidẽ aliquid tangitur de hoc an is qui etiã tm̃ infra dimidiũ iuſti p̃cij decepit cõtrahentem compelli poſſit nõ ſolũ in foro aĩe ſed etiam exteriori ad reſcindendũ ꝯtractum aut ad reducenduꝫ eũ ad equitatẽ. Sꝫ de illo etiã infer' tanget in ſequẽtibꝫ q̄ſtionibꝫ ſcꝫ. lvj. ⁊. lvij.

Secunda ꝯcluſio. Si merx eſt defectuoſa aliquo p̃dictoꝝ triũ modorum et tã vendens q̄ꝫ emens ſcit defectum vel ſaltẽ venditor ꝓbabiliter credit emptorem ſcire: vt puta quia eſt defectus manifeſtus quẽ q̄libet preſumitur cognoſcere non peccat pro tunc vendendo ⁊ nõ propalando defectũ dũmodo venditor deſcendat ĩ precio mercis ꝓportionabiliter ad defectuoſitatẽ mercis. ⁊ dantur rationes adiectionis clauſularum concluſionis.

Correlarium primũ. Quedaꝫ dicta ſancti Tho. ⁊ etiam Joh. gerſon cancell'. Pariſienſ. de vendente rem defectuoſam indi gent moderamine. ⁊ recitatur ſnĩa vtriuſqꝫ ⁊ impugnat quaten⁹ limitet.

Secundũ correlariũ. Quãuis in aliquo caſu ſcꝫ iam dicto liceat venditori defectũ reticere nõ tñ ꝓpter hoc in eodem vel alio liceret ſibi verbo vl' facto ſignificare defectũ

Tertia ꝯcl'o. In pluribꝫ caſibꝫ (nõ ineſſe peccat vendẽs rem defectuoſã aliq̄ illoruꝫ trium defectuum: ⁊ in paucioribꝫ caſib⁹ eſt immunis a peccato.

Quarta ꝯcluſio. In caſibꝫ ſupradictis in quibꝫ peccat vendens mercẽ defectuoſam ei⁹ pctm̃ ẽ aliq̄ñ mortale aliq̄ñ veniale

Tertiũ correlariũ. Quãuis aliq̄ñ a pctõ poſſit excuſari vendens mercẽ mixtaz alteri: tñ aliq̄ñ nõ p̃t: ⁊ declarat ꝑ duo exẽpla.

Quartũ correlariũ. Quãuis aliq̄ñ excuſari poſſit a pctõ vendẽs mercẽ deficienteꝫ in quãtitate etiã ſi ſcienf illõ faciat: tñ aliq̄ñ nõ poteſt: et ponunt quattuor exempla de prima pte correlarij: ⁊ ſoluitur ibidẽ q̄dã

Quĩtũ correlariũ. Quãuis (q̄ſtiuncula vendens pannũ in q̄litate deficientẽ. puta pannũ male textum vel male tractũ vl' ruptum ad tractoriũ ⁊ recmendatũ poſſit aliquando excuſari tñ aliq̄ñ non poteſt.

Sextũ correlariũ. Quãuis veſtẽ veterẽ quã renouauit in apparentia purgãdo carzando aliq̄ñ excuſari poſſit: tñ aliq̄ñ nõ poteſt ⁊ ponunt exempla de vtroqꝫ. ⁊ ibi de arte recmẽdãdi rupturaꝫ pãnoꝝ an ſit dãnanda. ⁊ ibidem d̃ quodã documento pro p̃dicatoribꝫ circa materiã huius q̄ſtionis ⁊ cõſimilium ſeruando.

## Queſtio. LV.

# Vtrũ mercatio vel

emptio illa ſit illicita q̄ emptor p̃cio defectuoſo emit mercem.

Solutio. q. ſtat in vna ſuppoſitione. q̃tuor ꝯcluſiõibꝫ ⁊ q̄nqꝫ correlarijs.

In ſuppoſitiõe diſtinguit quõ ꝯtingit p̃

Pr̃ia ꝯcluſio (ciũ ẽẽ tripl'r defectuoſũ. Si p̃ciũ ẽ defectuoſũ aliq̄ triũ p̃dictorum defectuũ: ⁊ emptor ignorat eius defectum ignorantia nõ affectata aut craſſa nõ peccat tunc emẽdo vel ſoluẽdo ⁊ non ꝓpalãdo ei⁹ defectũ ſi nõ eo plus in numero addat in p̃cio neqꝫ recipiat eo min⁹ in merce. imo ſi tm̃ recipiat ac ſi p̃ciũ ĩ nullo deficeret: et dant rõnes adiectõis clauſulaꝝ ꝯcluſiõis

Secunda concluſio. Si precium ē defectuoſum aliquo predictorū trium defectuum ꝛ tam emptor q̄ venditor ſcit illum defectum vel ſaltem emptor conijcit probabilr̄ ꝙ venditor eam ſciat: puta q̄ ē manifeſtꝰ quē quilibet p̄ſumitur ſcire: nō peccat ꝑ tunc emendo vel ſoluendo nō ꝓpalā do defectum eius: dummodo emptor tanto minus de merce recipiat vel rāto plus precij addat in numero quantus eſt talis defectus precij: ꝛ dantur rōnes adiectiōis clauſularum concluſionis.

Primū correlariū. Sicut ſanctus Tho. ꝛ Jobes gerſon. dixerūt manifeſtos defectus mercis poſſe reticeri ſi deſcēdat venditor in p̄cio ꝓportionabiliter: ſic ijdē doctores dixiſſent manifeſtos defectꝰ p̄cij poſſe reticeri ſi aſcendat ꝓportionabilr̄ in precio vel deſcendat in quantitate mercis recipiēde. Jō ſicut eoꝝ ſnīa de merce defectuoſa indiguit moderamine ꝛ ſine illo nō eēt vera: ſic etiā ſimilis ſnīa de defectuoſo p̄cio vel numiſmate indigeret ſimili moderamine ꝛ ſine illo nō eſſet vera.

Secundū correlarium. Quāuis in aliquo caſu liceat reticere defectum precij: nō tamen licet verbo vel facto illū defectum abſcondere ſaltem per ſuppoſitionē tegētem defectū vel ablationē ſigni eū ſignificantis volendo ſignificare eum non ineſſe ſecus ſi dumtaxat intenderet eū tegere vl̄ facere eum latere venditorē ꝛ faceret hoc in illo caſu in quo licitū eſt reticere defectū

Tertia concluſio. Jn pluribus caſibꝫ peccat emptor ſoluendo precium defectuoſū ꝛ in paucioribꝰ ē īmunis a peccato.

Quarta cōcluſio. Jn caſibꝫ ſupradictis in quibꝫ peccat emptor ſoluēdo defectuoſum p̄ciū vl̄ numiſma: aliqñ peccat mortaliter: aliqñ venialiter.

Tertiū correlariū. Emptor ſoluēs p̄ciū deficiēs in caſu ꝓportionabiliter ſe habente ad ſecūdū exemplum primi correlarij p̄cedentis q̄ōnis nō pōt ita excuſari a peccato ſicut ibidem fuit excuſatꝰ venditor mercis deficientis in qualitate rōne mixture: ꝛ ibi de radentibꝫ ꝛ balneantibꝫ florenos ad diminuendū eoꝝ bonitatē.

Quartū correlariū. Emptor ſoluens precium vel numiſma deficiens in quantitate ponderis vel numeri poteſt aliqñ excuſari aliquando non. ꝛ ponunť quattuor exempla de prima parte: ꝛ ibi de ſoluentibꝰ per numiſma raſū fiſſum ꝛ peregrinos numos mixtos vſualibꝰ. ꝛ de eodem etiā in ſequenti correlario.

Quītū correlariū. Emptor ſoluēs p̄ciū vel numiſma defectuoſū in qualitate de q̄ defectu multiplr̄ exemplificatū eſt in ſuppoſitione p̄ambula poteſt aliquando excuſari aliquando non.

## Queſtio. LVI.

**Que et quot poteſt** ꝛ debet cōſiderare venditor ex quibus cognoſcat quantꝰ ſit valor mercis ſue q̄tenus ipſe agnoſcat quātū p̄cium licite exigere valeat.

Solutio q̄ōnis ſtat in duabꝰ ſuppoſitionibus ꝛ ſex concluſionibus.

Jn ſuppoſitionibꝫ diſtinguiť de duplici valore ſcʒ naturali ꝛ vſuali: ꝛ oſtenditur ꝙ ſit poſſibile cognoſcere valorē vſualē rei.

Prima cōcluſio. Cognoſcere valorē naturalem rei ſm ꝙ eſt talis nō iuuat venditorem ad hoc vt exigat p̄ciū q̄d licitum ſit exigere nec requiritur ſed bene cognoſcere valorem vſualem.

Secunda concluſio. Quāuis eſtimatio currens in cōitate hominū ſit vnū ex illis manuductiuis penes que poteſt cognoſci valor vſualis: ꝛ ſic etiā conſequenter p̄ciū licitū exigi: tamē non eſt ſufficiens manuductiuū ad cognoſcendū illa. ꝛ ꝓbať viraꝙ ps triplr̄: ꝛ ibi declaratur quid ſit intelligendū per cōem eſtimationē.

Tertia concluſio. Quindecim ſunt manuductiua ex quibus poteſt vēditor vſualem valorem mercis cognoſcere: ꝛ enumerantur per ordinem ꝛ circa tredecimū q̄d eſt taxatio alicuius conſtitutionis ciuilis vel municipalis vel conſuetudinis ponūtur quattuor inſpicienda per rectores in taxando valorem rerum ad precia earundem.

Quarta concluſio. Ob vtilitatem prouenturam emptori ex merce ꝛ eius induſtria non licet venditori mercem eo carius vendere. ꝛ idem de p̄ſeruatione a malo: et cōſequēter fiunt quinq̄ argumenta cōtra cōcluſionē q̄ dimittunť inſoluta.

Scd̄a ne ſuꝑfluū laborē adijſſe videar q̄ poſt tot tātoſqȝ etiam ip̄e hac in re quidpiam ſcribere volui. ſiquideʒ q̄ ex noſtris magiſtris fuere vel non niſi de vna vel de paucis ſpeciebus cōtractuū ⁊ de his q̄deʒ admodū breuiter ⁊ nō nūq̄ȝ iure improbāda determinauerūt: nec ita ad ſaturitatem emergentes difficultates demeſſuerūt q̄n multas ſpicas poſt terga metentiuʒ iuxta legis edictum pauꝑibus ⁊ egenis cū moabitide reliquerint: nōnulla quoqȝ demeſſuerunt q̄ forſan ordinatius poſt hac componi debuerant. Stamina eni ⁊ fila (vt inquit Hieronym⁹) nōnunq̄ȝ ponūt priores vt poſteri veſtem inde cōficiāt et (vt cū eodem Hieronymo in p̄fatione cōmentarij ep̄le ad ephesios loquar) neminem manu conſerta: vt noſtra trāſſcribat vel legat: i mis trahere volo: me imperitior quiſqȝ lector⁹ eſt: tua forſitan dicta ſi ſcripſerꝭ Tull⁹ admirabit. Nunquid aut tertulian⁹ beatum martyrē Cyꝑanū: aut Cyꝑan⁹ Lactātiū: aut Lactanti⁹ Hylariuʒ a ſcribēdo deterruit. Magna eminere nō poſſūt: niſi parua fuerint. Primū non dicit̄ niſi ſcd̄m ſeq̄tur ⁊ tertiū. ad ſūma non ſcandimus: niſi ꝑ ima gradiamur. hec ille. Si aliqs qd̄ ſcripſero nō placet: mihi ipſi tn̄ cecinisse inuabit: hoc dicturus qd̄ beatus Auguſtin⁹ in prologo tertij libri d̄ trinitate ait. Multa neſciebam q̄ ſcribēdo didici. et p̄mo libro cap̄lo q̄rto. donabit deus vt eis miniſtrādo que legāt: ip̄e quoqȝ ꝓficiam. et cupiēs reſpondere q̄rentib⁹: ip̄e quoqȝ inueniaȝ q̄ querebam. hec ille. Nec ſi alij quidpiā ſcripſerit: ip̄e ſilere debeo. vnde idē p̄mo d̄ trinitate ca. iij. ait. Utile eſt plures libros a plurib⁹ diuerſo ſtilo etiam de eiſdē q̄ſtionibus fieri: vt ad plurimoſ res ip̄a perueniet: ad alios ſic: ad alios autē ſic. Et idē in ꝓlogo tertij libri ait. Tāto facili⁹ inuenietꝛ: q̄nto plura talia eſſe potuerunt.

Tertia cauſa vt his in quoruʒ labores prius pro meo aliorumqȝ ꝓfectu īroiui: atqȝ dehinc ad p̄ſentis opis qualēcūqȝ cōpilationem perueni: nō ingratus videar: neqȝ furti ſuoꝝ dictoꝝ argui queam: ⁊ cōpēdij maioriſqȝ vtilitatis cauſa: ſemel ꝑ multis vicib⁹ eos ibi vbi poſſibile atqȝ vtile fuit cōmemoraſſe ſufficiat. ita eni nemo mihi ob id indignari valebit: ꝗ ibi non eoꝝ attexuerim nomina: vbi nec poſſibile (ſaluis veritate atqȝ cōpendio dicendoꝝ) fuiſſet. nec ſi fieri potuiſſet: id expediuiſſet. ſed lōge plus laboris q̄ȝ vtilitatis: q̄nimo diſpendium non paruū lectori atqȝ operi attuliſſet. neqȝ eni verū eſt hanc illius fuiſſe concluſioneʒ: ꝓbationem: argumentatiōeʒ: ſolutioneʒ aliamve q̄lemcūqȝ ſententiā: qui nec vniuerſa illa poſuit q̄ in eadem cōcluſione: ꝓbatione. ⁊ ſic de alijs tanq̄ȝ ad veritatē eiuſdeȝ aut ad efficacius munimentū illius req̄ſita ab alio quopiā inuenit colligata atqȝ cōtexta fuerūt: neqȝ eius dicēda eſt eſſe illa

ſincera veritas quā ipſe nequaꝗ̄ purgatā ſed falſis fermentatā atqꝫ ꝑmixtam aut forſan indigeſto crudoqꝫ ordine ac diminutꝰ q̄ neceſſe eſſet cōportauerat. Hāc autē eorū ex quibꝰ quiſqꝫ ꝓfecit memoriam: ⁊ ſi non ſit vſqꝫquaqꝫ neceſſariū: etiam ſi id a principio op̄is fiat ꝑmittere: ſicut neqꝫ in ꝓceſſu ei q̄ cōpendioſiorē vtiliorē ac magiſtraliorē modū ꝓcedēdi ſuare voluerit: expediens vel poſſibile eſt illam paſſim attexere: cum plurimi ex primoribꝰ atqꝫ dehinc ex recētioribꝰ potiſſimūq̄ noſtre profeſſionis doctoribꝰ nequaꝗ̄ vel hoc vel illud egerint: q̄nimo nonnulli ex illꝭ: multas ꝑ columnas crebraſqꝫ ꝑ paginas etiam forma dicendorum et qualitate ac quātitate eorundem inuariata: aliorum ponentes ſententias: nullatenus eorundē appoſuerint nomina: nec ſaltē a principio operis eorū: vtputa ex quibus ꝓfecerint ꝑmiſerint memoriā. Id tamē ⁊ ſi non neceſſariū: benignū tamē ſimul ⁊ cautū fieri arbitror. Benignū q̄dem ꝓpter ſupra dictā Plinij ſententiā. Cautū vero aduerſus obtrectatorū maledicta: qui cū ipſi torpeſcāt ocio: alijs laborantibꝰ inuidere ſolent: ⁊ in eo ſe ſcire aliquid arbitrant̄: ſi alienis operibus detrahant: qui ſi ſtilum figerēt ⁊ tria verba (vt Hieronymꝰ inquit) cōponerēt: ſeqꝫ metipſos experirent̄: forſan ex labore ꝓprio diſcerent laborantibꝰ ignoſcere. Hi ſunt qui vel aliorū dicta non ꝓuident aut his ꝓuiſis nec vetera cū nouis de theſauro ſuo proferunt nec ex anteceſſorum ſtamine ⁊ licio veſtem conficiūt: nec ꝑinuētis quidpiā adijciūt: nec ex aliorū manipulis (⁊ ſi demeſſis non tamē colligatis) vnacū ſpicis poſt terga metentiū relictis faſciculum cōponūt. ſed potius ceteros huiuſcemodi vtilem laborem exhibentes furti arguunt: ſiqꝫ alij ante eos ſcripſerant inſerta ſuis opibus inueniant: q̄ſi vel ipſi vel vlli alij ſint q̄bꝰ dici nequeat. Quid habes qđ non accepiſti. nec eorū maliuolētie obſtat quātūcūqꝫ talia que ab alijs accepta ſuis inſeruerunt libris a falſitatis ac impugnabilitatꝭ ſcoria magꝭ purgata ⁊ additiōibꝰ neceſſarijs amplꝰ ſtipata: ꝓpugnaculis q̄ꝫ pluribꝰ q̄ ante fuerint munita ac ad meliorem formā redacta compererint. Hinc forſan ⁊ Hieronymꝰ crebro eorum qui ante ſe hos quos ipſe exponēdos ſumpſerat libros cōmentati fuerant ⁊ ex quibus ipſe ꝓfecerat recenſere in ꝑfationibus cōmentariorum ſuorū nomina aſſolet atqꝫ volumina: que ⁊ ſe vidiſſe memorat: vt in ꝑfatione cōmentarij Eſaie: Oſee: Matthei et epiſtole ad Galathas eſt cernere. furti enī eum calūniabant̄ emuli tanꝗ̄ qui aliorū ſentētias ſuis cōmentarijs inſereret. vnde in ꝑncipio operis ſui de hebraicis q̄ſtionibus (qđ nouū tam grecꝭ q̄ latinis vſqꝫ ad id locorū inauditū: in ꝑfatione alterius libelli ſcꝫ de interpretationibꝰ nominū hebraicorū appellat) ait. Id qđ Therētio accidit ſuſtineo: qui comediarū ꝓlogos ī defenſionem ſui ſcenis dabat: vrgebat enī eū Lucius lauinꝰ noſtro Lucio ſimilis ⁊ q̄ſi publici erarij poetā furem criminabatur. Hoc idē paſſus ē ab emulis ⁊ Mātuanꝰ vates vt cū q̄ſdā verſus Homeri trāſtuliſſet ad verbū: cōpilator veterū diceret̄: q̄bꝰ ille reſpondit: magnarū eſſe virīū: Herculi clauam extorquere de manu: ſꝫ et Tulꝰ qui in arce eloquētie romane ſtetit rex oratorum ⁊ latine lingue illuſtrator: repetūdarum accuſatur a grecꝭ. non mirum ergo ſi contra me paruū homunculū imūdi ſues gruniant ⁊ pedibꝰ margaritas conculcēt: cum aduerſus doctiſſimos viros ⁊ q̄ gloria inuidiam ſupare debuerant liuor exarſerit. hec ille. Quā ꝟo expediens atqꝫ vtile lectori pariter ⁊ auditori ſit ī ꝓceſſu operis ita (vt ꝑmiſſū eſt qđ ⁊ hic ſeruabit̄) agere: q̄qꝫ is ſit modus ꝓcedēdi cōpendioſior quē ⁊ noſtri magiſtri priores atqꝫ poſteriores ſeruauerint: ī cuiuſdā alterius operis ꝓlogo deductum ſi queſiueris forſan īuenies. Quarta cauſa vt me non inſolitam a theologis tractari materiam aggreſſū fuiſſe appareat: quā tot tātiqꝫ ex magiſtris noſtris diſputauere. ex quibus qui ſe quūt̄ fuere. ſcꝫ doctor irrefragabilis Alexander de ales in tertia ꝑte ſūme. q. xxxvj. ⁊ lxvj. Doctor ſolennis Hainricꝰ gandēſis in diuerſis q̄ſtionibus quodlibetorū ſuorū: nominatim in quodlibeto ꝑmo. q̄ſtione. xxxix. ⁊ ſequentibꝰ ⁊ q̄dlibeto octauo. q̄ſtiōe. xxiiij. ⁊ quodlibeto ſexto. q̄ſtione. xxi. Sanctus etiam Thomas ſcđa ſcđe q̄ſtiōe. lxxvij. per quattuor articulos. ⁊ q̄ſtione. lxxviij. per quattuor articulos.

Item in epiſtola quadam ad lectorē Flo-
rentinum miſſa ⁊ in quodlibet; quodlibe-
to ſcdo articulo decimo. et q̄dlibeto tertio
articulo. xix. Richardus etiā; de media
villa in q̄rto. diſ. xv. articulo q̄nto. q̄ſtione
quinta ⁊ ſexta. Preterea doctor ſubtilis
Scotus paululū diffuſiꝰ q̄s ſupra memo-
rati multū ſubtiliter de cōtractibus diſſe-
ruit in q̄rto. diſ. xv. q. ij. Petrꝰ d̄ palude
in tertio. diſ. xxxvij. Johānes neapolita
nus in quodlibetis ſuis. Ceteri deniq̄ꝫ in
ſcriptis ſuis circa magiſtrū in tertio libro
nōnulla ſcripſerunt de contractibꝰ. Sꝫ
hi omnes pauca q̄dem ꝟputa vel de vna
tm̄ ſpecie ꝯtractus: vl̄ ſi d̄ pluribus: tamē
tranſitorie atq̄ꝫ raptim: nec tanta quāta di
ci poterāt. imo quāta neceſſitas exigit ſcri-
pſerunt. nec abre: quoniam circa ſententiaꝝ
libros eis deſudantibꝰ: aliarū tantarū reꝝ
maieſtas eis occurrens emerſit: vt vix pro
illis eorum ſuffeceri̅t etas atq̄ꝫ ſtudium.

Ob q̄d ⁊ poſt illos Gregoriꝰ de Arimi
no: Heinricꝰ de hoyta: Heinricꝰ d̄ haſſia:
Johānes de ripa ordinis minorū: Johā-
nes de gerſona cancellariꝰ pariſienſis: ſan
ctus etiam Bernhardinꝰ: ac Johānes ni-
der ſpeciales ſup̄ hac materia tractatulos
ediderunt: cōſiderantes forſan q̄ꝫ q̄r cōtra
ctuū materia, imo vorago foret q̄ſi mare
magnuꝫ ⁊ ſpacioſum manibꝰ in q̄ reptilia
quorū non eſt numerus: nō indignū eſſet
ſuper ea ſpecialem facere indaginē. In-
ſuper vtriuſq̄ꝫ iuris textus in his titulis q̄
ad materiam contractuū reprobandoruꝫ
vel approbādorū aut defenſandorū q̄tuꝫ
ad forum anime ⁊ theologicum attinet ali
quid vtilitatis conferre videbant̄ diligen
ter conſideraui: vna cū lecturis quorundā
dominoꝝ iuriſtaꝝ deſuper: nominatim in
canonico iure domini Panor. in varijs ti-
tulis tertij libri decretaliuꝫ ⁊ in q̄nto libro
in titulo de vſuris: ſimul ⁊ in quadaꝫ eius
diſputatione que incipit Angerio. Simi-
liter ⁊ repetitionem domini Laurentij de
Ridol. ſup. c. conſuluit. de vſuris. Et in ci-
uili iure aliquādo lecturaꝫ domini Pauli
de caſtro: aliquādo Bartholi ⁊ Baldi: ac
cedente ſepe ſuper eiſdem textibꝰ atq̄ꝫ ſcri-
ptis viue vocis cuꝫ dominis iuriſperitis
collatione. Sūmiſtas etiam ⁊ domino
rum iuriſperitorū de contractibꝰ tractatu-
los aliquos ⁊ nōnullorū ſuper talibus ꝑ-
ſtita conſilia: quorum aliqui ſatis vtiliter
atq̄ꝫ particulariter ſcripſerunt videre cura
ui atq̄ꝫ vidi: in hoc noſtros imitatꝰ magi-
ſtros: quoniā ⁊ ipſi tam iura q̄ꝫ ſumas iu-
rium ſepe conſpexerūt. Teſtant̄ illud Alex
andri de ales ⁊ Richardi de media villa iu
ribꝰ plurimū referta opera: ac ſācti Tho-
me ⁊ Scoti ſup̄ quarto libro ſcripta: q̄q̄ꝫ
noſtri magiſtri ſuo more eoruꝫ ex quibus
hauſerunt vel ꝑfecerunt ſoliti fuerint reti-
cere nomia. Raymūdi ſummā atq̄ꝫ Ho
ſtienſis viderunt ⁊ tamē vix vltra illud ſe-
mel inueniēs Raymundū ab Alexandro
cōmemoratum q̄d ponit̄ in q̄rta p̄te ſūme.
q. xxiij. in fine. Forſan aūt eo ꝑmoti fue
rūt q̄m (vt iura inquiunt) oīa ea noſtra
facimus quibus auctoritateꝫ impartimur
vt in ca. ſi apoſtolice. de p̄bendis. libro. vj.
Non eni̅ id̄o: quia p̄cedentes magiſtri ita
ſenſerunt: ideo ſic per poſteros ſentiendū
eſt. ſed quia ratione ꝓbabili aut auctorita
te ſolida ita eſſe ꝯuincitur ꝓut in ſimili do
cet beatus Auguſtinꝰ in ep̄la. ix. ad beatū
Hieronymū. de quo in. c. ego. diſ. ix.

Nō igitur rem a theologis̄ tra
ctari inſolitam ag-
grediar: neq̄ꝫ etiā falcem mittā in meſſem
alienaꝫ de contractibꝰ ſcribendo. ſicut nec
ſupra memorati theologi terminos quos
poſuerunt patres eoruꝫ tranſiſſe cenſendi
ſunt: de contractibꝰ diſſerendo. quoniā ⁊ ſi
iuriſperitorū ſit de cōtractibꝰ ſcribere. q̄tū
ad forum attinet contentioſū: quibꝰ ſcꝫ mo
dis ſup̄ contractibꝰ agatur: que actio acto
ri competat: qualiter deniq̄ꝫ lites ſup̄ illis
dirimant̄: q̄tum tamē anime forum cōtin-
git ⁊ cōſciētie: ad theologū recurrendū cē-
ſeo ſimul ⁊ moraleꝫ ph̄m naturali legi in-
tentem. Primū equidē ex eo patet: quo-
niam ille contractus vt iniquꝰ in foro con
ſcientie dānandus eſt q̄ charitati q̄ ad pri
mū eſt aduerſatur. ⁊ quis vel q̄d charitati
ad p̄ximuꝫ aduerſetur meliꝰ nouit q̄ꝫ theo-
logus: cuius vniuerſa lex quaꝫ ꝓfitet̄ ⁊ ꝓ-
phete pendent in ea: vt diligat homo deuꝫ
ex toto corde ⁊ p̄ximū ſicut ſeipm̄. Mat.
xxij. Nunq̄d non theologus noſter Pau-
lus p̄cipit dicens. Ne quis ſupgrediat̄ ne
q̄ꝫ circūueniat in negocio fratrem ſuum. j.
Theſſal. iiij. Aut vnde ſcis q̄ꝫ fraude inir-

aut circūuentus ꝯtractus in foro cōſciētie penā meref: nunqd nō ex eo ꝙ Paul⁹ p⁹ p̄dicta vbi ſupra ſubiecit dicēs. qm̄ vindex ē dn̄s de his oibus. Eſt pterea diuina lex ſufficiēs illuminatrix in his q̄ ad forū cōſcientie ptinent. alioquin xp̄s ſuā politiā inſufficiēter inſtituiſſet: imo in neceſſarijs ad ſalutem defeciſſet. qđ longe ſit a mētib⁹ fidelium. Ad pfeſſorē igit diuine leg̃ etiā attinet de ꝯtractibus q̄tum ad cōſcientie forum ſpectat ex principijs theologicis atq̃ naturalis leg̃ differere. Diuina deniq̃ atq̃ naturalis lex talis tantaq̃ ē. vt q̄ eius pncipijs puis q̄dē i q̄ntitate: magnis aūt in virtute (qm̄ inumeras in ſe claudūt cōcluſiōes) inītit atq̃ ſic d caſib⁹ loq̄t haud q̄q̄ ſine lege loquit. etiā ſi iura humana omittat. ita vt nō op⁹ ſit illō ei dicere. Erubeſcimus cū ſine lege loquimur. Scđo ꝟo liquet: qm̄ fere oēs ꝯtractus ſunt d iuregentium. ꝙ ꝟo quidā de iure ciuili eſſe ꝓhibētur: id quo ad formā quandā poſitiuam ſeruandā ⁊ ſolēnitates quaſdam ⁊ q̄dam alia q̄ circūſtant contractū extrinſec⁹ veritatē quidē habet. ipa tamē eorū equitas ⁊ radicalis natura a iuregentium ē deriuata. Quis aūt q̄ iurisgentiū ſunt meli⁹ nouit q̄ moralis ph̄s naturali nitens lumini rōnis? Nam que iurisgentiū ſunt: legis naturalis ſunt. cum iuſgentiū ſpecies ſit iuris naturalis. Diuidit eni apđ magiſtros nr̄os nominatim Alexādrū de ales i tertia pte ſūme. q. xxvij. mēbro q̄rto. arti. j. ius naturale in ius naturale natuū. ⁊ naturale hūanū. ⁊ naturale diuinū. ⁊ ꝑ ſcđm intelligit iuſgētium: vt ibidē ptꝫ. Que aūt leg̃ naturalis ſūt ſanctiōes: moralis ph̄s ꝯtemplat. ſicut theolog⁹ diuine legis p̄cepta: ⁊ iuriſperit⁹ hūani iur̃ decreta rimat.

Si inſup iuris canonici atq̃ ciuilis ſciētie ꝯtract⁹ ſi iuſti vel iniuſti ſint diiudicāt: nunq̄d nō ſciētie q̄b⁹ ille ſubalternāt certius iudicabūt? Utiq̃ teſte Areſto. ꝑmo poſterioꝝ. iuris aūt canonici ſcia theologie ſubordinat ⁊ quodāmodo ſubalternat. ꝑut tāgit papa i. c. q̄liter. de acuſatiōib⁹. dicēs. Ex auctoritatib⁹ ve. ⁊ no. teſtamēti ꝓceſſerūt canonice ſanctiōes. q̄ſi p̄tēdat eas quodāmodo correlaria fore diuinaꝝ concluſionū. Juris ꝟo ciuilis ſcientia morali ph̄ie ſubordinatur: adeo vt ph̄ia moralis etiā ciuilis ſciētia nomiet ab Areſto. ꝑmo ethicoꝝ. Uñ rite Areſtotiles finē impoſuit⁹ ſue ethice ad legiſlatiuā deſcendit: vt inſinuet: q legū ſciētia a moralis ph̄ie ſede deriuat. Propterea adhortādi ſūt dn̄i iuriſte vt i ꝯdēnādo vel iuſtificādo aliquē ꝯtractū: nō adeo fixi: adeo p̄ſſi ſuis inhereant textib⁹ ꝙ deiectis oculis in mēbranas in aīaliū ſcꝫ pelles: nō aſſurgāt. ꝯtēti tm̄ ꝙ ſic ſciant eē ſcriptū: vel ꝙ talis doctor ita ſentit i lectura ſua. q̄ſi h̄ eis ſufficiat ſi non exerceāt intellectū rationēq̃ ꝯſulāt inueſtigādo ꝓpter q̄d ē ꝯdēnat⁹ vl iuſtificat⁹: ⁊ reſoluēdo effectū i cauſā ⁊ ꝯcluſionē (vtputa ꝯſtitutionē canonicā vel ciuilē: ſoli dicentē q ē) reducēdo i pncipia theologica vl philoſophica moralia vnde deriuat. Nō eni rō ex lege: ſꝫ lex ex rōne ꝓceſſit. Uñ ſepe id accidit ꝙ ſi hō dimitteret capl'a humanoꝝ iuriū ⁊ oculos rōnis in pncipia charitatiue atq̃ naturalis legis attolleret lōge citi⁹ facil⁹ atq̃ ſereni⁹ ſup cōtractib⁹ ⁊ alijs moralib⁹ atq̃ agibilib⁹ iudicaret. ſicut etiā ſepe dū in allegationib⁹ iuriū veritas impugnari videt: ſi hō dimitteret gloſas ſup gloſas: ⁊ recurſus fieret ad nudam text⁹ lr̄aꝫ: aptior ſibi pateret intellectus: vt Pe. d aleaco ſepe ſibi accidiſſe teſtat. Dis q̄ppe lex ciuil rōni inītit ſuo modo. Nec leges ſūma eq̄tate ⁊ rōne ordinate forent: niſi naturalis rōnis lumīe legiſlatores ac iuriſcōſulti philoſophando eas decreuiſſent. Ob qđ cācellari⁹ pariſieſis i tractatu de ſolicitudīe eccl'iaſticoꝝ nō imerito illos ſugillat q̄ ad ſola ſingularia ſe totos dant: nullā ad pima pncipia reſolutiōeꝫ facientes: q vel illa neſciūt vel negligūt: aut toti lr̄ales ⁊ ſine ſpū carnales ſūt: vel excecat eos malicia hec vel illa. alios ꝟo econtra cōmēdat q̄ ſingularia caute colligūt et ſapiēter ad regl'as reſoluūt generales: colligētes pariter q̄ fuerit ratio date legis: qm̄ q̄ ꝑ eleuatiōeꝫ mētis ad regulas diuinas: q̄nq̃ ad humanas. hec ille. Unde ſepe dn̄is iuriſt̃ nō reſoluētib⁹. q ē in propter q̄d: accidit i talib⁹ ꝙ q̄ i hūano iure admiſſa īueniūt: credāt diſpēſatiue eē admiſſa et in illis ſpecialitatis rōneꝫ h̄re locū: q̄ ſi ad theologica pncipia leuarēt oculos: longe aliter ſicut deberēt ſentirēt. ꝑut in. q. xxv. ⁊. xciij. patebit. ⁊ in alijs. Deſpiciebāt

ſapiētes mūdi nři anachorete magni An-
thonij ſapiaꝫ.eo ꝙ līas non didicerat. At
ille. Rñdete inqͭt mihi.q̄d pri⁹ ē:ſenſus an
līe:⁊ q̄d cui⁹ exordiū:ſenſus ex līis:an līe
oriūť ex ſenſu: Illis aſſerētibꝰ.qꝛ ſenſus au
ctor atqꝫ inuētor eſſet līaꝝ:ait. Igitur ſi cui
ſenſus incolumus eſt: h̄ līas nō requirit.
Sic etiā h̄ q̄ri pōt. an h̄ ꝙ hūana iura
ꝯcꝰ in ſe iniq̄s ꝯdēnarūt.⁊ i ſe licitos ap-
probarūt:ex lege diuina ⁊ naturali ꝓceſſe-
rit.vł ecōtra.ido lex diuia ⁊ naturalis eos
ꝯdēnauit vł approbauit.qꝛ ſic hūana iura
de eis decreuerunt: Sane:neq̄q̄ rñdebis
ſcōꝫ.ꝙ theologicꝫ ꝓncipijs atqꝫ naturalis
legꝫ fundamētꝫ institut⁹: eoꝵdē dep̄hēde
re poterit approbationē aut ꝯdēnationeꝫ.
Diuia eni lex ei⁹ qd i ſe iuſtū vel iniuſtū eſt
q̄tū ad theologicū forū attinet doctrix eſt
atqꝫ inuentrix ſufficiēs Ad talit̄ eni iuſta vł
iniq̄:iura hūana declaratorio ſe habēt mō
ita vt nō ꝑciſe ido mala ſūt.qꝛ ſic de eis de
cretū ē:ſꝫ ideo ꝺ eis ſic decretū ē.qꝛ ex diui
ne ⁊ naturalis legꝫ ꝓncipijs reperti fuerūt
tales. Quid aūt nob̄ obſtare poterit ſi pau
culi q̄dā ꝯcꝰ i mediū adducāť q̄ nec ex di
uina lege: nec naturali lege a pħo vt iniq̄
ꝯdēnari poſſunt:q̄s tn̄ iuriſperit⁹ ꝯdēnare
poterit.eo ꝙ iure poſitiuo forte tn̄ videāť
ꝓhibiti. Naꝫ qd modicū ē:ꝓ nihilo repu-
tať. Denīqꝫ ꝙ tales(ſi q̄ ſint)ꝓhibiti ſunt
plerūqꝫ venit ex eo.qꝛ vł ſpeciem mali p̄ſe
rūt:vł mali p̄ſtāt occaſionē:vel maliuolis
atqꝫ malicioſis negociatoribꝰ ſūt ſpelūce
latronuꝫ. Vñ aūt ſcies.qꝛ merito tales ꝓ-
hibēdi.imo etiaꝫ lege diuina actu ꝓhibiti
ſūt:niſi qꝛ lex diuia ait. Ab omi ſpecie ma-
li abſtinete vos.j.ad Theſſal.v.⁊ Ve mū
do ab ſcādalis. Mat.xviij.⁊ h̄ q̄ ad ſcōꝫ.
et Si man⁹ tua ⁊ pes tu⁹ ſcādaliꝫat te:ab-
ſcide eū ⁊ ꝓijce abs te.ibidem.⁊ h̄ q̄ ad ter
tiū. At hec ꝓ nūc ſufficiāť.qm̄ qd ad theo
logū de ꝯctibꝰ determinare i ſuo foro ſpe-
ctet:lati⁹ tractabiť infra.q.xlix.

Est aūt mihi animus deo duce ⁊
docēte duo facere.ſcꝫ ini-
q̄s ꝯcꝰ:legi diuine ⁊ charitati ac naturali
eq̄tati aduerſātes ꝯ eoꝵ defenſores ꝯdem
nare:⁊ eos tales oſtendere(eſt eni via q̄ vi
deť hoi recta:⁊ nouiſſima eius ducunt ad
mortē. Prouer.xiiij.)atqꝫ ecōtra ꝯcꝰ: illis
legibꝰ atqꝫ hūanis ſanctiōibꝰ nō aduerſan
tes:ꝯ ꝯdēnātes eos iuſtificare. Nā nō tm̄
ſūt impij ꝯcꝰ ꝯdēnādi:ſꝫ etiā ne ſup iuſtis
ꝯctibꝰ ꝯſcīa iuſti viri inq̄eteť: ꝯ illō.i pa-
ce fact⁹ ē loc⁹ e⁹:iuſti ꝯcꝰ ſunt defenſandi
Vñ ad iudicē i foro ꝯſciē p̄ſidētem vtrūqꝫ
attinet. Ad qd audi Eſaiā dicētem. Ve q̄
dicitꝫ malū bonū:⁊ bonū malū. ponentes
tenebras lucē:et lucem tenebras. ponētes
amarū i dulce:⁊ dulce i amaꝝ. Eſa.v. Au-
di ⁊ ſapiētē dicētē. Et q̄ iuſtificat impiū et
q̄ ꝯdēnat iuſtum abominabilis eſt vterqꝫ
apd deū. Prouer.xvij. Ezechiel.etiā.xiij.
ca.vtrūqꝫ ꝯdēnat dicēs. Ve q̄ ꝯſuūt pul-
uillos ſub omi cubito man⁹:⁊ faciūt ceruī
calia ſub capite vniuerſe etatis ad capien-
das aīas.⁊ h̄ q̄ ad ꝓmum.et infra. Pro eo
ꝙ merere feciſtꝫ cor iuſti mēdaciter: quem
ego nō ꝯtriſtaui ⁊c.ꝓpterea eruā populuꝫ
meū de manu vra.⁊ h̄ q̄ ad ſcōm.⁊ vtrūqꝫ
ſimul cōplectēs ſugillat eos q̄ aīas q̄ non
viuebāt viuificabāt ⁊ aīas q̄ nō moriūť i-
terficiebāt. Regla itaqꝫ via i ꝓmis eun
dū ē:vt nō decline ad dexteram:ne nimis
emūgēdo:ſāguinē eliciam⁹.⁊ ꝯſcias infir-
morū fratrū ꝑcutiam⁹. neqꝫ ad ſiniſtrā:ita
vt iniq̄ iuſtificem⁹. Refert Joh. gerſon
cācell̄.pariſieñ.p̄ceptorē ſuū cardinalē came
racēſem dixiſſe:ꝙ ſup ꝯctibꝰ hūanis q̄ pre
ſuppoſito pctō ſūt naturales atqꝫ neceſſa-
rij:nō debet leuiter reprobatio fieri ſeu re-
ſtrictio vł ad vſurariam p̄uitatē reductio.
hec ille. Dehinc ſup h̄ ſollicite q̄euis
lectorē obſecro vt cū me ſenſerit ꝯctū ali-
quē iuſtificare: nō ſtatim i h̄ ꝓſiliat vt me
abſolute eū iuſtificare dicat.imo neqꝫ cre-
dat.ſꝫ ꝯditiōes plurimas ⁊ circumſtātias
ad eū req̄ſitas:q̄s ſubijciā diligēter ꝯſide-
ret:nec qd plurimis ⁊ circūſpectꝫ ſentētijs
tradiť:ipe vnī⁹ credat ſnie ꝯtextu diffinitiū
fore. Bonū eni ex itegra cauſa ē.ſcḋm Dio-
nyſiū.malū ꝟo ex defectu cuiuſlibet cauſa
rū.⁊ Areſto.ij.ethicoꝝ. Bñ agere ꝯtingit
vno mō:peccare aūt multipharia. Ter-
tio etiā q̄libet i h̄ circūſpectū eſſe volo.
vt cū me itellexerit nōnullos ꝯcꝰ ⁊ caſus
iuſtificare:nō ob h̄ credat id etiā cū circū-
ſtātiaꝝ ⁊ ꝯditionū req̄ſitaꝝ expꝛſſa adiecti-
one paſſim ſine diſcretiōe loci tpis ac pſo-
narū audiētiū p̄dicādū:nō qꝛ veꝝ nō ſit il
los eſſe iuſtos:ſꝫ qꝛ nō oibꝰ ꝓ omi tpe ⁊ lo
co p̄dicāda ē q̄libet veritas. Nā etiā bona

opa ītermitti debēt:ſi inde ſcandalū emer-
gat infirmorū.iuxta illud. Si dextera tua
ſcādaliſat te ₇c.ıd ē op⁹ bonū:etiā bona ī-
tētiōe factū ē ītermittēdū dūmodo non ſit
neceſſitatꝫ. Nō ſūt etiā margarite ꝓiciēde
añ porcos. Profecto nōnūꝙ̄ accidit q̄
ruditas auditoꝝ tāta ſit vt cū ꝑdicator ali-
q̄d eē licitū dicat exꝓſſe adijciēdo circūſtā-
tias ₇ ꝯditiōes reqſitas:mox vl' nullas au
ſcultāt circūſtātias ₇ ꝯditiōes vl' nō ītelli-
gūt.vel ſi aliq̄s capiūt:reliq̄s ꝯſiderare ꝑ-
termittūt:q̄ſi ad ſui excuſationem ſufficiat
eis audiſſe factū ip̄m ex genere eē licitum:
ad nullas circūſtātias arrectis aurib⁹ vel
aliq̄s audiuiſſe ₇ reliquas oēs omiſiſſe.

Sepe etiā maliuoli palliū excuſatiōis
₇ ſcutū defenſiōis ſuarū fraudū callide ex
eo ſumerēt:dicētes etiā ſe q̄ agūt nō niſi il-
lis circūſtātijs ſuatꝫ egiſſe. Sūt eni plere
ꝗ circūſtātie que nō patēt hoi:ſꝫ deo. Ho
mo eni videt ea q̄ patēt:de⁹ aūt intueť cor.
j. Regꝫ.xvj. Vñ pot⁹ talia ₇ ꝯſil'ia ſecreti
us ī ꝯfeſſiōib⁹ tractanda ſunt ₇ ꝯſilijs:vbi
etiā ꝯfeſſor ₇ ꝯſcie ꝯſule⁹ diligēti⁹ cūcta ri-
mari: et ſic iuſtificare iuſtificanda poterit.
Si q̄s eni exiſtimat ſe aliq̄d ſcire:nōdum
cognouit queādmoduz opteat eū ſcire:ait
apl's.j.Corꝫ.viij.ſupple ſi nō prudēter at-
ꝗ circūſpecte illa ſcia vſus fuerit:vel eam
alios docuerit. Et bñ dixi cūcta rimari
₇c.nā ī morali negocio nō monoculuz nec
binoculū.imo argum eē opter q̄ ī talib⁹ re
ſpōdere debet. Putāt eni ſepe(vt ait cācel-
lari⁹ ꝑiſieꝰ ī d ſollicitudīe eccl'iaſticoꝝ) aliq̄
aliq̄s caſus ſimiles eē alijs:q̄s tñ ex vnica
qñꝗ circūſtātia addita vl' remota vl' non
attēta ꝯſtat eſſe ꝓrſus diſſimiles vl' aduer-
ſos.queādmodū apd medicinam ptꝫ h̄ vl
tiū:dū vn⁹ ſibi viſus arrogāter ꝑitus ī hac
vel ī hac medicina dāda applicabit vnā re
ceptā ad morbos ex cauſis oppoſitꝫ ortos
nō attēdēs ꝙ illd qd ſanat calcaneū:nō ſa
nat ſed excecat oculū.hec ille. Vñ recte
ait Areſt. Ad pauca reſpiciētes:facile enū
ciāt:atꝗ ſic errāt. Una eni circūſtantia va
riata:etiā iudiciū ſapientis variari ſepe ne
ceſſe ē. Queſiuit vn⁹ anachoretarū a patre
q̄dā. Pater debeo temptatiōes admittere
aut ꝓtin⁹ eas abijcere: Admitte inq̄t. Ac-
ceſſit alter cū eadē petitiōe. Abijce inquit.
nec admitte. Sic apud ſapientē Prouer.
xxvj. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiā
ſuā. Et ibidē. Rñde ſtulto ſm ſtulticiā ſuā
Sic ī euāgelio de oſtēdēdis opib⁹ bonis
atꝗ occultādis. Quarto inſup ꝯſidereť
nō ſatis eē ꝯtrahēti ad h̄ ꝙ ꝯtrahēdo imu-
nis ſit a pctō ꝙ ꝯct⁹ nō ſit ꝯ iuſticiā cōmu
tatiuā iniqu⁹.opter eni illū etiā nō ſpeciez
mali hr̄e ne ſuū infamet actorē aut latibu-
lū queat eē latronū aut ſamiā ꝓbeat mali-
uolis. Aduertaꝫ deniꝗ ſūmope ad ſecum
ꝯtrahētꝫ inopiā.ſtat eni ꝙ ille cuz q̄ ꝯtra-
hit ſit ī ea egeſtate ꝯſtitut⁹ ꝙ ꝯtrahēs ſecū
nō gratuito ꝯctu:deberet ſecū ḡtuito ꝯctu
ꝯtrahere. Nāꝗ ſi tibi quidpiā donare vl'
mutuare teneor:ꝗuis iuſto ꝑcio tibi vēdā
₇ nō donē vl' mutuē:pecco nō q̄dem:quia
iniquū ꝯctū vēditiōis agā.ſꝫ qꝛ gratuituz
ꝯctū debitū nō impēdo.₇ h̄ ſepe natū ē cō
tingere ī emptiōe reddituū.imo ₇ aliaꝝ re
rū tpe famis ₇ cariſtie vt dicaz in tractatu
iiij.q.lxxxiij.₇ idē natum ē ꝯtingere ī caſu
q̄ſtiōis.xxx.₇ in l'taꝝ aliaꝝ q̄ſtionū q̄ depē

Est aūt mihi anim⁹ (dēt ex eadē
paululū diffuſius ceteris
materiā ꝯtractuū ꝑ argumēta ꝗ plurima
vbi opus fuerit examinare et emergentes
difficultates rimari.nec me ꝑgebit tēpo-
ris. Audientem eni illud ſapiētis. Ea que
tibi ꝑcepit deus:illa cogita ſemp.₇ ī mul-
tis operibus eius nō fueris curioſus. Ec-
cleſiaſti.iij. Et mordacē illā ſenece ſentētiā
Neceſſaria neſciunt:quia ſuꝑuacua didi-
cerunt:quomodo pigebit paululū pl⁹ tem
poris ₇ laboris impendere his rebus in q̄
bus non corrigie tm̄: vt vulgo dici ſolet.
ſed totius pellis.imo vniuerſi corporis ₇
anime vertiť ſalus ₇ interitus: vbi non de
lana caprina ſicut ſatiricus:ſed de anima.
nō de pauꝑe regno:vt Statius loquitur.
ſed de his que vitam beatā ꝯſequendaz et
non amittendā reſpiciunt diſputať. Si
ſocrates omnē ph̄ie rationem ad mores et
morale ſtudiuz tranſtulit:₇ hinc laudatus
eſt a Tulio:Seneca:₇ Auguſtino.ſi prete
rea philoſophi fere oīes:ꝑſertim Stoy-
ci.imo et ip̄i(quod vix crediderís) epicuri
ſolam beneviuendi cognitionē ceteris pre
tulerunt:tanꝗ ea ſola(teſte Apuleo)vitu-
perabiliter ignoreť: q̄d aget chriſtian⁹ cui
repromittiť eternitatis ſpes ꝓ p̄mio bone
vite.quo pacto ſuꝑuacuis ₇ inutilibus in

ueſtigandis ſe totū impendit:omiſſis que
ad vitam ſunt neceſſarijs. Sapiēs etiā
ait Eccī.vij. Quid neceſſe eſt homini ma-
iora ſe querere:cum ignoret quid cōducat ſi
bi in vita ſua numero dierum peregrinatio-
nis ſue. Et maxime non pigeat quē hu-
ius rei:ſi non piget pleroſq nostrates in q̄-
ſtionib atq materijs illis que ſolo nomie
theologice:re autē ipa potius a theologia
longe in regione diſſimilitudinis ſūt poſi-
te:ſūmo labore et etate multa dies et ingenia
ſua cōterere.cum nec ſe nec ꝓximū edificare
queant.queſtionē eni preſtant magis q̄ edi
ficationem.vt Paul' ait. quos idē apl's di
cit languentes circa q̄ſtiones verborum: et
pugnas legis:ex quibus oriuntur inuidie:
contentiones:blaſphemie:ſuſpitiōes male:
cōflictatiōes hominū mente corruptorum.

Horū theologiā cancella.pariſieñ.i ſer-
mone dominice.xix.poſt penthecoſten dicit
verboſam ſophiſticā et loquacitatē eſſe et ad
chimerinā inq̄t mathematicā eſſe redactā
Cur inſuper(inquit)ob aliud appellāt theo
logi noſtri temporis ſophiſte et v̄boſi:imo
et fantaſtici: niſi quia relictis vtilibus itelli
gibilibus ꝓ auditor̄ qualitate:transferunt
ſe ad nudam loycam et methaphiſicam aut
etiam mathematicā vbi et quādo nō opor-
tet.Hec ille. Sane cum tales ſup caſib diſ
crimen cōſcientie reſpicientib conſulti ha-
bentur in cōfeſſione vel extra:irreſoluti iue-
niuntur. Nō itaq ſubtilibus ſed vtilibus et
plus prodeſſe q̄ admirari ſtudendū eſt.mi-
nerue eni(quā deā ſapiētie fingunt)inuiſe et
odioſe ſūt arance. Nec quiſq̄ ſtomachā-
ti voce r̄ndeat.ſubtilitatib ꝯtētioſis et ſcho
laſticis q̄ laborē requirūt et ingeniū lōgio-
ri tēpore incūbam: hec autē moralia et q̄ cō-
ſcientiarū diſcrimina et reſolutiōes ꝯcernūt
quia facilia et plana ſunt nec ꝯplexa: cuꝫ vo
luero ſine labore apprehendā. Quicūq eni
ille ſit:audiat cancellariū pariſiēſem Johēꝫ
de gerſona q̄ aduerſus tales vl' ꝯſimiles lo
quēs in tractatu de oratiōe et ei' valore:ait.
Hanc ſapiētis admonitionē.Que tibi ꝓce-
pit de':illa cogita ſemꝑ: non obſeruāt mul
ti theologor̄ noſtri temporis.q̄ de morali-
bus quaſi de rudib materijs ſtudere vl' in-
quirere non dignant.ſciemus (inquiunt)ta
lia cum volum',cum tamē nulla ſit ad cog-
noſcēdum bene et reſolute ſciētia difficilior

ꝓpter circūſtantiar̄ innumeras varietates.
Nec eſt aliquis tam excellētis ingenij; nec
a puero in hac ſcientia tam exercitat': qui
non et quidem nouiter quotidie inueniat:
qd̄ prius non ita plane cognoſcebat. Hec
ille. Idem etiā in de cōſolatione theo-
logie.libro q̄rto.ꝓſa quarta.dicit. Infini-
tam difficultatem habet morale negotiū
dum ꝓſequi queritur.quia non ſatis eſt in
telligere quid verum ſit: et quid rectū ſicut
cadit ſub arte tradere.ſed ꝑticulares circū-
ſtantias que variabiles ſunt neq ſub arte
neq ſub doctrina veniūt.Hec ille.Et i li-
bro de vita ſpirituali.lectiōe q̄rta. loquēs
d̄ moralis materie ſtudio ait. O quiſquis
adeſt qui de ingenij acumine gloriatur q̄
preter difficilia et ſubtilia nihil inueſtigare
dignatur:vertat huc aciem ratiōis velim:
ſuum hic ingenium exerceat.affirmo mul-
tam hic eſſe ꝓfundam et vberem ſtudioſiſ-
ſimis:quātalibet ingenij laude ꝑditis per
ſcrutationis materiā: etiā ſuper eas ſteri-
les quas nōnulli ſolas mirari ſolent ima-
ginationū varietates.Hec ille. Cū inſu
per omnia ſuum habeāt tempus.et eo tūc
quo hereticorum peſtis circa fidem ſeui-
ret:catholicorū doctrina et labor his' que
credenda erant deſudabat:cōſequēs eſt vt
eorundē ꝑfidia ſublata et pace reddita ec-
cleſie:cum circa operanda et moralia nego
cia dubia emergunt:his animū noſtrū ap
plicemus.Ubi eni periculum maius in-
tenditur:ibi proculdubio:eſt plenius con
ſulendum.vt ait papa in.c.vbi periculū.
de elect.li.vj. Sicut quippe mūdo ori-
ente et aſcēdente creuit luxuria:q̄ iunioib
magis amica dinoſcit: ſic mūdo ſeneſcēte
et ad occaſū vergēte(qm̄ in nos fines ſecu
lorū deuenerūt)naturale ē:(nature q̄dē cor
rupte)vt creſcat auaricia: q̄ ſeneſcentib fa
miliarior eē ꝓhibet.Areſto.reſte.iiij.ethi-
cor̄.q̄ ait.Uidet eni ſenect' et oīs ipotētia
illiberales facere.Itaq ꝯtus iniq̄s eo q̄
ex auaricia ꝓcedūt.vl' ſi nō iniq̄ ſūt i ſe:ei'
tm̄ pietatē quā egenis etiā ex p̄cepto debe-
mus ꝑ:ſus extortes ſunt:magē nūc multi-
plicari q̄ vnq̄ acciderit formidādum eſt.
Huic igit etatē morbo p̄cipue occurren
dū ē vt lepra a nō lep̄ diſcernat.

Theologiam autē illā que in ac
tionib aplicab' reſidet :et

ea q̄ ab hūanis agibilibꝫ pl⁹ diſtare videt̄ ꝯtractat: ſcholaſticā atqꜫ ſpeculatiuā₂ appellam⁹. q̄q̄ꝫ in ꝟitate theologia tota ſpa practica ſit. queadmodū ꝛ medicinā q̄ndā theoricā: quandā ꝟo practicā dicim⁹. eo ꝙ vna q̄dez ea q̄ a praxi diſtātiora: alia ꝟo q̄ eidē viciniora ſūt ꝯtractat. cū ī ꝟitate tota ſpa p̄ctica ſit. put ī ſnīa vult doc. ſubtil' ī ſi ne ꝓlogi ſcpti ꝑmi libri ſniaꝝ. Cū itaq₃ eā theologiā q̄ꝫ ſcholaſticā ꝛ ſpeculatiuā appellam⁹ ꝯtractā⁹: mltaſ gētiliū phoꝝ. puta Areſto. ceceroꝝq₃. īmo ꝛ Auerrois fidei nr̄e hoſt' acrioris. ac Auicēne. machometiſte ſnīas atq₃ auctoritates ī mediū₂ ꝓ nr̄aꝝ ſnīaꝝ ꝯfirmatōe ac declaratōe adducere nō veremur. aut ſi q̄ eoꝝ phīce ſnīe noſtris videāt' repugnare doctrinis: nō dedignamur eas nō ſolū ꝯtractare: veꝝ etiā (qd̄ ampli⁹ ē) nō eas repudiare: ſ₃ cū labore cū nr̄is ꝯcordare Et nō q̄dē ꝓrſus iniuſt' hec fiūt. put doc. ſbtil. ī. iij. circa di. xxiiij. tradit ī quiēs. Exponere ſcpturā ſacrā ꝛ cōcluſiones ei⁹ explicare ꝑ aliaſ ſciaſ (ad quē modū vltimo deuenerūt doctores imiſcendo phīaꝝ ſcpture ſacre) ſine dubio mltū valet hec ille. Qd̄ ſine dubio ꝟitatē h₃ dūmodo ī ꝑmis obſuet' ne q̄d nimis. ſc₃ ne tātū aq̄ vino miſceri ꝯtingat ꝙ q̄ſi vini ꝑdat ſaporē. ſc̄m illd̄ Eſa. j. Vinū tuū mixtū ē aq̄. atq₃ ſc̄do illd̄ curem⁹ recolere ſapiēt'. ea q̄ tibi p̄cepit de⁹: illa cogita ſemꝑ. ꝛ in multis opꝫ ibꝫ ei⁹ nō fuer' curioſus. Cur nō ḡ licebit theolog' ī materia agibiliū. īmo ꝓutile erit nōnūq̄ꝫ (ꝑce tn̄ nec vltra q̄ꝫ neceſſitas aut vtilitas expoſcit) moralē atq₃ practicā q̄ caſus ꝯſcīe attigit theologiā tractātibꝫ: q̄rūdā legū hūanaꝝ auctoritatē ī mediū adducere: ꝓ alicui⁹ moral' caſus iuſtificatiōe vl' reprobatione. aut ſi q̄s ꝯtrariari nob̄ videri ꝯtigerit citra dedignatōe₂ earūdē r̄ndere auctoritati. Fecerūt q̄dē id nō nūq̄ꝫ Alexā. d' ales. ſāct⁹ Tho. Richar. atqꜫ Sco. vt eoꝝ ſūme teſtātur ꝛ ſcpta. Nec mirū. Nā ꝛ plereq₃ leges ꝑmu₂ q̄dē r̄nſa prudētū atqꜫ ita moraliū phoꝝ ꝑticulares ſnīe fuerūt q̄bꝫ qn̄ auctas ꝑncipis aut ꝓpli acceſſit: leg' nomē accepert: q̄ꝝ aliq̄ etiā ſi nō p̄ri⁹ prudētū reſpōſa fuerūt: a prudētia tn̄ ip̄i⁹ moralit' phant' ꝑncipis ꝓceſſerūt. a ꝑncipe q̄dez auctoritatē. ſ₃ ex naturalis ac phīce rōnis dictamīe teſtimoniū eq̄tatis acceperūt. Eſto ī q̄buſdā legibꝫ a vlatē ritat' ꝛ moꝝ erratū eē. vt in. q. xxij. patebit. ita ſane etiā ī ſpeculatiuis ac moralibꝫ phoꝝ ſentētijs (q̄s tn̄ reueremur) errores īuenimus: īmo ꝛ magno cū ſudore talibꝫ incūbimus vt ꝟitates ibi cōptas reiectis erroribꝫ acceptem⁹. Qꝛ ſi id ī legibꝫ ip̄is licitū ꝛ vtile fore oñſū ē: mlto ampli⁹ id d' q̄buſdā ſacr' canonibꝫ (parce tn̄ adduct') licebit ac ꝓutile erit. Nā illi nō ab alienigenis: vt plereq₃ leges. nec d' egypto: ſ₃ a noſtratibꝫ ac d' nr̄e ſcripture ſacre fōtibꝫ ꝓceſſerūt. vt ī. c. q̄lit. de accuſa. Et ꝑce q̄dē dixi. Vt q̄d enī etiaꝫ apd̄ iuriū ꝓfeſſores tāta tāq₃ inundās ſuꝑ vna re: etiā aliq̄n vulgatiſſima ſit iuriū allegatio q̄ꝝ etiā pleraq₃ cum a caſu ip̄o diſtātiſſima ſint: eū dē minime attingūt atq₃ adeo eū a lōginquo reſpiciūt: vt pl⁹ vtilitatis de papiro atq₃ ingenio abſumūt q̄ꝫ vtilitat' ad eūdem caſū deſcindēdū afferāt. vtil⁹ q̄dem lōge ſoret q̄ tā longinquū ꝛ fere inanē habēt reſpectū reſcindere: ꝛ vnū vl' duo ſolida atq₃ ſtrigētia adducere iura: ꝛ ſupfluis ꝯcordantijs o miſſis: diutius radici deciſiōis immorari.

Propter qd̄ recte ait doct. ſubtilis in. iiij. diſ. vj. ꝙ ī mult' loc' ī iure canonico apparet inutilis occupatio gloſarū. qꝛ multiplicant ꝯcordātias ꝛ auctoritates ad vnū vocabulū. ꝛ poſtea ī fine nihil ad ꝓpoſitū. ꝛ alibi vbi ē ꝟbū magni pōderis ex q̄ depēdet ſnīa toti⁹ capli: trāſeunt ſicco pede. hec ille.

Nemo aūt (oro) aduerſus voluminis hui⁹ ſtilū ſtomachet': ſi aliq̄n min⁹ cult⁹: aut carpi poſſe videbit' ab his q̄ ꝟboꝝ obſuatores exiſtētes: eorūdē ſūt aſſueti lenocinio. Sz materie q̄litatē ꝯſiderās. ꝛ ꝙ ſtil⁹ ſcholaſtic⁹ eē debuit aduertēs: veniā mihi ꝑſtet cui pl⁹ cure fuit vt ſolide ꝛ caute q̄ꝫ verbis terſe ac redimite eſſent opis hui⁹ ꝯcluſiōes ꝛ ſnīe: ampli⁹ acrioribꝫ ꝛ ſtringētioribꝫ q̄ꝫ politioribꝫ ac pulchrioribꝫ gaudēs earūdē ꝓbatiōibꝫ. ſtudioſius q̄₃ q̄rens faſciculoſo more ī re itricata atq₃ ꝑplexa (vt ē vorago ꝯcruū) planis atq₃ clar' ſmonibꝫ lector' ꝑit' ꝛ auditoris īrellectū erudire atq₃ reſoluere q̄ꝫ ꝟborum a ſcholaſtico ſtilo peregrinorū prurigine aut parciorib⁹ vel trūcatioribus q̄ꝫ incipientibus in hac materia expediat incedendo ſentētijs: eorum aures demulcere q̄ poti⁹ concinne audire ac oblectari q̄ꝫ ſe reſolutos ꝛ reꝝ intelligentia ſatiatos abire eligūt. Vir q̄s caurā ꝑiter ꝛ ſolidā rerum obſcuraꝝ ac ꝑiculoſaꝝ reſolutis

onē tradere ⁊ ſimul ꝟboꝝ limā ac elegātiā obſeruare poterit: ꝑo nſſimū inagibiliū et caſualiū negocioꝝ trādēda noticia (q̄lis pñſens ē) q̄ docentē pariter ⁊ audiētem (eo ꝙ hec multis ſemꝑ veſtienda ſunt circūſtantiis) argū eſſe requirūt. Theſaur⁹ inuiſus ⁊ ſapiētia abſcōdita (q̄lis ē q̄ verboꝝ faſtu eſt obumbrata) q̄ vtilitas in vtriſqꝫ: inquit ſapiēs. Dñs qꝫ ꝑ Moyſen ꝑcepit vt altare de impolito ac informi ſibi ſtrueret lapide. Lapideū ḡ altare ſtruendū dño atqꝫ ita firmū eſſe debuit qȯ tñ ille politū neqꝫ eſſe voluit.

Librū aūt pñſentē quem ſeptiptitū op⁹ ꝯtractuū appellādū cenſui in ſeptē tractat⁹ ac centū queſtiones diſtinguo. In ꝑmo tractatu dicet̄ de reꝝ dominio diffinitiue ⁊ diuiſiue vtputa de variis diuiſionibus atqꝫ ſpeciebꝫ dominiorū, tandēqꝫ ſpecialiter de dominio ciuili eo ꝙ illȯ ſpecialiter reſpicit materiā ꝯtractuū ꝑ q̄s trāſferunt̄ dominia rerū. ⁊ ibi dicet̄ de ei⁹ diſtinctione facta ſi licita fuerit: ⁊ ſi ꝑ legē naturalē vel hūanā fuerit facta. Inſuꝑ ð diffinitōibꝫ vſus: vſufruct⁹; ꝓꝑetatꝫ ac poſſeſſionis ⁊ ð ꝯuenientiis ⁊ ðntiis eoꝝdē. ð diſtīctiōe etiā ꝯct⁹ in generali ⁊ variis diuiſionib⁹ eiuſdē. ⁊ ꝯtinet. xvii. queſtiones. In ſcḋo ſpecialiter de illa ſpecie ꝯct⁹ q̄ ðr mutuatio ꝑ. xxxii. q̄ſtiōes. In tertio de negociatoribꝫ ſeu mercatoribꝫ ac emptiōe ⁊ vēditiōe ī generali. ⁊ ꝯtinet. xxii. q̄ſtiōes. In q̄rto ſpecialit̄ de emptiōe ⁊ vēditione redituū tā tꝑaliū vtputa vitalicioꝝ ⁊ alioꝝ ꝑpetuoꝝ redimibiliū ⁊ irremedibiliū ꝑ xv. q̄ſtiones. In q̄nto de ꝯctu locationis aīaliū atqꝫ aliaꝝ reꝝ ꝑ q̄nqꝫ q̄ſtiones. In ſexto de ꝯctu ſocietatꝫ aīaliū atqꝫ pecuniarū ꝑ ſex q̄ſtiones. In ſeptimo et vltimo de ꝯctu ꝑmutatiōis ⁊ cambii ꝑ tres q̄ſtiones. Quibꝫ ꝑ. c. q̄ſtiones cōſūmatis: finis optat⁹ aderit ī eo q̄ ē oīm ꝯſūmatio finꝰ nū. cui ſit honor ⁊ impiū ꝑ ſecl'a cūcta. Cuius ſācte eccl'ie ⁊ ei⁹ ꝑſuli ſūmo vniuerſiſqꝫ q̄ꝝ itereſt pñſens op⁹ offero ꝑ ie corrigēdū ꝑarat⁹ ſtare ſnīe cuiuſlibet meli⁹ ſentiētis.

*Finit ꝓlogus.*

Queſtio. I.

# Vtrum due

deſcriptiōes iuris ⁊ vna deſcriptio dominii: ſint a magiſtris bñ ac magiſtraliter poſite: qbꝫ ðr. Jus ē ptās vl' facultas ꝓpinq̄ ꝯueniēs alicui ſm dictamē ꝑme iuſticie. Et iterū. Jus ē ptās vl' facultas ꝓpinq̄ ꝯueniēs alicui ſm dictamen recte rōnis. Dominiū aūt ē ptās vel facultas ꝓpinq̄ aſſumēdi res alias in ſui facultatem vel vſum licitū ſm iura vl' leges rationabiliter inſtitutas. Solutio q̄ſtionis ſtat in quattuor ſuppoſitionibꝫ ⁊ ſex ꝯcluſionibꝫ cum vno correlario.

Prima ſuppoſitio. ius capit̄ dupliciter. Vno mō put idē eſt qȯ lex. quo mō accipit̄ cū dicim⁹ ꝑcepta dei eē ius diuinū. ⁊ cōſtitutiōes eccl'ie eſſe ius canonicū. ⁊ cōſtitutiōes impatoꝝ eſſe ius ciuile vl' imperiale. Et h̄ mō accipitur ius ī deſcriptiōe dominii cum ðr ſm iura ⁊c. Alio mō accipit̄ ius vt idē ē qȯ ptās q̄ modo accipit̄ cū dicim⁹ patrē hr̄e ius in filiū. regē ī ſubditos. ⁊ hoīes hr̄e ius ī rebꝫ ⁊ poſſeſſionibꝫ ſuis. ⁊ etiā in ꝑſonis aliq̄n. puta ī ſuis. q̄ mō capit̄ ī iure ciuili: vt inſti. de iure ꝑſoaꝝ. ꝙ ius perſonarū diuidit̄ in ius patrie ptātis: ⁊ in ius dominii reſpectu ſeruorū. Et h̄ mō capit̄ qñ deſcribitur ius predictis duabꝫ deſcriptionibꝫ. Et differūt ille acceptiōes. qꝛ ius ſcḋo mō eſt relatio ſcꝫ habitudo fundata ī illo q̄ ðr habere ius. ⁊ termīata in rem in quā vel in q̄ hꝫ ius tāqꝫ ad terminū remotū: ⁊ ad actionē q̄ hꝫ exercere ī talē rem vel circa eā tāqꝫ ad terminū ꝓpinquū. Sꝫ ꝑmo mō capiendo ē oratio mētalis. ſcripta vel vocalis. qꝛ oīs lex ē oratio mētalis ſcripta vl' vocalis. Et ſic cū oratio creata ſit q̄litas ꝓ denominato (qꝛ ſi ē mētalis. ē ſpecies ītelligibiles adinuicē ꝯiūcte ꝓ rebꝫ q̄ꝝ ſūt ſpecies. Si ē ſcꝑta. ē figure aliq̄ adinuicē ꝯiūcte. Si ē vocalis ē voces: q̄ omnia ſunt q̄litates) ſequit̄ ꝙ ius ꝑmo modo ē res abſoluta.

Secunda ſuppoſitio. capiēdo ius ſecūdo modo ē idem qȯ dominiū. ⁊ vere ⁊ vniuerſaliter ꝑdicatur de dominio. ſic ꝙ omne dominiū eſt ius ſecūdo modo. probatur dupliciter.

Primo q: aliquem eſſe dominū alicuiꝰ rei eſt formaliter euȝ habere ius in illa re. vel in illam rem. igitꝰ dominiū eſt ius: tenet cō ſequentia a cōiugatis. Scḋo ꝓbatꝰ. q: diffinitio iuris ſcḋo modo capti conuenit formaliter dominio: vt patet diſcurrēdo ꝑ o͞mes tres clauſulas diffinitiōis iuris: q: omnes iſte tres ponuntꝰ etiā in diffinitiōe dominij formaliter vel equalēter. vnde vt infra patebit in ꝯcluſione q̄rta: deſcriptiones iuris et dominij in ſnīa ſunt eedem. ergo ꝛ diffinita ſūt eadē. Attamē cū dixi. ius ꝛ dominiū eſſe idē intelligendū ē ſi dominiū nō capiatꝰ valde ſtricte ꝛ appropriate. Nā appropriate capiēdo dominiū: cōnotat vltra rōneȝ iuris etiā ſuꝑioritatē: eo ꝙ dn̄s eſt relatiuū ſuppoſitionis. Dominiū etiā loquēdo ḋ ciuili dominio. eēt minꝰ cōmune ꝙ ius. etiā de ciuili iure loquēdo. q: ciuiliter loquendo aliq̇s hȝ ius in re aliq̄ vt vſū in vtēdo re tali vel vſufructū. i. ius vtēdi ꝛ fruēdi re aliq̄: q̇ tn̄ nō habet dominiū illiꝰ rei. nec directum nec vtile: vt patebit i. q. xij. Si igitꝰ ita ſtricte accipetꝰ dominiū: tūc eēnt idē: ſȝ n̄ ꝯuertibilitꝰ. q: ius eēt in plꝰ. ꝛ ꝑ ꝯſequēs nō oē ius eēt dominiū. Nā inferior habet ius i ſuꝑiorē q: ſuꝑior tenetꝰ inferiori i multꝭ. Et filiꝰ habet ius i patrē. q: pater i multꝭ tenetꝰ ſaltē naturalitꝰ filio. Et vxor habet ius in virū. Et tn̄ ꝓprie nō ꝯcederemꝰ inferiorē habere dn̄iuȝ in ſuꝑiorē. aut filiuȝ in patrē. aut vxorē in virū. Sȝ ita ſtricte h̄ nō accipiemꝰ. Q aūt poſſit ita large accipi vt ꝯuertitꝰ cū iure: ꝓbo: q: q̇cunqȝ habet ius in aliq̄ re: pōt dici dn̄s illiꝰ rei. igitꝰ illud ius poterit dici dominiū. Cōſequētia nota. an̄cedens ꝓbatur. q: q̇cunqȝ hȝ ius in re: ſi ei ſurriperetꝰ vꝉ ſubtraheretꝰ res illa eo inuito ſurripiēs diceretꝰ furtū cōmiſiſſe. ꝛ ſi ſic. ergo ſurripiēs ꝯtrectauit rem alienaȝ inuito dn̄o. tenet ꝯn̄a ꝑ diffinitionē furti. Et ꝑ ꝯſequēs ille qui habuit ius in ea re: poterat aliq̄ mō dici dn̄s (illiꝰ rei.

**Tertia** ſuppoſitio. prima deſcriptio iuris ponitꝰ ꝑ Johem de gerſona. in tractatu de ptāte eccl'iaſtica. ꝯſideratiōe. xiij. que ꝯſideratio al's intitulatꝰ ḋ origine iuris ꝛ legū. Et dictamē accipitꝰ i illa deſcꝑtiōe iurꝭ ꝓ lege. h dico. q: dictamē: equoce accipitꝰ aliq̄n̄ ꝓ lege dictata. aliq̄n̄ ꝓ actu ratiōis dictantis. Scḋa ſo deſcriptio: ponitꝰ ab eodē in tractatu de vita ſpuali aīe lectiōe tertia.

**Quarta** ſuppoſitio. ſcḋa deſcriptio redit in idē cū ꝑma Nā in ſcḋa deſcriptiōe. tres ꝑme clauſule ſūt oīno eedem in vtraqȝ. Sed ꝛ q̄rta clauſula lȝ ſm̄ vocē aliter ponatꝰ in ꝑma ꝛ ſcḋa tn̄ in re eſt eadē vtrobiqȝ. qḋ ſic ꝓbatꝰ. Recta ratio accipitꝰ vꝉ ꝓ ea recta rōne q̄ ꝑmo originaliter ꝛ eſſentialiter ē recta. ꝛ tūc idē ē qḋ ꝑma iuſticia, et ſic ille clauſule oīno equalēt in ꝑma ꝛ ſcḋa deſcriptionibꝫ. aut recta ratio accipitꝰ generaliter ad rōnem recta m ſiue illa ſit recta ratio eſſentialitꝰ q̄lis eſt in ſolo deo, ſiue ꝑticipatiue q̄lis repitꝰ in creaturis rationalibꝫ. Et tūc illa clauſula ſcḋe deſcriptiōis iteꝝ redit i idē cū clauſula ꝑme. q: omne dictamen illiꝰ rōnis recte q̄ eſt ꝑticipatiue recta ratio: reducitꝰ ad rōneȝ rectā q̄ ē eſſentialiter recta ratio. ꝛ ꝑ ꝯſequēs reducitꝰ ad primā iuſticiā.

**Prima** ꝯcluſio. prima deſcriptio iuris eſt bona. ꝓbatꝰ ꝑ cōditiones bone deſcriptiōis. Reſtat igitꝰ eā tn̄ declarare ꝑ ſingulas clauſulas que ſūt q̄ttuor. Nā ꝑma clauſula ē ptās vel facultas. ꝛ illa ponitꝰ ꝓ genere: q̄m ius formalitꝰ eſt ptās vel facultas. qḋ ptȝ. Nā aliquē eē habētē ius in aliq̄ re. eſt eū poſſe aliq̇d in illā rem vel in illa re. ergo ius ē poteſtas. tenet ꝯſequentia ꝑ locū a ꝯiugatis. Nota tn̄ ꝙ ſicut circa librū de aīa. dici ſolet. Potētia ſeu ptās anime capitꝰ dupliciter. Uno modo materialiter ſeu fundamentaliter ꝓ realitate anime elicitiua actuū quomodo potentia aīe eſt res abſoluta. ꝛ non relatio q̄m relatio non eſt entitas elicitiua. Alio mō formalitꝰ ꝛ ꝓ ꝑ ſe ſignificato. ꝛ ſic ē habitudo aīe fundata in tali realitate quā habitudinē habet aīa ad obiectuȝ ꝛ actꝰ ꝓducibiles a ſe circa obiectū. ꝛ ſic potētia ē relatio. Ita hic nō debet capi ptās vꝉ facultas in deſcriptiōe iuris ꝛ dominij ꝓ aliq̄ abſoluta entitate: ſi ſaltē debeat eē ꝑdicatio formalis. q: ius ꝛ dn̄iuȝ formalitꝰ ſūt relationes. ſȝ debet capi ꝓ habitudīe vt dictū ē: lȝ illa habitudo fundetꝰ nōnūꝙ̄ i re abſoluta vt patebit. ꝛ ſemꝑ ſubiectatꝰ in re abſoluta differūt aūt fūdari relatiōeȝ ꝛ eā ſubiectari. Et ſi q̇s dicat. Ex q̄ ſub diſiūctiōe ponitꝰ ꝓ genere ptās vel facultas. qḋ illorum

conuenientius ponit̃ p genere. Dicendū vt placuit Johāni de Gerſona: q̃ cōueniētius ponit̃ facultas (put a fas deriuat̃) pro genere q̃ poteſtas. ratōnem non aſſignat. ſed poſſet eſſe hec. Naꝫ hominē habere facultatem in aliqua re: eſt eum habere poteſtatem agendi aliq̄d in illam rem: vel in illa re: agendi inq̃ non qualitercūq̃ ſcꝫ licite vel illicite: ſed tm̄ licite. facultas enī vt a fas deriuat̃ cōnotat licere. Poteſtatē autē habere in aliquā rem denotat poſſe agere aliquid in illa re vel in illam rem nō p̃ciſe licite: ſꝫ ſiue licite ſiue illicite. ſaltēꝫ irreſtricte capiendo poteſtatē: quomodo dicim⁹ q̃ latro poſſit occidere: lꝫ reſtricte capiēdo ſolū h̃ dicamur poſſe qđ de iure ſeu qđ licite poſſum⁹. Hec tm̄ cauſa p̄ferēdi illū terminū facultas nō cogit omnimode: q: etiam ſi ptās ponat̃ loco generis: ſatis reſtringeret̃ p vltimā clauſulā deſcriptōis ad ſtandū p ptāte q̄ q̄s aliq̄d licite pōt: q: vltima clauſula dicit ꝯueniēs alicui ſm̄ dictamē recte rōnis vl' p̄me iuſticie. Ptās aūt ſm̄ dictamē p̄me iuſticie alicui ꝯueniens ē ptās licite agēdi aliq̄d. Scđa clauſula ſcꝫ ꝓpinqua ponit̃ ꝓpter tria excludenda. Primo ad excludendū poteſtatē remotam cōuenientē alicui ſm̄ dictamen p̄me iuſticie que ob hoc q̃ ꝓpinqua nō eſt: ius dici non poteſt. Exemplūꝫ. Peccator mortalis habet poteſtatēꝫ merēdi beatitudinē. ⁊ h̃ ſibi conuenit ſm̄ dictamen recte ratiōis. quia ſm̄ dictamen diuinū ⁊ voluntatē diuinam habet illam poteſtatē. ſed illa nō eſt ꝓpinq̄ poteſtas. quia nō pōt ſtatim exire in actuꝫ merendi: manendo in illo ſtatu. ſed p̄requirit̃ tranſitio aliqua in eo de nō habere charitatem ad habere: q̄re illa eius ptās non merebit̃ dici ius ad merēdū. Ponit̃ etiā ſcđo ꝓpinqua ad excludendū poteſtatēꝫ q̄ eſt tm̄ obediētialis. que lꝫ cōueniat alicui ſm̄ dictamē prime iuſticie vel recte rōnis cū talis ptās non meretur dici ius. Exemplum. Minima ſtella ē in ptāte: vel potētia obediētiali ad diffūdēdū d' ſe tātū lumē quātū diffundit̃ a ſole. Et hec potētia ꝯuenit ſibi ſm̄ dictamē p̄me iuſticie. Nā p̄ma iuſticia dictat: ⁊ vult q̃ ſtella debeat obedire i tali actu diffuſionis ſi de⁹ eū ſibi ꝯferret. Sꝫ hec ei⁹ ptās ſeu potentia: non ē ꝓpinqua. ideo nō dicit̃ ſtella ius habere ad diffūdēdū de ſe tātū lumē: quātum a ſole diffundit̃. Ponit̃ etiā tertio ad excludēdū potētiā ſeu ptātēꝫ loycalē: q̄ non eſt repugnātia: q̄ coincidit cū obediētiali vt dānati habent potētiaꝫ loycalē ad beatitudinē. q: non repugnat eis q̃ eripiant̃ de dānatione: ⁊ dotent̃ beatitudine. Et hec non repugnantia conuenit eis ſm̄ dictamen recte rationis. Sed q: nō eſt ꝓpinqua potētia ad beatitudinem. ideo non dicunt̃ habere ius ad eam. Poſſet tamen ⁊ forte meli⁹ dici q̃ potētia obedientialis ⁊ potētia loycalis ſatis excludunt̃ p gen⁹ diffiniti ſcꝫ p facultatē ſeu poteſtatē ſi poteſtas ꝓprie capiat̃. Nā facultas ſignificat potētiā actiue ſe habentē. id eſt potētiā aliq̄d agendi circa aliq̄d. Similiter ⁊ ptās ſi ꝓprie capiat̃ ſignificat tm̄ potentiā actiue ſe habētem. Vn̄ poteſtas q̄ſi ſpecies eſt potentie q: potētia ſe extendit ad actiuā ⁊ paſſiuaꝫ. Modo potētia obedientialis atq̃ loycalis nō ſūt ꝓprie potētie agēdi: q: aliquē eē in potentia obediētiali ad aliq̄d nō ē ipm habere potentiā agendi circa aliq̄d. Sꝫ ē potius ſe habere paſſiue ad hoc vt illud ſibi conferat̃ vl' inſit: vt ſtellam eſſe in potentia obedientiali ad diffundendū de ſe tātū lumen: quātū a ſole diffundit̃. eſt ſtellā nō habere iam aliquā potentiam actiuā elicitiuam huius actus diffuſionis ſed eſt eaꝫ poſſe ſuſcipere illum actum ſi ſibi cōferretur a deo. Et tunc per idem genus diffiniti excluderet̃ potētia quā dānati habēt ad penas ſuas. Nā hec ē potētia paſſiua: nō poteſtas vel facultas dicēda. ideo non dicunt̃ habere ius in eas penas. Et q̄uis Johes Gerſon poſtq̄ dixerat: nō dicim⁹ aliquē ius habere ad eius nocumentū addat dicens. non eſt tm̄ penitus alienū a ſcriptura ſacra q̃ ea dicātur iuſta que diuina ꝓuidentia ſpecialiter ordinat. ſic .j. Regūꝫ dicit̃. Hoc erit ius regis ⁊c̃. Et demones dicim⁹ habere ius ad punitiōeꝫ dānatoꝝ. de veritate tamen illi⁹ additi ⁊ exemplorū ꝯgruētia dicet̃ i correlario hui⁹ ꝯcluſiōis.

Tertia clauſula ſcꝫ ꝯueniēs alicui ponit̃ ad denotādū ſubiectūꝫ ipi⁹ diffiniti qđ eſt accidēs. Accidens enim debet diffiniri p ſubiectūꝫ ſuū ſi i abſtracto diffiniat̃. Et ſic fit hic. Quarta vero clauſula ſcilicet ſm̄ dictamen prime iuſticie: ponitur ad exclu-

dendum poteſtatem ꝓpinquam conueniē-tē alicui qua de ꝓpinquo poteſt aliq̄d agere in aliquam rem: vel in aliqua re: non tñ conuenit ei ſm dictamen recte ratiōis agere: vt latro habet poteſtatem qua de ꝓpinquo poteſt occidere hominē, ſed illa vt talis non conuenit ei ſm dictamen recte rationis. Et dixi vt talis, q2 poteſtas illa q̄ id poteſt q̄uis ei conueniat ſm dictamen recte rationis non tamen in ordine ad illō obiectū ꝛ cum talibus, circūſtantijs.

Quāuis res ille quarū dñium ciuile quis perdit ꝑpter crimina ꝑdicta nō debeant an te ſententiam ꝓmulgatā tali crimīnoſo effe ctualiter auferri, tamen perditio dñij reruꝫ hos duos effectus operat̄ etiam ante latā ſententiam. Primus ꝙ etiam ante latā ſen- tentiam nō poteſt illa bona alienare: ⁊ alie natio facta nō tenet. Patꝫ ex his que dedu cunt̄ in ſūma baptiſtiniana in verbo abſo. §. xvij. vbi allegando directoriam iuris li- bro tertio, titulo. ii. ⁊ querendo: a quo tem pore iſta bona damnatoꝝ ꝑpter heresim vł hmōi pertineant ad fiſcum. ⁊ dicit ꝙ a die cōmiſſi criminis. ⁊ ideo donatio ſiue alie- natio facta per hereticum ante damnatiōeꝫ nō tenet: neqꝫ emancipatio filiorū: quia eo ipſo ꝙ hereticus eſt: filij deſinūt eſſe in pote ſtate patris, licet tunc nō appareat eum eſſe hereticum. ⁊ ex quo conſecuta eſt damna- tio effectus huius damnationis trahitur ad diem cōmiſſi criminis: ⁊ alienatio eſt ei interdicta. Et ſi hereticus alienauit: fiſcus vel inquiſitores nō tenent̄ reſtituere ꝑciuꝫ emptori, quia effectus damnationis retro trahit̄: niſi ꝑciū vel aliqͥd loco ꝑcij inuenia tur in bonis heretici. Et intelligas ꝙ nō ſo lū reuocabit rem nō reſtituto ꝑcio emptori qui emit ab heretico: verūetiam nec ei qui emit qn̄tūcūqꝫ ꝑ plures manus tranſierit: quia nō habent ius vendendi. Excipe ta- men caſum capl'i ſecūdi. de ꝑſcrip. lib. ſexto vbi habet̄ ꝙ ſi poſt mortem hereticoꝝ q̄ dū viuerent catholici putabant̄: bona ipſoꝝ a catholicis eoꝝ filijs vel nepotibꝫ aut extra neis quibuſcūqꝫ ſpacio q̄draginta annoꝝ fuerint bona fide poſſeſſa: nō eſſe amplius

ſup hmōi bonis moleſtandos etiam a ro- mana eccl'ia in hoc caſu: q̄cūqꝫ illi quoꝝ bo- na fuerūt nūc deregantur heretici extitiſſe. Hec ibi. Dimiſſis quibuſdā allegationibꝫ Secūdus effectus ē ꝙ fructus medij tpis debent fiſco reſtitui.

## Quarta concluſio

Dñium ciuile etiā nō fundat̄ in fide. Pro- bat̄, quia ſcriptura etiam nō hñtes fidē vo cat reges: vt de Sennacherib ⁊ multis re gibꝫ. Secūdo, qꝛ dñium euāgelicū qd̄ eſt dignius nō fundat̄ in fide: vt ꝓbabit̄ in ſe- ptima ꝯcluſione. Tertio idem ꝓbat̄, quia hoc mō dñia ciuilia eſſent incerta ⁊ dubia: vt argutum eſt in quarta ꝓbatione ꝑme cō cluſionis. Incertum eñ eſt quis habeat fi dem cum ſit res mentalis. Et ſi arguatur. In habēte fidem: perdit̄ dñium ciuile per- dita fide ꝑ lapſum in hereſim: vt patuit in ꝑma ⁊ ſecūda ꝯcluſionibꝫ, ergo ſignum eſt ꝙ ſaltē in hñte fidem: vt in chriſtiano: ciui- le dñium fundat̄ in fide. Dicendū ad añs. ꝙ fidelis ꝑdendo fidem: perdit dñium ciui le nō de ꝑ ſe ꝑpter ipſam ꝑditionem fidei: ſꝫ ꝑ accidens. ſcꝫ ꝑpter conſtitutionē eccleſie ꝑuantis talem dñio ciuili que cōſtitutio ſi nō ſupaddita eſſet: nō caderet quis a ciuili dñio ꝑpter fidei ꝑditionē.

## Quinta concluſio

Dñium euāgelicū etiam nō fundat̄ in cha ritate q̄n retineri poſſit perdita charitate. Probat̄ tripl'r. Primo ſic. Si ſic. maxīe perderet̄ ꝑ peccatū hereſis, ſciſmatis, ⁊ ſy- monie: ſed hoc nō, igit̄. Maior ꝓbat̄, quia mlt'i etiā magni tenuerūt tpe beati Cipani martyris: dū ſctūs Cornelꝰ papatū rome tenuit: ꝙ ſciſmatici ⁊ heretici: ſymoniaci: ⁊ excōicati deijcerent̄ ab omni gradu digni- tate ⁊ ordine. ita ꝙ nō remanebāt ſacerdo- tes, nec epi retinebant epiſcopalē gradum nec diaconi diaconatū. ⁊ ita de ſilibꝫ: imo vſqꝫ ad hoc deuentū fuit vt diceret̄ ab eis. ꝙ tales nullo mō valebant baptizare: nec ordinare: nec ꝯſecrare: ſed totū dicebant eē iterandū. Minor ꝓbat̄, qꝛ btūs Augꝰ, cō- formiter ad concilia generalia q̄ ante eum ⁊ poſt eū celebrata fuerūt ſenſit oppoſitum ꝑdicti erroris: ſicut ⁊ hodie doctores tenēt ꝙ poteſtas ordis nō tollit̄ ꝑ ꝑdicta crimia

de qua materia vide late doctores in q̄rto diſtinc. xiij. ⁊ xxv. ⁊ in decretis. ꝑma q̄ōne ꝑma. ꝑ multa capl'a. ⁊ diſ. xxxij. in capl'o. ad hoc vero. Secūdo ſic. ſi perderetur perdita charitate: tunc nihil eſſet certum in actibus ierarchicis: quibꝰ ꝯficiunt̄ ⁊ conferunt̄ ſacramenta: quia ex quo illa (dempto baptiſmo) nō vere conficiunt̄ ⁊ conferunt̄ niſi ab habente poteſtatem ordinis que eſt ⁊ dicit̄ dn̄ium euangelicum nō ſciret conficiens nec recipiēs ea an vera eſſent illa ſacramenta: quia neſciret an cōſecrans eſſet in charitate: eo ꝙ nemo de ſe vl' alio ſcit an ſit in charitate. Tertio ſic. dn̄ium euangelicum vere confert̄ alicui etiam ꝓ tunc nō habenti charitatem. imo ꝓ tunc peccanti. igitur etiam retineri poteſt ꝑdita charitate Añs ptʒ. quia in cena chriſtus dicēs Luc. xxij. Jude cū apl'is alijs. hoc facite in meā cōmemorationē: contulit ei poteſtatē ordinis ſacerdotalis: ⁊ tamen iudas ꝓ tunc caruit charitate: quia erat in ꝓpoſito tradendi chriſtū. Idem ptʒ de illo qui ſciēter in mortali recipit ordines. talis em̄ vere recipit. et tamen peccat mortaliter.

## Sexta concluſio.

Dn̄ium euangelicum etiam non fundat̄ in gratia p̄deſtinatōis. ꝓbat̄. Nam iudas habuit vere dn̄ium euangelicū. ſcʒ poteſtatē ordinis ad p̄dicandū. baptiſandū: ſibi cū alijs collatū ante chriſti paſſionē Math. x. Similiter poteſtatem conficiendi euchariſtiam in cena: vt argutum eſt. ⁊ tamen caruit gratia p̄deſtinationis.

## Septima cōcluſio

Dn̄ium euangelicum quo ad illam ſpeciē que dicit̄ poteſtas ordinis: etiaʒ nō fundat̄ in fide. ſic ꝙ perdita fide: perdat̄. Nam ſacerdos incidens in hereſim perdit fidem. et tamen nō perdit ob hoc ſacerdotalem poteſtatem: vt patuit in quarta ꝯcluſiōe: imo etiam ſi tempe quo recipit ſacerdotalē poteſtatem ſeu ordinem ſit in aliqua hereſi: nihilominus recipit ſacerdotalem ordinē vere: ſi intendit eum recipere: ⁊ ſibi ꝯfert̄ cum debita verboꝝ forma ac intentione.

## Octaua concluſio

Sicut id veꝝ eſt ⁊ ꝓ certo tenendū de poteſtate ordinis: ita eſt etiam ꝓbabile de poteſtate iuriſdictionis in foro exteriori. ita ꝙ p̄latus vt papa vel ep̄us incidens hereſim: nō ipſo facto ſit depoſitus a tali poteſtate. ꝓbat̄. q: ſtatus ierarchicus in eccl'ia debet eſſe certus ⁊ ꝯſtās: q: niſi ſic. ſequeret̄ ꝙ inferiores nūq̄ poſſent ſcire an ſupiores eoꝝ eſſent eoꝝ ſupiores: ⁊ ꝑ ꝯn̄s an tenerentur eis obedire vt talibꝰ. quia neſcirent ſi ipſi fidem haberent vel nō. ⁊ ſic amiſiſſent ſupioritatem. ⁊ ſic ſtatus ierarchicus in eccleſia eſſet incertus: qđ eſt incōueniēs. q: iam eccleſia nō eſſet ſufficienter a chriſto inſtituta Unde ꝓbabile videt̄ ꝙ ſicut ep̄s vel papa ſuam poteſtatem iuriſdictionis in foro exteriori acquirit ꝑ humanā electionē. ⁊ non ꝑ hoc ꝙ habet charitatē: fidem vel caſtitatē quācūq̄: ita eandem adeptam nō perdit iniuſtus niſi ꝑ hūanā deſtitutionē: ſiue ſit hereticus: ſiue ſciſmaticus. Res em̄ ꝑ q̄s cauſas naſcit̄: ꝑ eaſdem etiam diſſoluit̄. Quius fuerit aliquoꝝ opinio dicentiū ꝙ papa dū labit̄ in hereſim: iam damnatus eſt: ⁊ eo facto ꝑ deum depoſitus. ⁊ perdidit iure diuino papalē dignitatē. ſiue hec hereſis ſit ſecreta (vt ampliant aliqui) ſiue ſit manifeſta (vt placʒ alijs loqui reſtrictius) tamen qđ dictum eſt ꝓbabilius videt̄. Et ſi qui canones ſint q̄ dicere vident̄ ꝙ heretici ſaltē manifeſti ⁊ notorij: ipſo facto ſint depoſiti. intelligi poſſent ꝙ contra tales non requirit̄ ꝓceſſus iuridicus ordinatus ad degradandum eos ꝑ ſententiā diffinitiuā ſicut in occultis ⁊ nō ꝯfeſſatʒ oporteret. Et ſi arguatur ꝯtra illam ꝯcluſionē. Hereticus non poteſt eſſe membrū eccl'ie. igit̄ minus poteſt eſſe caput vl' ſponſus eccl'ie ⁊ ꝑ ꝯn̄s papa Dicendū ꝙ hereticus aut q̄cūq̄ crimine mortali ligat̄: nō pōt manēs talis eſſe mēbꝝ eccl'ie ꝯſtructū eccl'ie vnione quā facit charitas. pōt tn̄ talis eſſe mēbꝝ eccl'ie vnitū ea vnione caracteris baptiſmalis. ſcḋm quā oēs baptizati baptiſmo fluminis adinuicē cōnectunt̄: etiam ſublata charitate ⁊ fide. q̄m ille caracter eſt indelibilis. ⁊ illa vnio alicuius ad alia mēbra eccl'ie ſufficit ad hoc ꝙ aliq̄s rite in papā electus poſſit manere caput eccleſie quouſq̄ fuerit ꝑ ſententiam depoſitus. Ex qua ꝯcluſione ſequitur ꝙ lōge errarent circa dn̄ium ſūmi pontificis illi qui ꝓ quolibet delicto publico aut etiaʒ

occulto: nõ contrario directe vſui ſue pote
ſtatis ab eiuſdem obediẽtia tanq̃ a nõ pa-
pa diſcederent. Si eñ paſſim ꝑ voluntate
cuiuſlibet liceret diſcedere a ſuo ſuperiori
abſq; ſententia iudicij ratione huius vel il
lius delicti qđ eidem quis imponit: q̃s nõ
videat oĩa dominia ꝓtinus fore miſera
cõfuſione turbanda: vt ait Johẽs gerſon.

## Nona concluſio.

Dñium euãgelicũ etiaʒ nõ fundat̃ in alijs
donis gratuitis latentibꝫ in anima: de q̃bꝫ
nõ poſſet ↄſtare ſubditis: p̃ſertim ſi ſint ta-
lia q̧ ſtatim habita: ſtatim ꝑdi poſſunt. qđ
dicit̃ ꝓpter caracteres indelibiles poſtq̃ ſel'
habiti ſunt. in quibꝫ fundat̃ dñium euãge
licum: que tñ ſunt dona gratuita latẽtia in
anima: ſʒ de illis p̃ſuppoſita fide poteſt ha-
beri ſufficiens certitudo dũ aliquis rite ſu
ſcipit ſacramenta imp̃menda caracteres q̃
ſemel impreſſi: amplius perdi nõ poſſunt.
Patet illa concluſio iterũ ſicut precedẽtes:
quia al's nulla certitudo eſſet in actibus ie-
rarchicis conferendi ꝛ ↄſecrandi ſacramen
ta: vt argutũ eſt in q̃nta ↄcluſione.

## Decima cõcluſio.

Dñium canonicũ etiam nõ fundat̃ in cha
ritate. ſic q̧ ꝑdita charitate mox illud per-
dat̃. Patet dupliciter. Primo ſic. quia tũc
dñia canonica eſſent incerta ꝛ inſtabilia. ꝛ
arguitur: vt argutum eſt in quarta ꝛ ſeptia
ꝓbationibꝫ p̃me ↄcluſionis. Secũdo ꝓ
batur. quia dñium euangelicum eſt digni⁹
ꝛ nõ perdit̃ perdita charitate. igit̃ nec cano
nicũ. Et ſi arguatur. Aliqua ſunt peccata
mortalia ꝓpter que quis cadit a dñio cano
nico: vt patebit in. xij. ↄcluſione. igit̃ ſignũ
eſt q̧ dñium canonicũ fundat̃ in charitate
Solutio ibi patebit.

## Vndecima cõcluſio.

Dñium canonicũ etiam non fundat̃ in
gratia p̃deſtinationis. Probat̃ tripliciter.
Primo ſic. quia euangelicum non fundat̃
in ea: vt ꝓbatuʒ eſt. Secũdo. q2 tunc dñia
canonica eẽnt incertiſſima: cũ incertiſſimũ
nobis ſit q̃s viator eam habeat. Tertio. q2
cũ in ſacramento abſolutionis vltra dñiuʒ
euangelicũ requirat̃ in ſacerdote etiã cano-
nicũ dñium: ſequeret̃ q̧ miniſtratio abſolu
tionis ſemꝑ eſſet incertiſſima tam apud cõ
ferentem q̃ apud recipientem. ſicut ꝛ incer
tiſſimũ ſibi eſſet an conferens eſſʒ in gratia
p̃deſtinationis.

## Duodecia cõcluſio

Dñium canonicũ etiam nõ fundat̃ de per
ſe in fide. ſic ſcʒ intelligendo q̧ habens illõ
dñium ꝛ incidens in heresim vel apoſtaſiã
perdat illud de ꝑ ſe: ꝓpter perditionẽ fidei.
Probat̃ triplici ꝓbatione p̃cedentis ↄclu-
ſionis. Secũdo ſic. quia etiaʒ dñium euã
gelicum quo ad illam ſpeciem que eſt po-
teſtas iuriſdictionis in foro exteriori (q̃ eſt
multũ ſimilis dñio canonico: eo q̧ etiaʒ ac
quirit̃ ꝑ humanã electionem vel inſtitutio
nẽ: ſicut ꝛ dñium canonicũ ex canonica cõ-
ceſſione acquirit̃) nõ perditur ipſo facto ꝑ
lapſum in heresim. etiam in papa. ſed req̃ri
tur deſtitutio. igitur etiam q̃diu papa to-
lerat̃: videtur retinere dñium canonicum.
ſic q̧ geſta ꝑ eum teneant. Et ita videtur in
alijs habentibꝫ dñia canonica vt poſſet diſ
curri ꝑ exempla ſupra poſita de habentibꝫ
dñium canonicum. ſcʒ de patrono ꝛ alijs.

Dictum eſt notanter de ꝑ ſe. quia dñium
canonicum ſic de ꝑ accidens fundat̃ in fi-
de q̧ habẽs illud ꝛ perdens fidem ꝓpter la-
pſum in heresim vel apoſtaſiã perdit illud
dñium. ꝛ hoc nõ eſt de per ſe ꝓpter fidei ſub
lationem: ſed ꝓpter conſtitutionẽ eccleſie in
penam illius labentis ſic diſponentis ꝛ eũ
p̃uãtis. Probatur. Nam per conſtitutiõeʒ
eccleſie lapſus in heresim cadit a tempora-
li ac ciuili dominio rerum ſuarum: vt pateʒ
in ſecũda concluſione. multo magis cadit
a dominio canonico. puta a beneficio ec-
cleſiaſtico ꝛ ab alijs cõſimilibus. Hoc mo
do etiam de per accidens. ſcʒ per conſtitu-
tionem eccleſie perdit quis dñia canonica
qñ labitur in q̃daʒ alia peccata nõ exiſten
tia directe contra fidem: nec fidei ſubuerſi-
ua. Patet tribus exemplis. Primum. quia
in cap̃lo vnico. de ſciſmaticis. libro ſexto.
papa tulit penam p̃uationis p̃lationis: di
gnitatis: ſtatus ꝛ honoris eccleſiaſtici. ꝛ ſ̃
late ſententie in illum qui ſcienter ꝛ deli-
berate habuerit: vel tenuerit Jacobum et
Petrum columnenſes pro cardinalibus.
Secundum in extrauaganti. execrabilis

ipſius Ioh.xxij.ponit caſus quo quis cadit ipſo facto a dn̄io canonico.ſcꝫ a beneficio canonico obtento:q̄ tn̄ caſus nō eſt ꝑdito fidei.Dicit em̄ ibi.Qui deinceps receperint dignitatē vel perſonatū ſeu officiuꝫ aut aliud beneficium curam animarū habens annexam ſi ante obtinebant ſimile beneficium:illud quoqꝫ poſtq̄ꝫ poſſeſſionem ſecūdi habuerit:vel ꝑ eos omī dolo ⁊ fraude ceſſantibꝫ: quo minus habeant ſteterit: abſqꝫ more diſpendio in ordinarioꝝ manibus dimittere debeant.alioq̄n tunc ipſo iure ſint ſecūdo ꝑuati. Tertiū in ꝓceſſu q̄ fit ānuatim in cena dn̄i in curia:inter alia denūciat papa fuiſſe ⁊ eſſe ꝑuatos omī beneficio dignitate ⁊ honore eccl'iaſtico ac mūdano:illos q̄ wickleffiſtis ⁊ huſſitis q̄cūqꝫ victualia aut ꝑſidia publice vel occulte ꝑ ſe vel ꝑ ſuos ſubditos afferri faciunt vel permittūt.

Queſtio.VIII.

## Utrū rerū domi-

nia fuerint aliquādo indiſtincta.Solutio queſtionis ſtat in tribꝫ ſuppoſitionibꝫ ⁊ q̄nqꝫ ꝯcluſionibꝫ. Prima ſuppoſitio.Titulus queſtionis.ſcꝫ dn̄ia rerū aliquādo fuiſſe indiſtincta pōt intelligi dupl'r.Uno mō ꝙ fuerint intrinſece indiſtīcta.⁊ hoc modo ea fuiſſe indiſtincta eſſꝫ ea ſic ſe habuiſſe ꝙ illud dn̄ium qđ vnus habuiſſet fuiſſet illud idem dn̄ium qđ alij habuiſſent.⁊ hoc mō nūq̄ꝫ dn̄ia rerum fuerunt indiſtincta.quia nunq̄ꝫ accidens exiſtens in vno ſubiecto ē idem cum accidente qđ eſt in alio ſubiecto. Modo dn̄iū qđ habet vnus eſt accidens ſaltem reſpectiuum.ergo illud nō erit ideꝫ cum dn̄io exiſtenti in alio ſubiecto.ſꝫ diſtinguit numero ſicut et ſubiecta.Alio modo ꝙ fuerint indiſtīcta extrinſece.⁊ ſic dn̄ia aliquādo fuiſſe indiſtincta eſt ea ſic ſe habuiſſe.ꝙ illius eiuſdeꝫ rei cuius vnus habebat dn̄ium:etiam reliqui om̄s habebant dn̄iū Et hoc modo capitur in titulo queſtiōis. Senſus ergo eſt.vtrum res q̄rū homines habent dn̄ia: aliquando fuerint cōmunes omnibꝫ ⁊ inappropriate. Secūda ſuppoſitio.Titulus queſtionis pōt intelligi multipliciter.quia multiplex eſt dn̄ium: vt ptꝫ ex ſupradictis.igitur titulus queſtiōis aut querit de dn̄io ciuili aut de alijs ſpēbꝫ dn̄iorum. Tertia ſuppoſitio eſt ꝓpter illum terminū poſituꝫ in titulo.ſcꝫ aliquādo. Et eſt.ꝙ duplex eſt tēpus in quo homines habuerūt aliqua dn̄ia.ſcꝫ tempus nature integre: ⁊ tempus nature corrupte.

## Prima concluſio

Capiendo titulum queſtionis in ꝑmo ſenſu ꝑme ſuppoſitionis dn̄ia rerū nunq̄ꝫ fuerūt indiſtincta:patꝫ ibidem.

## Secūda cōcluſio.

Capiendo titulum queſtionis in ſecundo ſenſu ꝑme ſuppoſitionis aliqua dn̄ia olim fuerūt indiſtincta.⁊ etiam talia hodie ſunt indiſtincta.Probat quinqꝫ exemplis. Primo.quia dn̄ia beatifica beatoꝝ olim ⁊ hodie ſūt indiſtincta. Scđo.originalia dn̄ia in Adam ⁊ Eua quando fuerūt: erant indiſtincta.⁊ ſi hodie eſſent:eſſent indiſtīcta. Tertio.gratifica dn̄ia exiſtentiū in charitate. Quarto.idem eſt de dn̄ijs euangelicis. Hoc autē quadruplex aſſumptū ſatis patuit ex deductis in queſtione ſecunda circa deſcriptiones illoꝝ dn̄ioꝝ.Quinto.illa naturalia atqꝫ diuina dn̄ia que homīes ⁊ animalia ratione nature ſue atqꝫ ratione conceſſionis diuine habent ſuꝑ ea que eis data ſunt in eſcas.Gen̄.j.⁊.ix.de quibus habitum eſt in queſtione quarta ⁊ q̄nta: fuerunt in ſtatu nature integre indiſtincta: adhuc etiam hodie in ſtatu nature corrupte illa ſunt indiſtincta licꝫ illis dn̄ijs diuinis ⁊ naturalibus exiſtentibus in hominibꝫ ſuꝑaddita ſint dn̄ia ciuilia que diſtincta ſunt. tamen illa diſtinctio nō tollit indiſtinctionem dn̄ioꝝ predictoꝝ: q̄n talia manſerint in ſua priſtina indiſtinctione.ita ꝙ ſm̄ ea non eſſet diſtinctio in rebus quin eiuſdem rei cuius vnus eſt dominꝰ etiam reliquus eſt dominus.

## Tertia concluſio.

Capiendo titulū qōnis in ſecūdo ſenſu ꝑme ſuppoſitionis.aliqua dn̄ia nūq̄ꝫ fuerūt indiſtincta:nec hodie ſunt indiſtīcta. Probat.quia ciuilia dn̄ia accepta cū appropriatiōe (q̄ mō nūc vt in pl'imū hn̄t hoīes dn̄ia reꝝ) nūq̄ꝫ fuerūt indiſtincta.qꝛ nūq̄ꝫ ſic fuit ꝙ ſi q̄s hr̄et tale dn̄ium ciuile vnius rei ꝙ

ſi lius eiuſdē rei om̄es alij haberent domi-nū: imo nulli alij habebant dominiū illi° eiuſdem rei ex equo, quia hoc implicat cō-tradictionem.

## Correlarium.

Cū igit̄ di-cit̄ ꝙ domi-nia rerū fuerūt olim indiſtincta et iam ſint diſtincta: non eſt intelligendū hoc loco lo-quēdo de dominijs eodē modo captis, ꝗ̄ illa eadē q̄ olim fuerūt indiſtincta: ſi hodie ſunt: etiam hodie ſunt indiſtincta: vt ptꝫ ď hūfico ꝛ ḡtifico, ꝛ ſic de alijs: ſꝫ debet intel-ligi de dn̄ijs diuerſis in ſpē: eiſdē tn̄ ī rōne generica dominij, qꝛ ſcꝫ cum vt olim nulla erāt dn̄ia reꝝ ciuilia exiſtētia cū appropria-tiōe: poſtea ceperūt hūana ordinatiōe ordi-nari ciuilia dn̄ia exiſtētia cū appropriatiōe. Sequētes cōcluſiōes ſonabūt de tpibꝰ q̄-bus dn̄ia fuerūt indiſtincta.

## Quarta concluſio.

Tpe nature humane integre: dominia fue-rūt indiſtincta. Probat̄, quia tūc nulla fue-runt in hoīe dominia ciuilia: ſꝫ tm̄ diuinū: naturale ꝛ originale, mō originale fuit ſine diſtinctiōe ꝛ ꝓprietate: vt patuit in ſcōa que-ſtiōe, ſiliter naturale ꝛ diuinū: qḋ hoībꝫ tm̄ ꝯuenit fuit ſine diſtinctiōe, qꝛ deꝰ cōceden-do ꝑmis parētibꝫ dominiū ꝑadiſi ꝛ terrena ſcentiū atqꝫ alijs aīalibꝫ indiſtincte ait. Ec-ce dedi vobis omnē herbā ꝛc. Gen. j. Se-cūdo, qꝛ hō tunc habuit dominia taliter q̄-liter lex naturalis dictabat. mō illa dicta-bat ꝑ ſtatu innocentie debere oīa eſſe cō-munia: vt dicet̄ in ſequenti queſtiōe. igit̄.

## Quinta concluſio.

Tpe nature humane corrupte etiā aliqua dominia fuerūt ꝛ hodie ſūt indiſtincta. pa-tet quia etiā illo tpe adhuc ſūt dominiū ḡ-tificū euangelicū ꝛ naturale. illa aūt ſūt in-diſtincta: vt patuit in tertia cōcluſione. Et dico aliqua, quia etiā aliqua alia ſunt di-ſtincta. ſ. ciuilia. ꝛ ſic ptꝫ q̄ dominia: ꝛ etiā quo tempore fuerūt indiſtincta, ꝛ qualiter illa indiſtinctio debeat intelligi non intrin-ſece: ſed extrinſece ꝛc.

Queſtio. IX.

## Utrū cum rerum

dominia primū fuerint indiſtincta ꝛ com-munia: ipa potuerint poſtea licite ꝛ ratio-nabiliter diſtingui ſeu appropriari. Solu-tio ſtat in vna ſuppoſitiōe: quattuor cōclu-ſionibus: quattuor argumentoꝝ ſolutiōi-bus: ꝛ quattuor correlarijs. Suppoſitio

Titulus queſtiōis de indiſtinctiōe ꝛ di-ſtinctiōe dn̄ioꝝ dꝫ intelligi ď idiſtictiōe ꝛ di-ſtinctiōe non intrinſeca ſed extrinſeca quō dictū eſt in ꝑma ſuppoſitiōe ꝑcedentis que-ſtionis, quia ſi intelligeret̄ de intrinſeca in-diſtinctiōe: queſtio quo ad ſuppoſitū ſuum ſupponeret falſum, ꝛ quo ad queſitū nullū haberet dubiū: vt patet ex dictis in ꝑcedē-ti queſtiōe. Eſt ergo ſenſus queſtiōis. vtꝝ cū res (quaꝝ homines habent dominia) ꝑ-mū fuerint cōmunes hominibus: ſic ꝙ nul-li fuerāt appropriate: ipe potuerint poſtea licite ꝛ rōnabiliter aliquibꝫ appropriari: vt hec eſſet ꝓpria illi: illa alteri. ꝛ ſub talibꝫ ter-minis ponent̄ etiā ꝯcluſiōes.

## Prima concluſio

eſt affirmatiua ad queſtionē: q̄ſic: hoc eſt: ꝙ cū res primū: ſcꝫ in ſtatu innocentie fuiſ-ſent cōmūes ꝛ nō appropriate potuerūt po-ſtea licite ꝛ rōnabilit̄ appropriari. Probat̄ ſic. Illō qḋ erat expediens atqꝫ ad qḋ mo-uebant cauſe rōnabiles: potuit licite ꝛ rō-nabilit̄ fieri: ſꝫ ꝙ res ꝑmū cōes poſtea ap-propriarēt̄: erat expediēs ꝛ rōnabiles cau-ſe ad hoc mouebant. igit̄ concluſio vera. Maior quo ad primā partē nota. qꝛ expe-diens ꝑſupponit licitū, ſicut minus cōmu-ne magis cōmune: licet nō econtra: vt vult Apl's dicens. Om̄ia mihi licent: ſꝫ nō om-nia expediūt. Similiter quo ad ſecundā ꝑ-tem eſt nota. qꝛ ideo aliq̄d dicit̄ fuiſſe rōna-bile: eo ꝙ habꝫ cauſas rōnabiles quare fu-it factū. Minor quo ad primā ꝑtem ꝓbat̄. quia vel ipm fuit expediēs vel ſuū contra-dictoriū. quia de quolibet affirmatio vel negatio vera: de nullo ambo ſimul: ſed ſuū contradictoriū non fuit expediens ſcꝫ ꝙ cū primū res eſſent cōmunes: ſcilicet in ſtatu innocētie ꝙ poſtea in ſtatu nature lapſe nō appropriarent̄: ita ꝙ adhuc manerent com-munes: vt ꝓbabit̄ in ſequēti cōcluſiōe. igit̄ eas appropriare fuit expediens. Secūda pars ꝓbat̄, quia cauſe mouētes ad hoc fue-runt ad cauendū illa mala q̄ ingruiſſent et emerſiſſent reipublice hoīm ſi manſiſſent

res cõmunes. Hec autẽ dãna ꝛ mala pate
bũt in ſequẽti ꝯcluſione.

## Secunda cõcluſio.

Non expediuiſſet om̃ibus om̃ia eſſe com
munia ꝓ ſtatu nature lapſe. Probaꝛ dupli
citer: ſcꝫ autoritate ꝛ rõne. Autoritate Are
ſtotelis ꝗ in ſecũdo politice improbat po-
liciã Socratis ex eo ꝙ poſuit optimã eſſe
illã policiã in qua ſunt om̃ia cõmunia. vo
lens ꝙ nõ expedit reipublice hoĩm ꝙ om-
nia eẽnt in ea cõmunia ꝓut ibi deducitur.
Nõ Areſtoteles loquiꝛ de hoĩbus ꝓ ſta-
tu nature lapſe. qꝛ loquiꝛ de illis ꝓ illo ſta
tu in ꝗ inuenit genus humanũ. Nõ non
in alio ſtatu inuenit ipm niſi in illo: nec de
ſtatu hũane nature inſtitute aliter ꝙ̃ ipſe in
uenit aliq̃d locutus ẽ vel ſenſit. qꝛ putauit
ſtatũ in quo nũc ſumus eſſe ſtatũ nature in
ſtitute. igiꝛ ꝯcluſio vera. Secundo ꝓbaꝛ
rõne tali: in qua tãguntꝛ aliqualiter aliqua
que etiã ibidẽ tangit Areſtoteles: ꝛ eſt. Il-
lud nõ expediuiſſet ꝓ ſtatu nature lapſe ad
qḋ ꝯſecuta fuiſſent illa q̃ttuoꝛ dãna ſeu in-
cõmoda atqꝫ mala. Primũ ꝙ terre manſiſ-
ſent inculte: ꝛ fuiſſent redacte in ſolitudinẽ
Secundũ. ꝙ via fuiſſet aperta fraudibꝫ et
malicijs. Tertiũ. ꝙ boni ſemꝑ habuiſſent
peius: ꝛ mali meliꝰ. Quartũ. ꝙ nũqꝫ fuiſſet
pax habita inter hoĩes. Sed ſi om̃es res
manſiſſent cõmunes in ſtatu nature lapſe
fuiſſent om̃ia p̃dicta dãna incõmoda ꝛ ma
la ſecuta. igiꝛ. Maioꝛ ꝓbaꝛ. qꝛ eſt ꝯtra rõ-
neꝫ expedientis eſſe inductiuũ incõmodo-
rũ ꝛ dãnoꝝ. Om̃ia autẽ p̃dicta ſũt damna
et incõmoda. De tribꝫ vltimis patet de ſe.
De p̃mo patet etiã. qꝛ terra ꝓ ſtatu nature
lapſe debebat coli vt in eiꝰ fructibꝫ viueret
hõ atqꝫ debebat inhabitare ꝑ hoĩes. ꝛ per
ꝯſequẽs nõ maneret ĩculta ꝛ ſolitaria. Mi
noꝛ ꝓbaꝛ inductiue. Primũ inqꝫ fuiſſet ſe-
cutũ. quia ſi agri manſiſſent ꝛ hodie eſſent
om̃ibus cõmunes. ꝗ etiaꝫ agros ſeminare
ꝛ colere eſſet cõmune om̃ibꝫ: ſed hoc exiſtẽ
te agri mãſiſſent ſine cultura ꝛ ſeminatione
igiꝛ. Minoꝛ ꝓbaꝛ dupliciter. Primo ſic. qꝛ
aut oẽs ſimul colerẽt ꝛ ſeminarẽt. ꝛ hoc ſta
tim apparet incõueniẽs: ĩmo ĩpoſſibile q̃n
ſe mutuo ĩpedirẽt: aut tm̃ aliq̃: ꝛ tunc cum
fructus etiaꝫ deberent eſſe cõmunes: eo ꝙ
oẽs res eſſent cõmunes: nullus inueniretꝛ
q̃ vellet ſolus ſubire laborem culture: ꝛ ta
men om̃es vellent habere ꝑticipatiões in
fructibꝫ laboris. Secũdo idẽ patet experi
entia. Uidemus em̃ nũc ꝙ de cõmunibus
nullus curat vel modicũ valde: adeo ꝙ ta
lia ꝑmittuntꝛ potiꝰ perire ꝙ̃ ꝙ cõſeruentꝛ: iu
xta ꝓuerbiũ. Qḋ cõitatis eſt negligiꝛ. Se
cũdũ etiam fuiſſet ſecutũ. qꝛ fortiores occu
paſſent de illis cõmunibꝫ plus ꝙ̃ debuiſ-
ſent nec eis debiliores reſiſtiſſe potuiſſent.
Nam illud etiã videmꝰ nũc fieri quãtũcũ
ꝙ̃ res ſũt appropriate: multo magis manẽ
te cõmunitate reruꝫ. qꝛ dixiſſent tũc ſe iuſte
illud facere poſſe: cũ res eſſent non minus
eoꝝ ꝙ̃ alioꝝ: nec malicioſi ꝛ aſtuti potuiſ-
ſent puniri fuiſſe. quia allegaſſent om̃ia eẽ
cõmunia. Tertiũ etiam fuiſſet ſecutũ. quia
boni ſequentes rectum iudiciũ ratiõis no-
luiſſent accipere plus debito: ſed tm̃ neceſ-
ſaria. mali vero ex malicia multa ſuꝑflua ꝛ
meliora ex omnibꝫ accepiſſent relinquẽtes
viliora bonis. Quartũ etiam fuiſſet ſecutũ
quia inequalitas inter homines nata eſt i-
ducere litigia ꝛ turbare pacem. ſicut hodie
videmus ꝙ hi qui plus habẽt: odio habẽ-
tur a minus habentibꝫ atqꝫ violentias pa-
tiuntꝛ. Modo tũc fuiſſꝫ inequalitas: vt pa
tuit in ſecũdo ꝛ tertio incõmodo. igiꝛ. Se
cũdo. qꝛ contingeret ſepe in eadem republi
ca ꝙ plures vellẽt vti vno equo vel domo
ꝛ cũ q̃libet diceret ſe habere ius equale iu-
ri alterius. nullꝰ vellet cedere vſui pro tũc.
igiꝛ fierent litigia.

## Tertia concluſio.

Sicut iam oſtenſũ eſt ꝙ non fuiſſet expe-
diens ſicut nũc. Dicendũ ꝙ neqꝫ fuiſſet ra-
tionabile ꝙ om̃es res manſiſſent cõmũes.
Probaꝛ. Illud non fuiſſet rõnabile ꝑma-
nere ad qḋ ſequiꝛ multa dãna et incõmo-
da: ſed res ꝑmanſiſſe cões fuiſſet hmõi: vt
deducit p̃cedens ꝯcluſio. igiꝛ.

## Quarta concluſio.

Predicta damna ꝛ incõmoda non imina
iſſent rebus manẽtibus cõmunibus in ſta
tu innocentie. Probatur inductiue. Nam
ex quo in tali ſtatu homines fuiſſent ſecu-
ti rationem rectam: nõ fuiſſet ſecutum pri-
mũ malum. quia homines nõ laboraſſent
terram colendo: etiam loquendo de terra

paradiſi. ſed terra paradiſi ſine cultura hominis produxiſſet neceſſaria vite ⁊ ſponte naſcentia: de quibus vixiſſent. ideo nullū fuiſſ; malum: etiam ſi non fuiſſet culta terra. quia non indiguiſſet aliqua cultura: ſicut nunc indiget in ſtatu nature corrupte. quia ꝓpter peccatum hominis deus eiecit hominē de paradiſo ad terram ad extra: et impoſuit ſibi vt de cultura terre viueret: dicens. In ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo ⁊c. atq; maledixit terre: adeo vt nō ſolū nō ꝓducat ſine cultura: ſed etiam culta producit multa contra intentionem colentis Geneſis tertio. Et ſi hoc teneat: tunc quando dicitur Geneſis ij. Poſuit eum in paradiſum vt operaretur ⁊ cuſtodiret illū: ſenſus eſt: vt deus operaret̄ hominē ſuis beneficijs ipm̄ perficiendo. ita ꝙ ſuppoſitum illius verbi operaret̄ ⁊ cuſtodiret eſſet deus. Uel etiam ſi adam ſit ſuppoſitū illius ꝟbi opareſ: tunc opari capitur non ꝓ opere laborioſo ſed ꝓ ſolatioſo ad experientiam et exercitium ſue voluntatis. Et dato ꝙ coluiſſent paradiſum etiā pro victu obtinendo tamen ex quo ſm̄ rectam rationē vixiſſent non fuiſſet ſecutum illud malum: vt vnus laboraſſet ⁊ alter quieſcens vixiſſet de laboribus alterius altero inulto. Nec ſecūdum fuiſſet ſecutum. quia innocentibus ⁊ manentibus talibus nulla eſt via ad fraudes ⁊ malicias. ergo ſi manſiſſemus in ſtatu innocentie: cōmunitas rerum non fuiſſet via ad fraudes ⁊ malicias. Nec tertium: quia omnes tunc fuiſſent boni: ⁊ per ꝯſequens mali nō habuiſſent melius ꝙ̄ boni. ſ; nec etiam inter bonos minus boni melius habuiſſent ꝙ̄ magis boni. quia tūc vixiſſent ſm̄ rectam rationem. al's em̄ nō manſiſſent innocentes. modo recta ratio eis dictaſſet ꝙ nō deberet quis occupare plura aut meliora ꝙ̄ dignum eſſet. igitur. Nec quartum fuiſſet ſecutum. quia ceſſaſſet inequalitas in rebus: cum omnes fuiſſent eque multa habentes. aut ſi que inequalitas fuiſſet in vſu rex: ꝙ̄uis nō in dn̄io. tamē illa inequalitas fuiſſet ſm̄ rectam rationem dictata. a recta autem ratione nō declinaſſent: ꝙ̄diu innocentes manſiſſent. igitur illa inequalitas nō fuiſſet occaſio litigij. Item lis non ſtat cum innocentia vtriuſq; partis. Item cum plures voluiſſent vti vna re: non fuiſſet ex hoc orta lis. quia vnus libere ceſſiſſet alteri ſm̄ ꝙ recta ratio dictaſſet. Et ſi arguatur. ille ꝓbationes volūt ꝙ quia homines vixiſſent in ſtatu innocentie ſm̄ rectam rationem. ideo non fuiſſent incōmoda ſecuta. modo etiam ꝓ ſtatu nature lapſe homines poſſunt viuere ſm̄ rectā rationē; igitur etiam poſſunt non ſequi ꝑdicta incōmoda. ⁊ per ꝯſequens etiam nō eſt inexpediens omnibus oīa eſſe cōmunia ꝓ ſtatu nature lapſe. Reſpondet̄ conceſſa maiore non eſt ſimile in minore. quia lic; vtrobiq; poſſint viuere ſm̄ rectam rationem (ſicut ⁊ vtrobiq; potuerint declinare a recta ratione: quia etiam peccabiles erant exiſtētes in ſtatu innocentie ſaltem in ſenſu diuiſo: vt effectus docuit) tamen in hoc eſt diſſimile. quia in ſtatu innocentie non habuiſſent ꝓnitatē et fomite aliquo ad declinandum a recta ratione. in ſtatu aūt nature corrupte habent ꝓnitatem ex fomite ꝓuenientē ad declinandū a recta ratione. ⁊ plures ſunt qui de facto ſequunt̄ fomitem potius ꝙ̄ rectam rationem (licet poſſibile eſſet eis cum adiutorio gratie ſequi recta; rationē) ideo nō apud omnes vitata fuiſſent predicta incōmoda. ⁊ ideo nō omnibus etia; expediuiſſet cōmunitas omniū rex.

## Primo arguitur cō

tra primā ꝯcluſionem. Id quod fuit factū contra legem naturale;: nō potuit licite nec rationabiliter fieri. ſed appropriatio rerum facta eſt cōtra legem naturalem. igitur nō potuit fieri licite nec rationabiliter. Maior nota. quia lex nature in oī ſtatu ligat ⁊ tm̄ ad rationabilia. ⁊ per conſequens cōtradictoria eorū ad que ligat ſunt licita et rationabilia. Minor probatur. q: lex nature diſponit omnia eſſe cōmunia omnib⁹: vt patebit queſtione ſequenti. Ad illud argumentum reſpondetur tripliciter. Primo. ꝙ maior intelligitur de lege naturali nō reuocata. Modo lex nature diſponēs omnia eſſe cōmunia omnibus eſt reuocata: quando homo cecidit ab innocentia. ⁊ ille modus dicendi eſſ; ꝯformiter ad Scotum in quarto. diſtin. xv. q. ij. Dicit enim ꝙ illud ꝑceptum legis nature de habendo oīa cōmunia reuocatū eſt poſt lapſum.

Sed contra iſtū modū ſoluendi arguit̄

quadrupliciter. Primo ſic. Lex naturalis eſt imutabilis: ſed ſi eſſet reuocata: eſſet mutabilis. igit̃. Maior ꝓbat̃ dupl'r. Primo. quia in decretis di. vj. §. his itaq3 ait Gratian⁹. Naturale ius ab exordio rõnalis creature incipiens manet imobile: volens ꝑ h̃ aſſignare differentiam eius ad legem ſcriptam. Secũdo ꝓbat̃. quia ibidem di. v. ait. Jus naturale cepit ab exordio creature rõnalis. nec variat̃ tpe: ſed imutabile ꝑmanet. Secũdo ſic. Aut lex natural' diſponens om̃ia debere eſſe cõmunia om̃ib⁹ hominib⁹: diſpoſuit hoc de hoib⁹ incõtracte captis. hoc eſt. ſiue corruptis ſiue integris: aut tm̃ de integris: quales ꝑmũ fuerũt. Non ꝑmũ. q2 nunq3 recta ratio a qua ꝓcedit lex nature h̃ dictaſſet de corruptis hoibus. quia ſemꝑ recta ratio vidiſſet talib⁹ exiſtentib⁹ hoib⁹ emergere p̃dicta dãna q̃tuor ex rez cõmunitate ꝛ indiſtinctione. Si ſecũdum. igitur adhuc illa lex manet ſc3 ꝙ integris hoib⁹ (ſi eſſent) om̃ia eſſent cõia dimittenda. igit̃ nõ eſt reuocata. Tertio ſic. Regula medicinalis dicens vinũ eſſe potum hominib⁹ ꝯgruum: nõ deberet dici reuocata ſi om̃s homines inciperent febricitare. ꝛ ita vinũ inciperet eis diſcongruere: quia nõ intelligeret̃ illa regula niſi de hoibus ſanis. ergo etiam ſic erit hic. Et hoc ē etiam exemplum beati Auguſtini in libro ꝯfeſſionũ ad oſtendẽdũ quõ lex naturalis nõ debet ex hoc dici variata vel mutata ꝙ ipſa concedente oĩa cõmunia om̃ib⁹: poſtea oppoſitum fuit ordinatũ. Nam hec ordinatio nõ arguit mutationẽ in ipſa lege naturali: ſed arguit mutationẽ ex parte hoĩs.

Quarto ſic. Jlle modus dicendi ſupponit ꝙ lex diſponens cõmunitatẽ in reb⁹ ſit p̃ceptiua: p̃cipiens ſc3 vt ſint om̃ia cõmunia om̃ib⁹ vel ꝓhibitiua ꝓprietatis. quia dicit ꝙ illud p̃ceptum legis nature de habendo om̃ia cõmunia eſt reuocatum. Modo illa lex nõ eſt p̃ceptiua nec ꝓhibitiua: ſ3 tm̃ cõceſſiua. Unde ſciendu3 ꝙ in libro legis naturalis ſc3 in intellectu q̃ eſt vt liber leg' naturalis: reperiunt̃ triplices ſanctiones legis naturalis. q̃dam em̃ ſunt ſanctiones p̃ceptiue: vt illa. Qđ tibi fieri vis alijs facias. Quedã ſunt ꝓhibitiue: vt illa. Qđ tibi fieri nõ vis alijs nõ facias. Alique ṽo ſũt cõceſſiue. id eſt nõ p̃cipiũt: nec ꝓhibẽt: ſed cõcedũt aliquid. ꝛ ille ſunt duplices. queda3 em̃ ꝯcedunt aliquid tanq3 vtile. ꝛ talis fuit illa ſanctio que ꝯceſſit ꝑ ſtatu innocentie cõmunitatẽ rez vt om̃ia eſſent om̃ib⁹ cõia eo ꝙ illa cõmunitas conferebat ad finẽ humane felicitatis ꝑ illo ſtatu. quedã aũt concedunt aliquid tanq3 expediens: vt ſanctio illa q̃ ꝯcedit ꝙ res ꝑ ſtatu nature corrupte appropꝛientur. ꝛ de iſtis videat̃ Alexander de ales in tertia ꝑte ſũme. q̃õne. xxvij. membro. iiij. articulo ꝑmo. Jdeo ſecũdus modus ſoluendi: eſt concedendo maiorẽ quãdo tale quid fit ꝯtra legem p̃ceptiuam vl' ꝓhibitiuã. ꝛ hoc modo minor eſt falſa: quia lex naturalis ꝯcedẽs cõitatẽ in reb⁹ nõ eſt preceptiua p̃cipiens ſc3 cõmunicationẽ niſi in caſu neceſſitat': ſ3 tm̃ ē ꝯceſſiua. Mõ ꝯtra illius ſanctionẽ ꝯceſſiuam tm̃: põt aliquid licite fieri iure poſitiuo id diſponente: vt licitum eſt tranſire per agrum alienũ quia illud eſt de ſanctione legis naturalis ſed nõ niſi conceſſiua. ꝛ tamen iure poſitiuo factũ eſt illud illicitũ. Unde Jſidorus intelligendo ꝑ phas ius naturale. ꝛ ꝑ ius intelligẽdo poſitiuũ ius: ait ſic. Tranſire ꝑ alienũ agrum phas ē. quia eſt licitũ. phas em̃ eſt qđ licitum eſt: ſed nõ eſt ius. ſ. poſitiuũ: imo vetitũ eſt iure poſitiuo. Tertius modus ſoluendi eſt ꝯceſſa maiore ſine diſtinctione. neganda eſt minor. quia lex naturalis diſponens cõmunitatem in rebus etiam ſi eſſet p̃ceptiua illius cõmunitat' vl' ꝓhibitiua appropꝛiationis: nõ intelligitur niſi quo ad hoĩes in natura bene inſtituta: nõ aũt quo ad homines nature corrupte. Modo nunc homines ſunt in natura corrupta. igit̃. Et hij duo vltimi modi ſoluẽdi eſſent conformiter ad Alexan. de ales vbi ſupra.

## Secũdo arguitur

ꝯtra eandem ꝯcluſionem. Cũ res ꝑmũ (ſc3 ꝑ ſtatu innocẽtie) fuerãt cõmunes: ſi appropꝛiatio poſtea facta fuiſſ3 rõnabilis: maxime hoc fuiſſet ad p̃cauendũ mala ꝛ incõmoda que emerſiſſent: ſi res ſic manſiſſent cões: ſed hoc nõ: quia adhuc ꝑ talem appropꝛiationẽ nõ eſt ſuccurſum vel obuiatũ p̃dictis malis q̃n adhuc fiant. Nam adhuc etiam ſtante appropꝛiatiõe rerũ: hij qui robuſtiores ſunt occupant plura q̃3 iuſtũ eſt ꝛ debi-

liores carent neceſſarijs ſibi debitis. Similiter adhuc eſt magna inequalitas inter homines in rebus temporalibus ad quam etiam ſequũtur litigia. Dicendum ꝙ factũ ꝓpter aliquem finem nõ debet ob hoc dici nõ rationabiliter factum ſi nõ attingãt homines finem illum omnino perfecte abſqꝫ omni imperfectione. ſufficit enĩ ꝙ illum finẽ homines attingant meliori modo per illõ factuꝫ ꝙ̃ per eius oppoſitũ. ſic eſt hic. Per hoc enĩ ꝙ res ꝑmum cõmunes poſtea fuerunt appropriate: homines attingunt vitationem predictoꝝ damnoꝝ perfectiori modo ꝙ̃ ſi manſiſſent cõmunes. Nam nõ tot inequalitates: nec tot litigia ſunt nata oriri nec tã lata eſt via fraudibus: ſicut ſi res mãſiſſent cõmunes: vt patꝫ intuenti deductionem ſecũde ꝯcluſionis: imo primũ damnũ per appropriationem om̃ino cauet᷑: quod tamen cautum nõ fuiſſet ſtante rerum cõmunitate.

## Tertio ſic arguitur

Beatus Clemẽs in epiſtola quarta (et habetur. xij. q̃ſtione ꝑma. c. dilectiſſimis) ait. Cõmunis vſus oim̃ q̃ ſunt in hoc mundo om̃ibus eſſe hominibus debuit. ſed ꝑ iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum: et alius illud. et ſic inter mortales facta eſt diuiſio. Hec ille. Modo illud quod ꝑ iniquitateꝫ factum eſt: nõ eſt licite nec rationabiliter factum. igitur diſtinctio dominioꝝ non fuit licite facta. Dicendum ꝙ beatus Clemẽs nõ voluit dicere ꝙ diſtinctio dñioꝝ fuerit facta inique ſic ꝙ non licuerit ea diuidere et res appropriare ſed ꝙ lapſus hominis in peccatum et iniquitatem et corruptionẽ nature fuit occaſio introducendi diuiſionem dñioꝝ queadmodũ in deſcriptione dñij ciuilis dicebatur ſupra q̃ſtione. ij. eſt dñium occaſione peccati introductuꝫ. Iniquitas igitur id eſt peccatum per quod lapſum fuit genus humanũ: fuit occaſio introducendi diuiſionẽ dñioꝝ: ſꝫ diuiſio nõ fuit illicite facta vel inique niſi capiatur inique. id eſt nõ equaliter fuerunt res diuiſe. eo ꝙ vnus plus habet alio: quo modo diuitie etiam dicunt᷑ mãmona iniq̃tatis.

## Quarto arguitur

contra ſecũdaꝫ concluſionẽ. Si eſſet vera ſequeretur ꝙ intrantes religioneꝫ facerent quid inexpediens intrando: ꝯſequens eſt incõueniens. igitur et antecedens. falſitas autem conſequentis ꝓbatur. quia intrando faciũt actum ſuperogationis. et ꝑ conſequens aliquid multũ cõmendabilẽ. nõ igitur quid inexpediens. Sequela tamen ꝓbatur. quia intrando religionem abdicant appropriationẽ rerum: et cõtenti ſunt dñio reꝝ in cõmuni. Modo hij in faciendo hoc reducũt res ad cõmunitatẽ: quã tamen reꝝ cõmunitatẽ ſecũda cõcluſio dixit eſſe inexpedientem in ſtatu nature lapſe. Dicendũ dupliciter. Primo admiſſo ꝙ conſequẽs ſit incõueniens: neganda eſt ſequela. Ad ꝓbationẽ concedat᷑ maior et minor ꝓ ꝑma ꝑte: ſed ad minorẽ ꝓ ſecũda parte. ſcꝫ quã tamen rerũ cõmunitatem dixit ſecũda ꝯcluſio eſſe inexpedientẽ. Dicendũ ꝙ cõcluſio nõ dixit ꝙ nõ aliquibꝰ expediret om̃ia eſſe cõmunia ſeu ꝙ nullis expediret om̃ia eſſe cõmunia in ſtatu nature lapſe: ſed nõ expediret ꝙ om̃ibꝰ om̃ia eſſent cõia. quia aliq̄bus nõ expedit. et hoc verũ. nam ſi omnes haberẽt om̃ia cõia: oporteret ſequi p̃dicta incõmoda ſecũde concluſionis: eo ꝙ multi ſunt imꝑfecti et infirmi adeo carentes adiutorio gratie ꝙ ſine diuina offenſa multiplici nõ viuerent non habendo ꝓpria. et tamen ſtat ꝙ aliqui contenti exiſtentes cõitate reꝝ nõ ſint ſic infirmi et imperfecti: ſed diuina gratia adeo adiuti vt eis habentibus omnia cõmunia nõ emergant p̃dicta incõmoda. et illis nõ eſt inexpediẽs cõmunitas rerum: imo expediens et bona. Secũda ſolutio eſt ꝯcedendo ſequelã indefinite captam. nam nõ om̃ibꝰ expedit abdicare a ſe appropriatõnem rerũ et ſtare in cõmunitate rerum. Exemplũ. Nam ſi quis eſt talis ꝙ in nõ habendo ꝓpria aut om̃ino frangeret᷑ impatientia: aut maior eſſet impatientia in retrahendo euꝫ ab amore eternoꝝ ꝙ̃ amor in poſſidendo ꝓpria: melius eſſet illi victui neceſſaria retinere et ꝑfectius ꝙ̃ abdicare. et ſic incurrere p̃dictam impatientiaꝫ. q: facilius eſſet ei aliquẽ gradum ſanctitatis aut perfectionis attingere: put deducit Heinricus gandẽſis q̃dlibeto. vij. ex dictis beati Grego. in paſtorali. et ex glo. ij. Coꝝ. viij. Si vero poſſet eis carere abſqꝫ impatiẽtia aut cum impatientia minoris culpe ꝙ̃ eſſꝫ

amoꝛ in retinendo. ſic melius eſſet ꝓpria dimittere. ⁊ hoc non ſolum cum male diſpenſat quis ꝓpria: ſed etiam cum bene diſpenſat. ⁊ maxime cum abundat ſiue multum abundet ſiue mediocriter. imo etiam ſi non abundet: ſed tm̄ habet victui neceſſaria: vt ibidem deducit. Per eandem ſolutionez ſolueretur aliud argumentū quo ſic argueretur contra ſecūdam cōcluſionem. Apoſtoli: diſcipuli: ac alij in ꝑmitiua eccleſia abdicando a ſe ꝓprietatem: ⁊ ſtando in cōmunitate rerum non fecerunt quid inexpediens ergo cōmunitas rerū nō eſt quid inexpediens ꝓ ſtatu nature lapſe. Solutio patet. qꝛ aliquibus eſt expediēs: aliquibus nō. ideo vera eſt concluſio ꝙ nō expediret ꝙ omnibus om̄ia eſſent cōmunia. Ad illam ſecūdam concluſionem ⁊ ſolutiones argumentoꝝ ſequitur

## Primū correlariū

ꝙ nō ſequitur. ſtatus ille eſt perfectiſſimo ſtatui ſimilioꝛ. igitur omnibus hominibus eſt expedientioꝛ. Nam ſtatus religioſoꝝ quo ad hoc ꝙ eſt ſine appꝛopꝛiatione rerum eſt ſimilioꝛ ſtatui innocētie qui eſt perfectiſſimus ſtatus vie. ⁊ tamen ſtatus ille q̄ ad predictam expropꝛiationem nō eſt omnibus expedientioꝛ: imo nec in poſitiuo gradu loquendo eſt expediens omnib9. quia non illis imperfectis quibus dictum eſt eū eſſe inexpedientem.

## Secūduz correlarium.

Non ſequitur. hoc agere eſt agere ſimile illi qđ decēs eſſet agere in ſtatu ꝑfectiſſimo. igitur eſt decens agere in ſtatu minus perfecto vel imperfecto. Probatur. Nam ſi eſſemus in ſtatu innocentie q̄ eſt perfectiſſimus ſtatus vie: viueremus in nuditate ⁊ nullum cohercéremus ad bonum: ⁊ hec decerent illum ſtatū: ⁊ tamen in ſtatu nature lapſe hec eſſent indecentia.

## Tertium correlarium.

Simpliciter loquendo melius eſſet homines viuere de cōmuni q̄ȝ eos viuere de ꝓprio. Probatur. quia quando debemus iudicare an aliquid ſit melius ſimpliciter. videndum eſt an illud eſſet melius rebus habentibus ſe ſcḋm naturam ⁊ optimā diſpoſitionem. ⁊ ſi ſic. dicendum eſt ꝙ ſit ſimpliciter melius q̄ȝ illud quod tm̄ eſt melius rebus nō habentibus ſe ſcḋm naturaȝ ſeu in optima diſpoſitione. Modo homib9 habentibus ſe ſcḋm naturaȝ ⁊ eis exiſtentibus in optima diſpoſitiōe ſcȝ in integritate ſua in qua fuerat natura humana inſtituta: melius fuiſſet eos vixiſſe de cōmuni q̄ȝ de propꝛio: q̄ȝuis nō exiſtentibus in optima diſpoſitiōe: ſed in carentia ſue integritatis a q̄ natura eſt deſtituta melius ſit aliquibus viuere de ꝓprio: igitur correlarium verum. Maioꝛ eſt Areſtotelis ꝑmo politice ⁊ poſſunt de ea poni tria exempla. Primū. ſimpliciter melius ē ꝙ vir dn̄etur in domo q̄ȝ mulier. quia viro ⁊ muliere habentibus ſe ſcḋm naturam ⁊ in bona diſpoſitione: vir habet perfectioꝛa cōſilia q̄ȝ mulier: vt dicit tertio euiſdem. q̄ȝuis ſi vir ſit peſtilens habēs conſilia tm̄ corrupta: melius eſſet mulierē dn̄ari. Secūdum. ille eſt ſimpliciter dicendus ſanioꝛ alio qui eſt ſanioꝛ ſano q̄ȝ qui ē ſanioꝛ egroto. Tertium. illud eſt ſimpliciter dicendum dulcius alio quod eſt dulcius apud guſtum bene diſpoſitum q̄ȝ qđ ē dulcius apud guſtum infectum.

## Quartū correlariū

Non ſequitur q̄ ad multos vel ad maioꝛem ꝑtem hoīm: melius eſt viuere de ꝓprio q̄ȝ ď cōmuni. igitur viuere de ꝓprio eſt ſimpliciter melius q̄ȝ viuere de cōmuni. Probatur exemplariter. Si omnis homo ꝑ peccatū eſſet factus febꝛicitans ſcḋm magis tamen ⁊ minus. ⁊ maioꝛ pars foꝛtiter febꝛicitaret: tunc bibere de non vino quo ad multos ⁊ maioꝛem partez hominū eſſet melius q̄ȝ bibere de vino: ⁊ tamen illud nō eſſet melius ſimpliciter. quia lente febꝛicitantibus non eſſet melius. ſic eſt hic: cum per peccatum omnis homo ſit deſtitutus a perfectione ⁊ integritate ⁊ inciderit in imꝑfectiōem ⁊ corruptionem: vnus tamen ſit imꝑfectioꝛ alio maioꝛ quoq3 pars ſit imꝑfectioꝛ. ſequitur ꝙ q̄ȝuis viuere de ꝓprio quo ad multos ⁊ maioꝛem partem hoīm ſit melius q̄ȝ viuere de cōmuni. quia maioꝛ ꝑs ē imꝑfectioꝛ ⁊ corruptioꝛ: nō tamen ſequitur. ergo viuere de ꝓprio eſt ſimpliciter melius. quia nō illis q̄

lente ſunt imperfecti vel minus corrupti eſſet ſimpliciter melius. Secūdo ꝓbať. quia quando aliquid debet iudicari ſimpliciter melius alio: non debet iudicans videre ſi ſit melius eis que ſunt in minus bona diſpoſitione. ⁊ ſic velle inferre ꝙ ergo ſit ſimpliciter melius ſed debet videre an ſit melius eis que ſūt in meliori diſpoſitione. quia ſi ſic: tunc poterit inferre ꝙ ergo ſit melius ſimpliciter. Modo ꝙuis viuere de proprio quo ad multos ſit melius ꝙ viuere de communi. tamen quia illi multi ⁊ plures ſunt in minus bona diſpoſitione ⁊ viuere de cōmuni eſt melius illis que ſunt in meliori diſpoſitione ſcȝ ꝑfectoribus. igitur correlariū verū. Maior eſt Areſtotelis ꝑmo politice: ⁊ dat exemplū in quarto Metaphiſice. ſcȝ ſi plures hoīes male diſpoſiti iudicarent mel eſſe amarū. pauciores vero diſpoſiti iudicarent ipſum eſſe dulce. iudicandū eſt ſimpliciť ꝙ mel eſt dulce ⁊ nō amaꝝ. Sempȝ enī quod eſt melius vel aliquale tale reſpectu eius qđ eſt bene vel melius diſpoſituȝ ſub aliqua ſpecie. hoc eſt ſimpliciter melius reſpectu illius ſpeciei: ꝙꝙ nō eſſȝ melius pluribus eiuſdem ſpeciei male diſpoſitis.

Queſtio. X.

# Vtrū diſtinctio

dñioꝝ fuerit facta per legem naturalē vel hūanā. Solutio queſtionis ſtat in duabus ſuppoſitionibus ⁊ qnqȝ concluſionibus ac qnqȝ argumentoꝝ ſolutionibus.

Prima ſuppoſitio. q̄ſtio nō pt intelligi d alijs dñijs a dñio ciuili: vtpote de dñio gratifico: euāgelico: origiāli ⁊ beatifico. Probatur. quia tunc ſupponeret falſum. ſupponeret enī talia aliquādo fuiſſe indiſtincta: ⁊ poſtea fuiſſe facta diſtincta. Secūda autē pars illius ſuppoſiti eſſet falſa. quia ſicut olim fuerunt indiſtincta. ſic etiam hodie talia vbi ſunt: ſunt indiſtincta. Nam ꝙuis illis ſuperaddita ſint aliqua diſtincta dñia ſcȝ ciuilia. tamen illa nō ſunt eadem cum ꝑdictis. ideo ꝓpter hoc nō debȝ concedi predicta fuiſſe diſtincta. Senſus igitur queſtionis eſt. vtrū diſtinctio dñiorū ciuilium fuerit facta per legem ⁊c̄.

Secūda ſuppoſitio. Titulus queſtionis etiam intellectus de dñijs ciuilibꝫ poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ꝑ cōſtructionem tranſitiuam: vt ſit ſenſus quaſi aliquo tempe dñia ciuilia fuerint: quo fuerunt indiſtincta: ⁊ poſtea illa ceperint diſtingui. ⁊ ſic queſtio preſupponit falſum quia nunꝙ fuerūt indiſtincta: ſed ꝙꝑmū fuerūt orta fuerūt orta cum diſtinctione. Alio modo ꝑ conſtructionē intranſitiuā ⁊ adiectiualem. vt ſit ſenſus. vtrum dñia ciuilia que ſunt dñia nō indiſtincta vt alia: ſed diſtincta. fuerint recta ⁊ orta per legem naturalem. ⁊ hoc modo titulus queſtionis intelligitur hic.

# Prima concluſio

Sane intelligēdo titulū queſtionis: queſtio nullam habet difficultatem: qn certū ſit ꝙ dñioꝝ diſtinctio tm̄ eſt ſm legem ciuilem ⁊ hūanā. ꝓbať. q: ſanus intellectus tituli queſtionis eſt: per quā legeȝ fuerint dñia ciuilia erecta vel facta. modo hoc q̄ſitum nullam habet difficultateȝ. quia ex terminis queſtionis patȝ reſponſio. nam eo ipſo ꝙ titulus queſtionis eſt de dñijs ciuilibꝫ patet ex deſcriptione ⁊ ꝓpria ratione dñij ciuilis ꝙ ſm nullam legem fuerit illa facta niſi ſm legem humanā ⁊ nō ſm naturalem. quia tunc eſſent dñia naturalia: nec ſm diuinam. quia tūc eſſent dñia diuina. Sed tamen exquo alij tractātes illam queſtionem reſpondent ad eaȝ quaſi difficultatem habentem. ideo ſubiūgo etiam tres concluſiones. eſt ergo

# Secūda concluſio

Dñioꝝ diſtinctio non eſt facta ſm legem naturalē. Probať. quia lex naturalis etiā habuit locum in ſtatu innocentie. Si igitur dñioꝝ diſtinctio eſſet ſm legem naturalem: tunc etiam ꝑ ſtatu innocentie fuiſſet dñioꝝ diſtinctio. ꝯſequens eſt falſum. q: in ſtatu innocētie oīa fuiſſent hominū cōmunia. quia ibi res fuiſſent illo modo ipſoꝝ hoīm: quo mō plus voluiſſent ad ſuſtentationem nature ⁊ pacificam cōuerſationeȝ: ſed ꝑ ſtatu innocentie res eſſ

ſtendo cõmunes omnib9 ho minib9 plus
valuiſſent ad ſuſtentationem nature ꝛ pa
cificam conuerſationẽ ꝙ eſſendo appro-
priate aliquibus. igitur. Minoꝛ ꝓbatur.
Quia ex quo quilibet fuiſſet innocens et
rectus. nõ occupaſſet aliquis plus de re-
bus ꝙ indiguiſſet. ꝛ ſic indigentes nõ ca-
ruiſſent neceſſarijs: nec aliquis occupaſ-
ſet ſuperflua. Huic concluſioni con-
cordat Gratianus in decretis diſtin. viij.
c. pmo dicens. Jure nature ſunt oĩa cõ-
munia. ꝛ ſm hoc ius vel legem naturalez
apoſtoli poſſederunt res temporales ſcz vt
omnibus omnia que haberent eſſent cõ-
munia. Etiam plato ſenſit ſm hanc legez
naturalem res eſſe poſſidendas: vt oĩes
res oĩbus eſſent cõmunes. Unde apõ
eum illa ciuitas iuſtiſſime ordinata tradi
tur: in qua quiſqꝫ ꝓprios neſcit affectus:
ita ꝙ quiſqꝫ tantũ alium diligit quantum
ſe. Finxit eñ plato quandã rempublicã
in qua omnia ſunt cõmunia. Tertio. qꝛ
Clemens in epiſtola. iiij. ꝛ habetur. xij. q-
ſtione pma capitulo. dilectiſſimis. ait cõ-
munis vſus ꝛc. vide pcedenti queſtione:
ꝛ addidit ibidẽ. Deniqꝫ grecoꝝ quidẽ ſa-
pientiſſimus hec ita ſciens eſſe: cõmunia
debere (ait) eſſe amicoꝝ omnia. Hec autẽ
autoritas vult ꝙ qñtum eſt ex lege natu-
re deberẽt oĩa eſſe cõmunia. igitur di-
ſtinctio dñioꝝ non eſt per legem nature.

Et quia aliquis diceret. illa cõcluſio ha
bet veritatem hoc modo ꝙ dñioꝝ diſtin-
ctio non eſt ſm legem naturalem: ꝛ hoc ꝓ
ſtatu innocentie: tunc eñ omnia fuerunt
ꝛ debebãt eſſe cõia. ſed non ꝓbat qñ coꝝ
diſtinctio pro ſtatu nature coꝛrupte ſit ſm
legem naturalem, ideo ponitur

## Tertia concluſio

Dñioꝝ diſtinctio etiam ꝓ ſtatu nature la-
pſe nõ ẽ ſm legem naturalem. ꝓbatur per
Scotũ in. iiij. vbi ſupra. ꝛ per Joh. de ri-
pa. ordinis minoꝝ ſic. Nam ſicut natura
non inclinat ad oppoſita. ſic etiã lex natu-
ralis nõ inclinat ad oppoſita. modo lex
naturalis iclinat ꝛ diſponit vt oĩa ſint
omnibus cõmunia igitur illa eadem non
inclinat nec diſponit ad hoc vt res appro
prient ꝛ dñia diſtinguanꝫ. cum igitur lex
nature ſit eadez ꝓ ſtatu tam innocentie ꝙ
nature coꝛrupte. ſequitur ꝙ ſicut diſpoſu
it omnia debere eſſe cõmunia ꝓ ſtatu in-
nocentie: ſic etiam diſponit pro ſtatu na-
ture coꝛrupte. ꝛ per cõſequens diſtinctio
dñioꝝ nõ eſt per legem naturalem. hanc
rationem tangit Scotus in. iiij. diſti. xv.
queſtione ſecunda. ꝛ etiam Joh. de ripa
ordinis minoꝝ in quodlibetis. Sed ꝙ-
uis cõcluſio ſit vera: tamẽ illa ꝓbatio nõ
valet. quia ſi illa lex naturalis que diſpo-
nit omnia eſſe cõmunia omnibus: pone-
ret res eſſe appropriandas hominibus:
nõ ꝓpter hoc inclinaret ſeu diſponeret ad
oppoſita. Probaꝫ. quia quando lex natu-
ralis diſponit omnia eſſe cõmunia omni
bus: nõ diſponit hoc niſi ꝓ illis homini-
bus qui ſũt nature integre nõ coꝛrupte: ſꝫ
diſponendo res eſſe hominib9 appropri-
andas diſponeret hoc ꝓ hoĩb9 nature coꝛ
rupte. ꝛ ſic de diuerſis diſponeret cõmu-
nitatem ꝛ ꝓprietatem rerũ. ꝛ per ꝯſequens
nõ diſponeret oppoſita. quia oppoſita ſũt
oppoſita reſpectu eiuſdem: parꝫ per ſimile
Nam ſi aliqua regula medicinalis artis
diſponat vinũ eſſe dandum Johãni cũ
ſanus eſt. ꝛ eadem diſponat eidem cum fe
bricitat nõ eſſe dandum: nõ diſponit op-
poſita. quia nõ reſpectu eiuſdem hoĩs
eodem modo ſe habentis. Ideo aliter ꝓ
batur concluſio ſic. Per diſtinctionẽ dñi-
oꝝ hic nihil aliud intelligitur ꝙ ipa dñia
ciuilia diſtincta: vt patuit in pma ſuppoſi
tione. Modo ciuilia dñia nõ ſunt facta
per legem naturalez ꝓ ſtatu nature coꝛru-
pte. qꝛ tunc ciuilia dñia non eſſent ciuilia
ſed naturalia. Diffinitur eñ ciuile dñiũ
quod eſt ex conceſſione legis ciuilis. ꝛ na
turale quod eſt ex lege naturali. Et ſi ali
quis dicat idem eſſe dñium naturale ꝛ ci-
uile: vt ſup etiam patuit: idem dñium eſſe
naturale ꝛ diuinũ. hoc non obſtat. qꝛ hic
loquimur de ciuili dñio pure tali. Se
cũdo ꝓbatur illa cõcluſio ſic. quia lex na-
turalis concedens alicui aliquod dñium
eſt nota naturali lũine rationis: ita ꝙ ra-
tio naturaliter nata eſt formare talem le-
gem ꝛ ei adherere. Modo ratio naturalis
nõ eſt nata formare talem legez que dicat
hec res ſit petri: hec ſit Johis. ſed lex ciui

lis ſic diſpoſuit. Contra illā ↄcluſionē

**Primo arguitur** ſic. Qđ recta ratio naturalis in lumine ſuo naturali dictat: hoc eſt lex naturalis. Sꝫ recta ratio dictat h̄ cōplexū. ſcꝫ hominibꝫ ꝓ ſtatu nature corrupte ſūt res appropriā de ⁊ nō relinquende cōmunes omnibus. igitur illud complexū eſt lex naturalis: ſꝫ illud complexū diſponit diſtinctionē dñi oꝝ. igitur diſtinctio dñioꝝ eſt a lege naturali. Maior nota. Minor ꝓbat̄. quia in q̄ōne. ix. determinatū eſt ꝙ rationabile fuit ꝙ res cuꝫ eſſent a ꝓncipio cōmunes oībus: poſtmodū appropriarent̄ viſa corruptione hominū: ſed qđ eſt rationabile: h̄ dictatum eſt a ratione recta.

**Secūdo** arguit̄ ſic. qꝛ illud complexū ſcꝫ res q̄ donat̄ a dño ſuo ſit illius cui donat̄: concedit dñium diſtinctū ⁊ ꝓprietatem donatario. modo hec ē lex naturalis. igitur lex naturalis concedit donatario dñiuꝫ ciuile qđ tamen eſt diſtinctū. Minor ꝓbatur Quia illud complexū eſt dictatum ſcḋm rectam rationem.

**Tertio** arguitur ſic. Omnis lex ciuilis eſt dictata a recta ratione. igitur omnis talis eſt naturalis lex. ⁊ ꝑ ↄſequēs cum dñioꝝ diſtinctio ſit a lege ciuili: etiā eſt a lege naturali.

**Quarto** arguit̄ ſic. Iſta lex ſcꝫ Qđ in nulliꝰ bonis eſt: occupāti cōcedit̄: eſt lex naturalis ⁊ tamen ꝑ ipſam ↄcedit̄ etiam effectualiter diſtinctio ſeu appropriatio illi qui occupat rem in nullius dñio exiſtētē. Ad hoc quartū ꝓuſqꝫ ad alia Dicendū ꝙ cōceſſa minore diſtinguenda eſt maior. quia vel ꝓdicta lex intelligit̄ de cōceſſione quo ad ꝓprietatem dñij: vt ſit ſenſus ꝑ occupationē rei exiſtentis in nullius dñio: quis acquirit ꝓprietatem dñij. ⁊ ſic neganda eſt ꝙ ſit naturalis. quia vt ſic: nec eſt nota ex terminis nec ſequit̄ ex taliter euidēti. Si aūt intelligat̄ de conceſſione ad vſum: vt ſit ſenſus. ꝑ occupationē rei exiſtentis in nullius dñio: hīc debet occupans vſum appropriatum ſibi. ꝓ tempe occupationis ſic ꝙ licituꝫ eſt ſibi ꝙ ſolus velit vti illa re q̄diu durat eius occupatio: ⁊ hoc ſecūdo modo poteſt eſſe lex naturalis ſaltē large capta modo ꝓdicto. Ad ꝓmū conceſſa maiore ⁊ minore. diſtinguēda eſt ↄcluſio Nam diſtinctionem vel appropriationeꝫ dñioꝝ eſſe a lege naturali poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ ſit ab ea indicatiue. ſic ꝙ lex naturalis indicet vł diſponat (ſaltem in generali) ꝙ diſtinctio dñiorum debeat fieri. ⁊ ſic concedit̄ concluſio. ⁊ ſic etiaꝫ argumentū ꝓcedit. Alio modo ꝙ ſit effectualiter ⁊ executiue ab ea: ſic ꝙ illa effectualis appropriatio ⁊ diſtinctio ꝓceſſerint a lege naturali: ⁊ hoc negat̄. Nā quantūcūqꝫ ꝓdictum complexū exiſtens naturalis lex: ſcriptū eſſet in intellectu practico hominis cuiuſcūqꝫ: ſiue principis ſiue patrisfamilias ſiue cuiuſcūqꝫ alterius nō fuiſſet per ipm ad effectum poſita appropriatio rerū: ſi nō ſupueniſſet volitio hominis habentis poteſtatem: ⁊ volentꝭ ꝙ illa res deberet eſſe illius ⁊ alia alteriꝰ. ⁊ ſic de alijs. Illa auteꝫ volitio fuit lex nō naturalis ſed poſitiua. Et ꝑ hoc etiaꝫ poteſt ſolui ſi argueret̄. ꝑ ↄtractus transferūtur dñia rerū: ⁊ ſit rerū diſtinctio quo ad dñia. ⁊ tamen ↄtractus fere omēs ſunt de iure gentiū qđ eſt ſpecies iuris naturalis ⁊ ſic videt̄ ꝙ nō ita ꝑ legem ciuilem ſit facta diſtinctio reꝝ q̄n etiaꝫ ꝑ ius naturale ſaltem per illud qđ dicit̄ ius gentiū. ſed reſponſio patꝫ. Exemplū aūt ꝓdicte reſponſionis poteſt dari ſic. Cū em̄ tempe Noe poſt diluuiū terra tota fuiſſet ſibi ⁊ filijs ſuis indiſtincte conceſſa: nō cepiſſet vna pars eſſe vnius hominis ⁊ alia alterius ſi nō Noe vel alius ſuperior hominū in quē conſenſerunt: illas diſtinxiſſet iuſſu ⁊ volitione ſua que fuit lex poſitiua. Ad ſecūdum poteſt concedi maior: etiā in ſenſu tali ꝙ ab illa lege effectualiter eſt dñiū diſtinctum vel appropriatio. quia illa lex eſt volitio ꝓncipis vel ſignum volitionis ꝓncipis in quem conſenſerūt hij qui volebant eas per eum hincinde eſſe appropriandas. Minor autē eſt neganda: ſaltē put lex naturalis capit̄ ꝓprie ⁊ ſtricte quō capit̄ in ſcḋa ↄcłione ⁊ tertia. Lex em̄ naturalis aliquādo capitur ſtricte vel ꝓprie ⁊ ſic eſt complexū euidēs ex terminis vel

euidēter deducibile ex alio complexo euidenti ex terminis. tale aūt nō eſt ꝑdictū cōplexū. nō eñ ex termis illiꝰ cōplexi cogit̃ intellectus ei aſſentire. al's ſi in ſtatu inocēnie aliquis dediſſet alteri rem aliquā: nihil ꝓ ea expectando ⁊ volendo: nihil ꝓpꝛiū in ea habere: ille alius habere debuiſſet ꝓprietatē date rei. qđ eſt falſuꝫ. ⁊ eodē modo ꝓbatur ꝙ etiaꝫ nō eſt euidenter deducibile ex alio euidenti. Unde dato ꝙ ītellectus ex terminis eiꝰ: aſſentire cogeretur illi ſcꝫ ꝙ ſi habens dñium in re det eā alteri conſentienti: ſaltem in receptione illius: ipſo dante volente cedere dñio ⁊ iuri quod habet in re: ꝙ illa res ſit illius alterius: non tamen cogeretur conſentire ꝙ illa res eſſet hoc determinato modo illius ſcꝫ ꝙ eſſet ſibi ꝓpꝛia. Alio modo accipitur large. ð quo modo patebit in ſolutione ſequente. Ad tertium conceſſo antecedente neganda eſt cōſequentia. quia nō ſufficit ad hoc ꝙ aliquod complexū ſit lex naturalis ꝙ ſit dictatum a recta ratione: al's nulla eſſet lex pure poſitiua. ſimiliter omnis diuina lex eſſet naturalis cū quelibet talis ſit dictata a deo ꝗ eſt eſſentialiter recta ratio. conſequens tamen eſt falſum. qꝛ cum lex naturalis uiget omī tempꝛe: ſequitur ꝙ teneremur ad omnē legem poſitiuā diuinam: etiam veterē nec aliqua lex poſitiua eſſꝫ abꝛogabil'. requiritur igitur ad legem naturalem ꝙ ſit dictata a recta ratione taliter ꝙ ſit euidens ex terminis vel euidenter deducibilis ex tl'i. q̄uis ad hoc ꝙ aliqua lex dicat̃ naturalis large capiendo ſufficeret ꝙ licet nō ſit euidens ex terminis nec euidēter deducibilis ex taliter euidenti: tamen eſſet valde conſona taliter euidenti vel taliter deducibili ex euidenti: quo mō Scotus ponit p̄cepta ſecunde tabule eſſe de lege naturali in. iij. diſtinc. xxxvij.

## Quarta concluſio

Dñioꝝ diſtinctio non eſt ſm legem diuinam. Pꝛobat̃ duabus autoꝛitatibꝫ ⁊ vna ratione. ratio autem tangetur in examine p̄me autoꝛitatis. Pꝛima autoꝛitas eſt auguſtini ſuper Johēm. ⁊ habetur in decretis diſtin. viij. c. quo iure. vbi ait ſic. quo iure defendis villas eccleſie: diuino an humano: diuinū ius in diuinis ſcripturis habemus: humanū in legibus regum. vnð quiſqꝫ poſſidet quod poſſidet: nōne iure humano: Nam iure diuino dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius. pauperes ⁊ diuites dominus de vno limo fecit. ⁊ pauperes ⁊ diuites vna terra ſuppoꝛtat. iure vero humano dicitur. hec villa mea eſt: ⁊ hec domus mea eſt: hic ſeruus meus eſt. Jura autem humana: iura imperatoꝝ ſūt. quare: quia ipſa iura humana per imperatores ⁊ reges ſeculi deus diſtribuit generi humano hec ibi. Sed diceres in illis verbis nō habetur illa negatiua ꝙ diſtinctio dñioꝝ ſeu ꝓprietas reruꝫ non ſit a iure diuino ſꝫ tm̄ habetur illa affirmatiua ꝙ talis diſtinctio ſit a iure humano. modo illa affirmatiua nō infert predictam negatiuam eo ꝙ vnum ⁊ idem dñium poteſt alicui competere vtroqꝫ iure: vt habitum eſt etiam ſup queſtione q̇nta. Dicendum dupliciter Pꝛimo ꝙ etiaꝫ illa negatiua ibi habetur in hoc qđ dicitur. Nam iure diuino dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius. Jbi eñ vult ꝓbare ꝙ nō ſit illa ꝓprietas ex lege diuina.

Sed diceres contra. quia illa pꝛobatio Auguſtini non videtur valere. Uult eñ ſic arguere. nullus habꝫ dñium diuino iure niſi deus. modo ſi diſtincta dñia ⁊ proprietates quas habent homines in rebus huius mundi eſſent ſm legem diuinā ſeu ius diuinum: tunc homines haberent illud dominiū quod eſt ſoli deo ꝓpꝛiū. modo hec ꝓbatio equiuocat ius diuinum ⁊ etiam dominiū diuinum: patet quia ius diuinū accipitur dupliciter ſm ꝙ ius accipitur dupliciter (vt tactum eſt in pꝛima ſuppoſitione pꝛime queſtionis) Uno mō pꝛo lege diuina. ⁊ hoc modo maioꝛ eſt falſa. quia homines habēt aliqua dominia ſm diuinam legem: vt eſt dominiū beatificum originale ⁊ gratificum atqꝫ euangelicum. ⁊ ſic minoꝛ etiam eſt falſa. quia nō opoꝛtet ſi homines habent dominiū eis cōueniens ſm legem diuinam ꝙ ergo habeant dominiū ꝓpꝛium ſoli deo. quia nō opoꝛtet ꝙ tale dominiū cōueniens alicui ſm legem diuinam ſit deo ꝓpꝛium. Alio modo capitur ius prout idem eſt qđ poſ-

ſtas ſeu dominiū. ꝛ hoc modo idē eſt ius diuinū quod dominiū diuinum: ꝛ tunc adhuc capitur equiuoce: vt tactum eſt in prima ſuppoſitione ḡnte queſtionis. vide ibi. Et ſi primo illoꝝ modoꝝ accipiatur maior eſt falſa ſicut prius. ſimiliter ꝛ minor. Sꝫ ſi ſecūdo modo capiatur: maior eſt vera. quia ſenſus eſt. Nullus habet illud dominiū quod cōuenit deo: ſed tunc minor eſt falſa. Nam ex hoc ꝙ homines haberent ex diuina conceſſione diſtincta dominia: nō ob hoc haberent illud dominiū qd̄ eſt in deo. quia deus habet dominiū per eſſentiam in rebus ꝛ altiſſimū atꝫ independens. homines autem tm̄ habent participatum baſſum ꝛ dependens. Dicenduꝫ ꝙ ratio auguſtini aliter eſt intelligenda ꝙ̄ iam ſit deducta: ſi debeat eſſe valida. ꝛ hoc ſic. ſupponit em̄ ꝙ deus habet dominiū in terra ꝛ omnibus rebus terrenis ꝛ ꝙ ſua lege ꝛ conceſſione deriuauerit in homines atꝫ eis conceſſerit participatum ꝛ dependens dn̄ium terrenoꝝ. ſed illam legem ſuam ferendo per quā eis conceſſit ea: non diſtinxit eis ipſa terrena: vt hec res ſit illius: ꝛ hec illius: ſed tradidit ea eis indiſtincte. ꝛ ſic ex diuina conceſſione nō habent diſtincta dominia. Aſſumptum autem ſcꝫ ꝙ dn̄s ferendo legem per quam conceſſit eis terrena non diſtinxerit eis ea probat. quia lex diuina per quam conceſſit eis ea habetur in ſcriptura ſacra ſcꝫ Geneſis primo ꝓ ſtatu innocentie. ꝛ Geneſis. ix. ꝓ ſtatu nature corrupte. ꝛ poſt diluuiū. ꝛ tamen talis lex nō diſtinguit qd̄ cuiꝗ debeat eſſe ꝓprium. Ait em̄ indiſtincte ſic Geneſ primo. Ecce dedi vobis omnē herbam afferentem ſemen ſuum ſuper terram: ꝛ vniuerſa ligna ꝛc̄. vt ſint vobis in eſcam ꝛ cunctis animantibus terre ꝛc̄. ꝛ Geneſis. ix. ait. Oēs piſces maris: manui veſtre traditi ſunt. ꝛ omne quod mouetur ꝛ viuit erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia ꝛc̄.

Secūdo dicendum ꝙ etiam illa negatiua habet in ſecūda autoritate: quia ibidem ait Auguſtinus. Tolle iura imperatoris. ꝛ quis audet dicere: hec villa mea ē: meus eſt iſte ſeruus. mea eſt domus. Hec ille. Ergo vult ꝙ diſtinctio dominioꝝ ex ꝓprietas ſit tm̄ modo ex iure hūano. quia eo ſublato tollit ꝓprietas ꝛ diſtinctio. nō eſt igitur a iure diuino.

## Contra illam con

cluſionem arguitur. Populus iſrael habebat dn̄ium diſtinctum ꝛ ꝓprietatem in terra ꝓmiſſionis: adeo ꝙ vere poterat ille populus dicere. hec terra ē mea: ſic ꝙ nullius alterius hominis. ꝛ tamen illud dominiū fuit eis datum ꝛ conceſſum a deo: ꝛ nō ꝑ legem ciuilem. igitur aliqua dn̄ia diſtincta fuerūt per legem diuinam. Dicendum dupliciter. Primo. ꝙ concluſio non debet intelligi ſine omni exceptione. fallit em̄ in predicto caſu qui ſingularis eſt. alſ em̄ regulariter loquendo nō diuiſit deus diſtincte dn̄ia rerum: appropriando res illi vel illi: ſꝫ reliquit eas cōmunes diuidendas humanis conſtitutionibus ꝛ ordinationibus. Uel ſecūdo dicendū ꝛ melius ꝙ concluſio loquit de diſtinctione dn̄ioꝝ perſonaliū qualia habēt ſingulares perſone: vt ꝙ Johes habeat ꝓprietatem equi: Petrus agri ꝛc̄. Dn̄ium autē populi iſrael in terra ꝓmiſſionis non fuit perſonale ſed conceſſum toti populo: ſic tamen ꝙ nullus de illo populo habebat ꝓprietatem alicuius partis illius terre ꝓmiſſionis vel partis eius ex diuina conceſſione. Quis em̄ dn̄s ſua ordinatiōe diſtinxerit eam tribubus mediantibus ſortibus: nulli tamen ſingulari de populo eaꝫ vel partem eius appropriauit: ſed dimiſit eam diſtinguendam humana actione ſingularibus perſonis: vt patet in libro Joſue. Unde ꝙ caleph qui fuit ſingularis ꝑſona obtinuit dominiū in hebron: fuit ex conceſſione humana ſcꝫ Moyſi ꝛ Joſue vt patet Joſue. xiiij.

## Quinta concluſio.

Diſtinctio dn̄ioꝝ eſt tm̄ ſm legem humanā Probatur tripliciter. Primo. quia omnis lex aut eſt naturalis diuina aut humana: ſed diſtinctio dn̄ioꝝ non eſt ſm legem naturalem ꝛ diuinam: vt ꝓbatum eſt. igit a ſufficiente diuiſione erit ſm humanam.

Secūdo patet ex eo. quia diſtinctio dominioꝝ hic ſupponit ꝓ dn̄ijs diſtinctis:

qualia ſunt ciuilia, modo ex deſcriptione ciuilis dñij habet q ei ſm legem ciuilem cõuenit cui conuenit. igitur. Tertio pbatur per auctoritates duas allegatas in qrta concluſione.

Queſtio. XI.

# Ex quo dominio

distinctio licite fuit facta: z nõ niſi p legez poſitiuam: querit quis z quotuplex potuit fuiſſe modus quo p legem poſitiuaz talis diſtinctio fuit iuſte facta. Solutio ſtat in quinqz ſuppoſitionibus z duabus cõcluſionibus.

## Prima ſuppoſitio

ad hoc q per legem poſitiuam diſtinctio dñioꝝ fuerit iuſte facta: ſufficit q lex poſitiua fuerit iuſta. quia effectus iuſte legis eſt iuſtus. modo diſtinctio dñioꝝ facta p legem poſitiuam eſt effectus legis poſitiue. igitur ſuppoſitio vera.

## Secũda ſuppoſitio.

Ad h q aliqua lex poſitiua ſit iuſta lex requirunt due conditiones. Prima q ille a quo lex fuit lata: habuerit poteſtatem eam ferendi. Nam ſine illa poteſtate illõ qd p ipſum eſt dictatũ nec habet rationẽ legis: nec etiam rationem iuſte legis. Primũ pbatur. quia lex dicitur a ligando. dictatum autẽ per eum qui nõ habet poteſtatem in me: nõ habet me ligare ſm q p eum eſt dictatum. igitur. De ſecũdo pbatur. quia lex que imponitur iniuſte alicui nõ eſt iuſta. modo ſi quis nõ habeat poteſtatem in aliquos: z tamen ferat legem in illos: illa iniuſte imponit illis. igitur. Secũda conditio (que regulariter loquendo etiam requiritur) eſt q ille a quo eſt lata: habuerit prudẽtiam in ſe vel in ſuis. Probatur. quia requiritur ad legem iuſtaz q nihil in ea ſit diſpoſitum cõtra dictamen recte rationis vel equitatem. modo ad vitandum tale quid requiritur regulariter prudentia que eſt recta ratio rerum agibiliũ. id eſt habitus intellectualis inclinãs ad dictandum recte in agibilibus. Dixi autem notanter regulariter loquendo. Nam ſtaret q ille a quo lata eſt lex iuſta: nõ haberet prudentiam: z tamẽ lex p eum lata nihil contineret iniquitatis: ſed oẽm equitatem: ſed hoc eſt tunc caſuale z non regulare. Nam carens prudentia poteſt a caſu dictare aliquid quod omnẽ continet equitatem. Dictum etiam eſt in ſe vel in ſuis. quia nõ oportet (ſupple quo ad rationem efficacis legis) iuſte ſemp q ipſe qui tulit legem: habeat in ppria perſona prudentiam. quia oppoſitum patet in aliquibus principibus parum vł nihil habentibus prudentie qui tamen habent conſiliarios prudẽtia pollentes quoꝝ conſilio z auxilio condunt leges iuſte. Et hee due conditiones differunt in hoc. quia prima requiritur ad vtrũqz ſcz tam ad hoc q ſit lex qz ad hoc q ſit iuſta: vt pbatũ eſt. Secũda autẽ tm̃ ad hoc q ſit iuſta.

## Tertia ſuppoſitio

Duplex eſt poteſtas quã vnus homo habet ſuper alios ſm q etiaz tangit Ariſtoteles pmo politice. Quedam eſt paterna quã habet pater ſup filios: inquãtũ talis z conuenit ſibi lege naturali. Alia eſt politica: z illa conuenit ei cui conuenit ex cõmuni conſenſu eoꝝ ſuper quos habet eaz. Ex hoc enim q aliqui conſentiunt q aliquis alius ab eis habeat poteſtatem ſup eos: ille habet poteſtatem illam. Et differũt hee due poteſtates. quia prima ei cui conuenit: cõuenit tm̃ ſuper ab eo deſcendentes. etiam vbicũqz illi habitent. Secũda aũt tã ſuper ab eo deſcendẽtes qz extraneos: attamen cohabitantes.

## Quarta ſuppoſitio.

Utraqz poteſt iuſte cõuenire ei cui cõuenit. De pma pbatur. quia illa cõuenit ex cõceſſione legis naturalis ei cui conuenit. modo quod alicui lege naturali conuenit: iuſte ſibi cõuenit. igitur. Maior pbatur. qz filij de lege naturali tenent obedire patri: ſecluſa etiam omi lege extrinſeca: nec illa per aliquã legem fuit reuocata nec moſaycam nec euangelicã: ſed magis confirmata: z ſic etiam vtrũqz lege diuina ſibi cõuenit. De politica pbat. quia ſi aliqui melius poſſunt regi per al: quẽ aliqs

a ſemetipſis ſe defendi quam ſi per ſe regerent ac viribus proprijs innuiterent: illi iuſte ſe poſſunt ſubmittere illi alteri in his que non ſunt contra legem nature vel dei. Modo ſtat quod aliqui melius poſſint regi et defenſari per alium quam per ſe. igitur tales poſſunt iuſte ſe ſubmittere. igitur etiam alius iuſte poterit eis dñari. et per conſequens iuſte conuenire poterit ſibi poteſtas politica.

## Quinta ſuppoſitio

Poteſtas politica duplici modo reperitur. quia aliquando reſidet in vna perſona vt poteſtas ſuper regnum francie reſidet in vna perſona. ſcz regis. Aliquando vero reſidet in vna tota cõmunitate vt in quibuſdam ciuitatibus italie vbi cõmunitas vel ſenatus ciuitatis principatur ſuper ceteros incolas ciuitatis illius. Et ſi primo modo reperitur: hoc contingit dupliciter. quia aliquando illa poteſtas cõuenit ſibi pro ſe et ſuis heredibus: eo quod hij qui primum in eum conſenſerunt pro ſe et ſuis conſenſerunt tam in eum quam in eius poſteros. Aliquando vero tantum conuenit ſibi pro ſe: adeo quod eo ſublato libere poſſunt ſe alteri ſubmittere quem elegerint vt fit hodie in imperatore romanorum.

## Prima concluſio

Licet videri poſſet alicui quod cum res eſſent primum omnibus cõmunes non potuerit poſtmodum humano genere lapſo: fieri per legem poſitiuam iuſto modo earum diſtinctio et appropriatio. tamen oppoſitum eſt verum. Prima pars probatur propter tale argumentum. Nam diceret aliquis. lapſo humano genere adhuc natura omnes homines equales genuerat. et per conſequens nullus habebat poteſtatem in alios. Modo nullo habente poteſtatem ſuper alios: non potuit iuſte fieri appropriatio lege alicuius hominis cum illa lex nõ potuerit iuſte ſuper eos ferri per nõ habentem poteſtatem. et per cõſequens quãdo fuit appropriatio facta et aliqui fuerunt priuati illis rebus quarum tamen prius habuerãt dñium: nõ potuit id fieri iuſte. Secũda pars probatur dupliciter. Primo ſoluendo argumentum. Nam antecedens eſt falſum ſi equalitas illa excludat omnẽ poteſtatem vnius ſuper alium. Nam natura genuerat filium inequalem patri in poteſtate. quia genuit eum naturaliter ſubiectum patri. Secũdo ad idem antecedens dicendum quod quamuis natura genuerat omnes homines equales: propter equalitas excludit poteſtatẽ politicam et ſubiectionem politicam. quia illa poteſtas et ſubiectio non eſt a natura. Attamen nihilominus ex volũtaria ſubiectione qua homines ſe ſubdiderũt alterius poteſtati: facta eſt inequalitas vt vnus habeat poteſtatem talem ſuper alios. Secũdo probatur ſecunda pars concluſionis ſic. quia etiam ſi nullus habuiſſet poteſtatẽ ſuper alium: adhuc potuiſſent res humana volitione fuiſſe hincinde diſtincte et appropriate. Probatur. quia homines quibus res fuiſſent cõmunes: potuiſſent cõmuni conſenſu eas diſtinxiſſe et appropriaſſe. et tũc nulla iniuſticia nec iniuria nec preiudiciũ fuiſſet alicui factum. quia volenti nõ fit iniuria.

## Secũda concluſio

Modus quo per legem poſitiuam eſt facta diſtinctio dominiorum potuit eſſe triplex. Probatur. Nam illa diſtinctio potuit eſſe facta per aliquod completum dictatum: aut ab habente poteſtatem paternam: aut ab habente poteſtatem politicã aut per dictatum de cõmuni conſenſu hominũ: ſine dictatiõe alicuius alterius habentis poteſtatem ſuper ipſos. quodlibet autem taliter dictatum: poteſt dici lex poſitiua. igitur. Maior declaratur exemplariter inductiue. Primo. Nam potuit eſſe quod adam cum haberet filios poſt lapſum diuiſerit filijs ſuis terram: dictans et volens quod hec eſſet illius et alia alterius. Similiter idem potuit Noe poſt diluuium facere cum terra eſſet tota ſua et ſuorum filiorum. et tale dictatum fuit vtique lex iuſta: quia lata ab habente poteſtatem ſuper illos quibus dedit eam legem et ſimiliter ab habẽte prudentiam. Similiter et ſecũdo potuit eſſe: quod ſi non eſſet vlla diuiſio facta per patres filijs: illis creſcentibus et multiplicatis: ſubmiſiſſent ſe homines alicui alteri a patre ſuo tanquam rectori et defenſori ſuo et principi vel cõmunitati principanti: et tunc ille dictaſſet quemadmodũ hec pars

deberet fore illius: alia alterius ⁊ illud cõpletum dictatum potuiſſet fuiſſe lex iuſta vt patet ex dictis. ¶ Et ſi diuiſio eſt facta per patres vel per principantem politice nõ tamen per aliquod dictatum predicto mõ: ſcꝫ ꝙ hec pars deberet eſſe illius alia alterius. potuit tamẽ eſſe facta ꝑ aliquod aliud completum dictatum ſcꝫ per tale. Quicũqꝫ occupauerit prius aliquã rem que in nullius eſt dñio: habeat eandẽ in proprietatem ſm quã legem fuit cõmuniter diſtinctio facta. ⁊ illud dictatũ poteſt dici lex poſitiua: vt patuit in ſolutione q̃rti argumenti in cõcluſione tertia: queſtionis decime. Similiter ⁊ tertio ſi nec ꝑ habentem paternam: nec per habentem politicam poteſtatem facta eſt diſtinctio: potuit tamen eſſe facta per cõmunẽ conſenſum hominũ. hoc inquam modo facta eſt diſtinctio per Abraam ⁊ Loth Geneſis xiij. quando Abraam dixit ad Loth. Ecce vniuerſa terra coram te eſt. ſi ad ſiniſtrã ieris: ego dexteram tenebo. ſi tu dexteram elegeris: ego ad ſiniſtram ꝑgam.

Queſtio. XII.

## Vtrũ deſcriptiones

vſus ⁊ vſufructus ſint bone quibus dicitur. Vſus eſt ius vtendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia. Vſufructus autẽ eſt ius vtendi ⁊ fruendi rebꝫ alienis: ſalua rerum ſubſtantia. Solutio queſtionis ſtat in octo ſuppoſitionibus: ⁊ duabꝫ concluſionibus: ⁊ ſex argumentoꝝ ſolutionibꝫ. ꝓme quattuor ſuppoſitiones ſunt ꝓambule ad primã concluſionẽ: alie quattuor ad ſecũdam concluſionem.

## Prima ſuppoſitio

Vſus capitur dupliciter. Vno modo ꝓ actu vtendi. ⁊ ſic actualis equitatio equi: actualis inhabitatio domus: actualis comeſtio panis dicit̃ vſus: ⁊ illo modo vſus eſt res ſucceſſiua: nec hoc modo capit̃ vt eſt hic diffinitum: ſed hoc modo capitur hic: quando diffinit. id eſt quando ponit̃ in diffinitione vſus ⁊ vſufructus. ⁊ vſus talis dicitur vſus facti: put ſcꝫ factum diſtinguitur contra ius. id eſt accipitur pro vſu qui eſt actus vel factum quoddaꝫ. nõ autẽ eſt ius actum agendi licet poſſit procedere ex illo iure. Alio modo capitur ꝓut. id eſt qꝺ ius exercẽdi vſum ꝓmo modo captum. ⁊ illud ius diſtinguit̃ ab actu vtendi: quia vnum poteſt eſſe ſine altero. Nam cum quis nõ vtitur aliqua re: cuiꝰ tamen vſus eſt ſibi conceſſus: nihilominus habꝫ ius vtendi ea. ⁊ hoc ſecũdo modo vſus eſt res permanens. ⁊ eſt formaliter quedam relatio: ſicut ⁊ ius eſt relatio: capiendo ius vt captum fuit in ꝓma queſtione: quo mõ eſt genus ad vſum ⁊ vſufructum. ⁊ hoc modo capitur hic quãdo diffinitur.

## Secũda ſuppoſitio.

Capiendo vſuꝫ ſecũdo mo: capit̃ adhuc dupliciter. Vno modo acceptiõe iuridica ſm quã ex ſui ratione ꝓſcindit ⁊ excludit ꝓprietatẽ a ſuo ſubiecto. ita ꝙ vſus id eſt ius vtendi aliqua re nõ compatitur ſecum ꝓprietatem ⁊ dñium perfectum ſuꝑ eandem rem in eodem ſubiecto. ⁊ hoc modo accipiunt vſum dñi legiſte. qꝛ ſm eos nullus dicitur hẽ vſum alicuius rei: niſi illa res ſit aliena: ſic ꝙ ꝓprietas ⁊ dñiũ ad alium ſpectent: ⁊ ratio eſt: quia ipſi accipiunt vſum ꝓut ſibi correſpondet ſeruitus tanqꝫ correlatio correſpondens relationi ſic ꝙ ex hoc ꝙ quis habet vſum alterius rei: correſpondet ſibi in illo ſeruitus quedam qua illa res ſibi ſeruit. ſm eos autẽ ſua res nemini ſeruit. capiendo ſeruitutẽ eo modo quo ipſi accipiunt. ⁊ hoc modo capitur quando hic diffinitur. Alio modo nõ ita ſtricta acceptione qualis eſt illa iuridica acceptio in doctrina legali vſitata: ſed largiori ſm quã nõ excludit ꝓprietatem ſeu dñium ꝓdicto mõ: imo ipm cõpatit̃. Nam ſi q̃s habeat ꝓprietateꝫ ⁊ ꝑfectum dñium alicuius rei: dicimus eũ hẽre ius vtendi illa re ſua: ⁊ ita habere vſuꝫ captũ ꝓ iure vtendi: imo videt̃ ꝙ etiam dñi legiſte ponũt aliquem vſum in eo qui habet ꝓprietatem rei loquendo de vſu cauſali. Nam licet formalis vſus preſcindat a ꝓprietate: nõ tamen cauſalis. Probat̃ aſſũptum. Nam vt patebit ipſi ponũt aliquẽ

vſufructum non pſcindentem a ꝓprietate quem vocant vſufructum cauſalē qui eſt realiter ipſa ꝓprietas vel dominiū directū ſimiliter aliquem vſufructum formalem preſcindentem a ꝓprietate: vt patebit in ſexta ſuppoſitione. igitur eadem ratione habent ponere duplicem vſum cum omnino ſit eadem ratio ponendi vtrunq;: vt patet intuenti rōnem ponendi.

## Tertia ſuppoſitio.

Res quibus contingit homines vti: ſūt duplices. quedam ſunt quarum actualis vſus nō eſt earū conſumptio: vt domus: equus: ager. Nam poſtq̄ꝫ quis ē vſus domo: equo: agro: vel ſecuri: nōdum eſt res conſumpta. ſed adhuc manet: q̄uis diuturnus vſus illarum rerum diſponat tandem ad conſumptionem. Alie vero ſunt res quarū actualis vſus eſt earundem cōſumptio vel cōiunctam habet ſtatim conſumptionem. Exemplū. ſicut ſunt res comeſtibiles ꝛ potabiles. Nam vſus earuꝫ eſt earūdem comeſtio ꝛ bibitio. modo tales res comedere ꝛ bibere eſt eaſdem conſumere. vel habet earum conſumptioneꝫ ſtatim annexam. quia eis comeſtis ꝛ bibitis ſequitur earūdem corruptio ꝛ tranſitus in aliam ſubſtantiā. Similiter eſt de pecunia. Nam vſus naturalis ꝛ ꝑ ſe ipſius pecunie eſt eiuſdem diſtractio. eſt eniꝫ finaliter adinuenta: vt ſit medium quo fiant cōmutationes rerum humano vſui neceſſariarū: ꝛ ita finis eius eſt vt transferatur de vno in alium: que tranſlatio eſt diſtractio. hec autem eius diſtractio ē pecunie conſumptio: nō quidem eſſentialis vel ſubſtātialis. cum ipſa ī materia ꝛ forma permaneat longo tempore quantūcūq̄ꝫ diſtrahatur per multos: ſed eſt eius cōſumptio quo ad habentem qui cum eam diſtrahat eam conſumit quo ad ſe. quia amplius non retinet eius dn̄ium. Et dixi notanter eius vſus naturalis ꝛ per ſe eſt eius diſtractio. Nam eius vſus accidentaliter ſibi cōueniens ad quē nō fuit inuēta: poteſt eſſe aliud quid q̄ꝫ diſtractio: puta ſi quis ad oſtentationem ꝛ pompā vel gloriam exhibet eam oculis hominū: coram illis eam contrectando ſine eius diſtractione: vtitur quidem illa pecunia ſine eius cōſumptione: ſed talis contrectatio nō eſt eius vſus per ſe in quem finaliter eſt adinuenta.

## Quarta ſuppoſitio.

Capiendo vſum pro iure vtendi etiā in legali acceptione adhuc accipitur dupliciter. Uno modo ꝓprie: vt ſic ad vſum requirit̄ ꝙ res reſpectu cuius quis habet talem vſum: nō conſumat̄ per eius actualem vſum: ſaltem ſtatim. ſic ꝙ eius vſus actualis ſit eius conſumptio vel annexā habeat conſumptionem de ꝓximo. Alio modo generalius: vt etiam ſe extendit ad impropriam acceptionem. quo mō etiaꝫ ius vtendi re cuius vſus eſt eius conſumptio dicitur vſus.

## Prima concluſio

Deſcriptio vſus eſt bona ſaluis trib' circumſtantijs. Prima ſcilicet ꝙ capiatur vſus ꝓ iure vtendi: vt in p̄ma ſuppoſitione. Secūda ꝙ capiatur ꝓ tali iure ꝓ quali ipſum accipiunt dn̄i legiſte: vt in ſecunda ſuppoſitione. Tertia ꝙ capiatur ꝓprie: vt in quarta ſuppoſitiōe. Probatur. quia cōuenit omni contento ſub diffinito: ꝛ facit diffinitum differre a quolibet alio. ꝛ ſic ď alijs conditionibus. Cum em̄ p̄mo dicit̄ eſt ius ponit̄ eius genus. Jus em̄ ē gen' ad vſum vſufructum ꝛ ꝓprietatem: vt patuit in queſtione ſexta: ꝛ latius patebit q̄ſtione ſequenti. ꝛ per illud genus excluditur vſus captus ꝓ actu vtendi. Secūdo dicit̄ vtendi. Tertio dicitur rebus: in quibus duabus clauſulis tāgitur duplex terminus diffiniti. cum em̄ diffinitum ſit relatio. quia eſt formaliter ius: ius autē eſt relatio: congruebat diffinitū deſcribere ꝑ ſuum terminū. Jlle autem (loquendo de ꝓximo termino) eſt actualis vſus: ſed res circa quā talis actualis vſus exercetur: eſt terminus eius remotus. vnde eo ipſo ꝙ quis habet vſum. id eſt ius vtendi aliqua re habet habitudinem que terminat̄ ad rē illam vt ad terminū remotū: ꝛ ad actualē vſum tanq̄ꝫ ad ꝓpinquū. Unde in hoc qď dicitur vtendi excluditur ius quod habꝫ

creditor in pignore, talem enim eius ius nõ eſt ius vtendi pignore. immo ſi eo vtitur cõmittit furtum niſi crederet dñium permiſſurũ ſed eſt ius illud detinẽdi. Quarto dicitur alienis. quia predicto modo capiendo nullus habet vſum rei ꝓprie: quia vſui ꝑdicto modo capto correſpondet ꝓ correlatione ꝑnitus ipſius rei: ita ꝙ ſicut habens vſum habet ius reſpectu rei: ſaltem quo ad actum vtendi exercendum circa eam: ſic econtra rei tali ineſt ſeruitus correſpondens ꝑdicto vſui. Modo ſm dños legiſtas nulli res ſua ſeruit. Unde ſm eos in rebus reperitur duplex ſeruit9 ſcꝫ ꝑſonalis ⁊ realis. Perſonalis eſt quãdo res ſeruit rei animate puta homini: vt cum habeo ius tranſeundi per agrum vel ortuꝫ tuũ: ortus tuus ſeruit mihi. Realis autẽ eſt quãdo res inanimata ſeruit rei inanimate: vt ager agro: ꝑdiũ ꝑdio. Quinto dicit̃ ſalua rerũ ſubſtantia: quia vſus vt hic capit̃ eſt ius vtendi rebus quarum actualis vſus nõ eſt eaꝝ conſumptio. ⁊ ꝓ ꝯſequens oportet ꝙ ſit ius eis vtendi: ſalua eaꝝ ſubſtantia. Dictum eſt notanter in concluſione ſaluis tribus circumſtantijs. quia ſecus accipiendo ꝙ̃ ille circũſtãtie ſonent: diffinitio nõ eſſꝫ bona: vt probant quattuor ſequentia argumenta.

## Primo arguitur

Illa diffinitio nõ conuenit actuali equitationi equi: que tamen etiam eſt vſus: igitur. Reſpõdetur nõ eſt vſus vt hic capit̃ ſm ꝑmã circũſtantiam ſcilicet pro iure.

**Secũdo** arguitur. Illa diffinitio nõ conuenit iuri vtendi re ꝓpria: qđ tamen ius etiam eſt vſus. igitur. Reſpondetur nõ eſt vſus eo modo de quo dicit ſecũda circũſtantia: ⁊ vt legiſte capiunt

**Tertio** arguitur. Illa diffinitio non conuenit iuri comedendi ⁊ bibendi res comeſtibiles et potabiles: quia illud ius nõ eſt ius vtendi illis: ſalua earũ ſubſtantia. ⁊ tamen ius eis vtendi eſt vſus. Reſpõdet̃ nõ eſt vſus quo mõ legiſte accipiũt: vt hic diffinitur.

**Quarto** arguitur. Uſus pecũie nõ eſt vſus: vt hic diffinitur: ⁊ tamẽ diffinitio iam poſita ſibi cõuenit: igit̃ diffinitio conuenit alteri a diffinito. Maior ꝓbat̃. quia vſus vt hic diffinitur: tñ conuenit circa res quaꝝ vſus nõ eſt earum conſumptio. Uſus autẽ pecunie eſt eius cõſumptio. igitur. Minor ꝓbatur. Si habeã ius pecunias tuas contrectandi in oculis hoĩm ad pompam vł oſtentationem: eo ꝙ eas mihi locaſti. iam habeo ius vtendi reb9 illis alienis ſalua rerũ illarum ſubſtantia. Dicendũ maior eſt vera de naturali vſu pecunie ad quem eſt per ſe ordinata que eſt diſtractio. ⁊ de tali vſu minor eſt falſa: quia tali conuenit diffinitio ꝑdicta. Nam talis vſus eſt e9 conſumptio. Si aũt loquimur de actuali vſu pecunie: maior eſt falſa: ⁊ minor vera. Sed ꝓ ſecũda concluſione ponenda ſequunt̃ alie quattuor ſuppoſitiões. eſt ꝙ̃

## Quinta ſuppoſitio.

ſicut vſus fuit acceptus dupliciter: vt in ꝑma ſuppoſitione: ita etiaꝫ vſuſfructus. Nam ꝑmo capitur ꝓ actu vtendi ⁊ fruendi reb9. ⁊ ſic capitur quãdo ponit̃ in diffinitione. Alio modo ꝓ iure vtendi ⁊ fruendi. ⁊ ſic capitur quando ponit̃ ꝓ diffinito.

## Sexta ſuppoſitio.

Sicut vſus captus ꝓ iure vtendi fuit acceptus dupliciter: vt in ſecũda ſuppoſitione: ita etiam vſuſfructus. Nam aliquãdo capitur ꝓut preſcindit a ꝓprietate. ⁊ ſic nullus habet vſufructum alicuius rei cuius ipſe idem habet ꝓprietatem. ſed oportet ꝙ ꝓprietas illius rei ſit alterius. Unde ſm dños iuriſtas ſi habeo vſufructum alicuius rei: vt viridarij: ſi poſtea perueniat ꝓprietas eiuſdem rei ſcꝫ viridarij ad me: expirat vſufructus. ⁊ hoc modo capitur hic ⁊ ille vſufructus vocatur formalis ⁊ aliquando dicit̃ pars dñij: eo ꝙ vſufructuarius loco dñi habeatur. quia fructus ei tã ꝙ̃ dño acquirunt̃: ſed in veritate non eſt pars dominij ſm Hoſtienſem. Alio modo prout nõ preſcindit a proprietate. quo modo diceremus (etiam ſm dominos iuriſtas) habentem ꝓprietatem alicuius rei

etiam habere vſufructum eiuſdem. quia poteſt eadem vti ⁊ etiam frui: ⁊ ille ab eis dicitur cauſalis. quod intelligi poteſt ſic. quia habens ꝓprietatem alicuius rei: habet eo ipſo etiam virtualiter vſufructum quia poteſt ratione ꝓprietatꝫ eius transfūdere in alterū ius vtendi ⁊ fruendi illa re.

## Septima ſuppoſitio.

Ex hic nō capiuntur actus vtendi ⁊ fruendi illo modo quo in primo ſententiarū. diſtin. prima capiunẗ quomō ſunt actus voluntatis eliciti quibus voluntas amando inheret alicui rei ſcilicet vel ꝓpter alterum qualis eſt actus vtendi: vel ꝓpter ſe: qualis eſt fruitio. Alioqn nullus homo diceretur habere ius fruendi quacūq; creatura. quia nullus homo habet ius diligendi aliquā creaturā ꝓpter ſemet ipſam cum perverſiſſimū ſit frui creaturis ſic capiendo frui. ⁊ ꝑ conſequens nullus habet ius id agendi. ſed capiunẗ hic pro actibus etiam exterioribus qui nati ſunt exerceri circa aliquas res. ⁊ illo modo actus vtendi ⁊ fruendi differunt. quia tūc dicitur quis in ꝓpoſito poſſe vti aliqua re quando actum natum exerceri circa eam exercere poteſt dūtaxat in ſui vtilitatē. ſeu vtilitatem illius rei in ſe ſolum cōuertere. Sed tunc dicitur frui eadem quando nō ſolū illum actum exercere poteſt circa eam in ſui vtilitatem: ſed etiam poteſt vtilitates eiuſdem cōuertere in alterum. exempla autem poſtea patebunt de ſup.

## Octaua ſuppoſitio.

Sicut vſus captus ꝓ iure vtendi etiam pſcindente a ꝓprietate fuit captus dupliciẗ: vt in q̄rta ſuppoſitione: ita etiā vſufructus captus ꝓ iure vtendi ⁊ fruendi etiam preſcindēte a ꝓprietate. Nam capitur aliquādo ꝓprie. ⁊ ſic nō conſiſtit niſi in rebus quarum vſus nō eſt earundem conſumptio. ⁊ ille vſufructus vocatur verus ⁊ de illo hic loquimur. vnde conſtituitur in fundo ruſtico ⁊ vrbano in edibus ⁊ ſeruis ⁊ iumentis ⁊ ceteris rebus etiam ſterilibus. Alio modo improprie. put etiam ius vtendi ⁊ fruendi rebus quarū vſus ē earum conſumptio dicatur vſufructus. ⁊ ſic nō capitur hic. ⁊ ille diciẗ quaſi verus Unde vtilitatis cauſa receptū eſt vt etiam in his que vſu conſumūtur conſtitui poſſit vſufructus quaſi verus: vt in pecunia: vino: oleo: frumento: ⁊ in ſimilibus.

## Secūda cōcluſio

Deſcriptio vſufructus eſt etiam bona ſi ſaluentur tres circumſtantie. Prima. ꝙ capiatur hic vſufructus ꝑ iure: vt in q̄nta ſuppoſitione. Secūda. ꝙ capiatur ꝑ tali ꝓ quali dn̄i legiſte ipm̄ accipiunt vt in ſexta ſuppoſitione. Tertia ꝙ capiatur ꝓprie vt in octaua ſuppoſitiōe. Probatur. quia cōuenit omni contento ⁊c. vt ſupra. Cum enī dicatur primo. eſt ius: ponitur eius genus. vt ſupra. ⁊ in hoc ꝙ vltra vtendi ponitur etiam fruendi. diſtinguitur vſufructus ab vſu. quia vſus ex ſui ratione non hꝫ in ſe ꝙ ſit ius fruendi. ſed vſufructus ex ſui ratione habet ꝙ ſit tam ius vtēdi q̄ȝ fruendi rebus quarū quis habet vſufructum. Et hec differentia vſus ⁊ vſufructꝰ declaratur tribus exemplis. Primum ſi tm̄ vſus viridarij ſit tibi relictus: roſas ⁊ flores viridarij poteris carpere ad vſum tuū: ſꝫ alteri nō poteris vendere aut donare. Sed ſi vſufructus ſit tibi relictus: poteris roſas ⁊ flores alteri donare vendere ⁊ etiam ad vſum tuū retinere. Secūdū ſi in aliquo orto ſit tibi legatus tm̄ vſus: poteris quidem vti oleribus orti ad tuū vſum quotidianum: non autem vltra q̄ȝ tibi neceſſariuꝫ ſit capere nec alteri de oleribus illius orti vendere vel donare. ſed ſi quis tibi conceſſit vſufructum orti: poteris vti illis oleribus ꝓ te ⁊ etiam alijs vendere ⁊ donare. Tertium exemplum Si tibi conceſſi vſum gregis mei: poteris quidem grege meo vti ad ſtercorizandum tm̄: ſic ꝙ nō poteris capere lac: lanā vel fetum gregis: imo nec poteris ſtercorizare niſi agrum tuum. Sed ſi tibi conceſſi vſufructum gregis mei: poteris non ſolū ſtercorizare agrum tuū: ſed etiaꝫ alterius ⁊ nō tm̄ ſtercorizare: ſed etiam capere lanam: lac gregis mei: ⁊ nō tm̄ ꝓ te ſed etiam alteri illa vendere vel donare et non

tm̄ lac ⁊ lanam: ſed etiam fetum gregis, quia in iumentis ⁊ pecudibus ⁊ generaliter in quolibet animali irrationali fetus computat̄ in fructum. ſecus autem in animali rationali: puta in ancillis. Nam fetus vel partus ancille nō pertinet ad vſufructuariū: adeo ꝙ ſi tibi conceſſit vſufructum ancille: nō ob id poteris partū eius capere: ſiue ꝓ te ſiue illum alteri donando vel vendendo: licet poſſis operas ancille cōuertere in tuam vtilitatem atq; alijs illas operas concedere locando. Et ratio diuerſitatis eſt inter animalia rationalia ⁊ irrationalia, quia natura extimauit abſurdum ꝙ homo deberet eſſe in fructu id eſt computari ꝓ fructu. vl' dici fructus cum natura omnes fructus gratia hominis comparauit. hec tamen ratio nō militaret apȯ theologos cum etiam chriſtus dicatur fructus ventris beate virginis.

Tertio dicit̄ alienis, quia nullus habet vſufructū rei ꝓprie: vt hic capitur: vt patz ex dictis in ꝑma concluſione. Quarto dicit̄ ſalua rerū ſubſtantia, quia in rebus vſu conſumptibilibus nunq̄ȝ conſtituit̄ vſufructus ꝓprie captus: nec debet illa vltima clauſula ſic intelligi: ſalua rerū ſubſtantia, id eſt preſtita cautione de ſaluanda ſubſtantia: quaſi cautio ſit de ratione ⁊ deſcriptione vſufructus, quia nō eſt de ratione vel quiditate vſufructus ꝙ preſtetur cautio. Sed ſic debet exponi ſm̄ Hoſtieñ. id eſt dūmodo nō pereat ſubſtantia quaſi diceret. ita debet vti ⁊ frui ꝙ nō conſumat ſubſtātiam rei. vel ſi hoc nō placet exponat̄ ſic. ſalua ⁊c. id eſt vſufructus conſiſtit in rebus quarū vſus non eſt earum conſumptio. Et ſi queras. vbi eſt ſubiectiue illa entitas que vocatur vſufructus Reſpondetur eſt in ipſo homine vſufructuario. nam eſt in illo quod denoīatur ꝑ eam: ſicut relatio eſt in ſuo fundamēto vl' ſubiecto. Et ſi dicatur vſufructus eſt ius in corpore quo ſublato etiaȝ ipm̄ tolli neceſſe eſt: vt. ff. eo. l. j. ⁊ inſtitu. eo. in ꝑnci. ⁊ per corpus intelligit res ipſa cuius vl' circa quā quis habet vſufructum. Reſpondetur. non debet intelligi ꝙ ſit formaliter ⁊ inheſiue in tali re, quia tunc eſſet in duobus ſubiectis, quia iā ꝓbatum eſt ꝙ ſit in vſufructuario. Iteȝ nō denoīat ipſam rē circa quam vſufructus habetur. igitur.

Contra iſtam deſcriptionem arguitur tm̄ dupliciter q̄uis obijci poſſet ↄſimilibus argumentis illis quibus obiectum fuit contra diffinitionem vſus: quoꝝ ſolutiones etiam ſimiliter paterēt ex ſuppoſitionibus.

## Primo arguitur

ſic. Ex deſcriptione vſufructus ſequitur ꝙ vſus poſſet vniuerſaliter predicari de vſufructu: vt illa ſit vera. oīs vſufruct⁹ eſt vſus, quia deſcriptio vſus poteſt vniuerſaliter predicari de deſcriptiōe vſufructus. Nam illa eſt vera. omne ius vtendi ⁊ fruendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia eſt ius vtendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia. conſequens autē eſt incōueniens: quia vſus ⁊ vſufructus diſtinguunt̄ ⁊ differūt. Dicendum ꝙ vſus etiam captus vt ꝑus deſcriptus eſt capit̄ vel conſideratur dupliciter. Uno modo ſine p̄ciſione vel excluſione fructus. ⁊ ſic ſpē ⁊ vniuerſal'r p̄dicatur de vſufructu: vt probat argumentum: nec hoc modo capiendo vſum differt vſus ab vſufructu: vt ſpecies a ſpecie: vel diſperatuȝ a diſperato: ſed tm̄ vt genus a ſua ſpecie. qꝛ tunc vſus eſt genus ad vſufructum: ſicut animal ad hominē: vnde tunc vſufructus includit vſum ſicut homo includit animal. ideo omnis habens vſufructuȝ alicuius rei. habet etiā vſum eiuſdem. Et huic cōcordat quod dicunt dn̄i iuriſte dicentes. Si alicui legat̄ vſufructus deducto vſu: nihil valet legatuȝ. quia verba repugnātia reperiunt̄ in legato. Iſta autem repugnantia non eſt ex alio niſi qꝛ de neceſſitate ſequitur. Ille habet vſufructum: ergo habet vſum. veruntamen (ſicut ipſi dicunt) ſi aliquis ſimpliciter legauit vſufructum: ⁊ poſtea ademit vſum: valet legatū quia habuit bonū initium: ſed tamen ademptio dicitur nulla. Alio modo conſideratur vel capitur cum excluſione ſeu preciſione fructus: ita ꝙ vſus eſt tm̄ vſus id eſt eſt ius tm̄ vtendi reb⁹ ⁊c. ⁊ ſic diſtinguitur ab vſufructu adeo: ꝙ vnum non vere p̄dicatur de alio: quia ſi tunc diceret̄

vſufructus eſt vſus: ſenſus eēt. vſufructus eſt tm̄ vſus. id eſt. eſt ius tm̄ vtendi ꝛ ꝑ conſequens non fruendi. ꝛ ſic vſufructus non eſſet vſufructus quod implicat. ſicut ſi aīal caperetur pro illo quod tm̄ habet animaꝫ ſenſitiuam: non vere diceretur de homine nec ecōtra homo de animali. Et vſus hoc modo captus vocatur a dn̄is iuriſtis vſuſ nudus: nō per denudationem a iure vtendi ſed ꝑ denudationē a iure fruendi.

## Secūdo arguitur

Illa deſcriptio conuenit dn̄io vtili: ſed dominiū vtile diſtinguitur ab vſufructu. igiť conuenit alteri a diffinito. Maioꝛ ꝓbatur. quia dn̄ium vtile eſt ius vtendi ꝛ fruendi alienis rebus. ſalua earum ſubſtātia. Probatur exemplariter per ſingulas clauſulas Nam dicimus emphiteotam habere dominiū vtile illius terrule quam accepit in emphiteoſim: ꝛ ideo ꝙ habet eius dn̄ium vtile habet ius vtendi illa terrula atqꝫ fruendi. quia fructus eiuſdem terrule poteſt capere in ſui vtilitatem ꝛ cum hoc eoſdem ꝓut voluerit diſtrahere vendendo vel donando. Item etiam terrula talis eſt dicenda res aliena reſpectu ipſius: quia non eſt ſua per ꝓprietatem: quia tunc haberet dn̄ium directum eiuſdem: qd̓ ē falſum. quia illud manet apud dn̄m. Similiter illa terrula ſalua manet in ſubſtantia quando ea vtitur vel fruitur. Minoꝛ autem probatur. qꝛ nemo dicit vſufructuarium eſſe dn̄m rei cuius habet vſufructum. ꝛ tamen ſi eſſet ideꝫ cum dn̄io vtili: ipſe diceretur etiam dominus rei. Item qui eſt dn̄s vel habet dn̄iuꝫ rei poteſt eandem rem in ſubſtantia vendere ꝛ diſtrahere. Modo vſufructuarius nūꝗ̄ poteſt rem ipſam in ſubſtantia vendere vel donare. licet fructus eius poſſit vendere. immo etiam vſufructuarius non poteſt vendere ius ſuum ſcilicet ipſum vſufructū ſm̄ Hoſtieñ. Dicendum ad hoc argumētum per duas ſolutiones. Prima eſt. negādo preſuppoſitum ꝙ ſit aliquod dn̄ium vtile in rerum natura. vnde non debet dici ꝙ emphiteota vel vaſallus habeat dominiū vtile in re emphiteotica vel feudali: ꝛ ſic nō conuenit diffinitio alteri a diffinito. Attecedens videtur fuiſſe illius quem Hoſtienſis vocat ſuum dn̄m. Nam Hoſtienſis in ſumma in titulo de feudis in capitulo qd̓ ius acquiratur vaſallo: mouet inter alia talem queſtioneꝫ. vtrum vaſallus habeat dominiū in re: ſaltem dn̄ium vtile. ꝛ arguit ibi ꝙ ſic: poſtea in cōtrariū. tandem nō ſoluēdo argumenta pro vel contra: dicit. Quicquid tamē ſuperius allegatum ſit: ſatis videtur poſſe dici ꝙ habeat vtile dn̄iuꝫ. ꝛ addit dicens. Sed dn̄s meus dicit ꝙ vtile dominiū eſt chimera. Hec ille. Nec valet argumentuꝫ: vaſallus habet vtilem actionem ꝛ tanꝗ̄ dn̄s poſſet rem quaſi vendicare. igitur habet vtile dominiū. Datur enim inſtantia in eo cui datur publiciana. ꝛ tamen tali nec directum nec vtile dominium cōuenit. vide ibidem. hec de prima ſolutione. Ne tamen recedať a modo loquendi cōmuni ponentiū aliquod dn̄ium eſſe vtile tm̄: diſtinctum a directo ꝛ etiam ab vſufructu: poſſet poni ſecūda ſolutio per quaꝫ poſſet etiam dictum illius ꝑme ſolutionis habere veritatem: ꝛ cum hoc dici ꝙ eſſet aliqua diſtinctio dn̄ij vtilis ab vſufructu. Diceretť ergo ſic. ꝙ ſi dn̄ium vtile dicat aliquod ius qd̓ intrinſece ſit aliqd̓ aliud ius ꝗ̄ ſit vſufructus: ſicut dicit quid aliud a dominio directo ſeu ꝓprietate: tunc dominiū vtile nihil eſt. quia vtiqꝫ non apparet ꝙ illi de quibus dicere ſolemus ꝙ habeant non preciſe vſufructum: imo habeant vtile dominiū: puta emphiteota ꝛ vaſallus habeant aliquod ius quod intrinſece ſit ꝛ quiditatiue aliud ius ꝗ̄ haberent ſi eſſent vſufructuarij. Habēt em̄ ius vtendi ꝛ fruendi re emphiteotica ꝛ feudali ꝛ nō plus. quia nō ꝓprietateꝫ. ꝛ hoc idem intrinſece ꝛ non amplius (quantū eſt de intrinſeca ratione) haberent ſi eſſent tm̄ vſufructuarij in illis rebus. Si igitur dn̄ium vtile debet eſſe aliquid: tunc illud dominiū eſt improprie dictum dn̄ium: ita ꝙ intrinſece nihil eſt vltra vſufructum. ſed in extrinſecis circūſtantijs bene diſtinguiť ab vſufructu. Hee autem circumſtantie multe ſunt ſm̄ ꝙ dominiuꝫ vtile multipliciter reperitur ꝛ diuerſis modis in vaſallis ꝛ etiā in emphiteotis. Una autem circūſtantia diuerſificans eſt. Nam tunc illud ius dꝛ ꝓprie loq̄ndo dn̄ium vtile

quando habens ipſum poteſt non tm̄ vendere fructum illius rei ⁊ diſtrahere, ſed etiam ipſum ius poteſt vendere quomō reperitur in emphiteota ⁊ vaſallo: ſed quando nō poteſt illud vendere ſed ſolum fructus tunc retinet ſibi nomen cōmune ſcꝫ vſufructus. Item dñium vtile eſt diuturnius vſufructu. vnde in locatione longi tp̄is trāſfertur dñium vtile in ꝯductorē. ſecus in locatione modici tēpis, ꝑut vult panoꝛ. in. c. ex lrīs. de iurepatronatus. ſed illa nō arguūt diſtinctionē intrinſecā ſpecificā ſicut albedo diuturna nō diſtinguit̄ ſpecie ab albedine vnius diei. Aliqn̄ etiam ꝑ talēꝫ circūſtātiam extrinſecam diſtinguit̄. quia habens vnle dñium habꝫ illud perpetuo vt in emphiteota ⁊ vaſallo. vſufructuarius aūt ad tempus: ſed nec hec extrinſeca circūſtantia diſtinguit vniuerſaliter quia etiam poſſunt ambo illa iura eſſe tp̄alia ⁊ ambo etiam extendi ad heredes ⁊ eſſe perpetua: qꝛ vſufructus acquirit̄ ex ꝯceſſione aliqn̄ tēpali aliqn̄ ꝑpetua, ſic etiā emphiteoticū ius aliqn̄ acquirit̄ tp̄ali conceſſione aliqn̄ perpetua. Et ꝑ hoc ſolueret̄ argumentū. Dicendum em̄ ꝙ nō eſt incōueniens ꝙ cōueniat dñio vtili: quia illud eſt intrinſece idem cū vſufructu licꝫ extrinſece diſtinguat̄ ab eo. deſcriptiones aūt dant̄ ſm̄ intrinſeca. Item ꝙ dñium vtile quale dicit̄ vaſallus habere nihil iuris addit vltra vſufructū: quantuꝫ eſt de intrinſeca rōne vſufructus. Poſſet etiā phicum ⁊ methaphiſicū argumentum ad idē adduci: ꝙ tā dñiū vtile ꝙ̄ vſufruct⁹ nō ſunt niſi relatiōes q̄dā fundate in hoīe in ordine ad aliquā rē vtilē. mō ille relationes hn̄t idē fundamentū ⁊ eundē terminū. igit̄ etiam ipſe relationes ſunt eedem. quia ex extremis ſolemus arguere diſtinctioneꝫ ⁊ identitatem relationū. Hoc tamen argumētuꝫ poſſet pati inſtantiam. qꝛ aliquādo inter eadem extrema reperiunt̄ diſtincte relationes etiam genere: vt diſtinctio ⁊ diſtantia inter a ⁊ b. quia ꝑ̄ma eſt intrinſecus adueniens: ſecūda nō. Aliter tamen etiam eoꝝ diſtinctio patere poteſt ex deſcriptione feudi quā dat Hoſtieñ. in titulo de feudis caplō ꝑ̄mo: vbi ſic dicit in ſecūda deſcꝑ̄tione. Feudū eſt illud beneficiū quod ex beniuolentia alicuius ita tradit̄ alicui ꝙ ꝓprietate eius rei q̄ in feudū dat̄: remanente apud dantem: vſus ⁊ vſufructus eiuſdem rei ita ad accipientem tranſeat vt ad eū heredeſqꝫ ſuos maſculos ⁊ feminas: ſi de eis noīatim dictum fuerit: in ꝑpetuum pertineat ad h̄ vt ipſe ſiue eius heredes: fideliter dño ſeruiant: ſiue illud ſeruitium noīatim dictum fuerit a dño quale eſſe debeat ſiue indeterminate ſit ꝓmiſſum. Hec ille. Ex quibꝰ verbis patet ꝙ tantū ſuꝑaddit aliqua extrinſeca rationi vſufructus. Unde arguitur ſic. In vaſallum transfert̄ vſufructus quādo ſibi conceditur feuduꝫ, igitur eſt vſufructuarius quantum eſt ex intrinſeca ratione vſufructus: licꝫ aliqua ſuperaddātur, ꝓpter que accepit nomē vaſalli relicto noīe vſufructuarij.

Queſtio. XIII.

## Qualiter differūt

⁊ conueniūt vſus ⁊ vſufructus inter ſe. Reſpondetur ꝙ conueniūt triplici cōuenientia. Prima. Quia ſi vſus accipiatur ꝓut nō excludit vſufructum: vſus eſt genus ad vſufructum, ⁊ ſic conueniunt ſicut genus ⁊ ſpecies. Scđa. Quia ſic accipiendo vſuꝫ ſunt ſpecies eiuſdem generis: ſubalternatim tamen poſite. quia ambo continentur ſub illo genere quod eſt ius quod p̄dicat̄ de vtroqꝫ: ⁊ eſt in plus ad ea: vt in ſequenti queſtione patebit. Tertia. quia ſi etiaꝫ accipiatur vt vſus preſcindit a fructu conueniūt ſicut due ſpecies eiuſdem generis non de ſeinuicem predicabiles. Prima autem differentia eſt. quia capiendo vt in ꝑ̄ma cōuenientia differunt ſicut genus ⁊ ſpecies. Secūda capiendo vt in ſecūda cōuenientia differūt ſicut due ſpecies ſubalternatim poſite. Tertia. quia capiendo vt in tertia cōuenientia: differunt ſicut due ſpecies nō de ſeinuicem predicabiles. Quarta auteꝫ eoꝝ differentia patuit in ſecunda concluſione per tria exempla.

## Et ſi queras qua-

liter ſe hn̄t ꝑ ꝯuenientiā ⁊ differentiā vſus ⁊ vſufructus ad illa q̄ttuoꝛ ſcꝫ ad ius dñiū ꝓprietatē ⁊ poſſeſſionē. Rn̄det̄ ꝑ quatuoꝛ

dicta ſicuti queſtio querit d̄ q̄tuor. Primū. vſus ⁊ vſufruct⁹ habent ſe ad ius ſicut ſpecies ad ſuū gen⁹. ꝓbatur Nam ius de vtroqꝫ eorū quidditatiue p̄dicat non conuertibiliter. eſt etiā in plus q̄ ſit vſus vel vſufruct⁹. p̄dicatur etiā de aliis q̄ de illis q꜡ etiam de ꝓprietate ⁊ poſſeſſione vt patebit. quid aūt ſit ius patuit q̄ſtione prima. Scd̄m dictū. vſus ⁊ vſufructus habēt ſe eodem modo ad dominiū ſicut ad ius ⁊ hoc capiēdo dominiū generaliter. ſi aūt capiatur ſtricte habēt ſe ad dominiū ſicut ſe habent ad ꝓprietatem. Prima pars dicti ꝓbatur. Nam ſi capiat dominiū generaliter: cōuertitur cū iure. ⁊ ꝙ aliquādo poſſit ſic accipi ꝓbatum eſt in q̄ſtione prima. ⁊ h̄ modo vſus ⁊ vſufructus eſſent ſpecies dominij ſicut iuris. ⁊ etiam hoc modo capiēdo dominiū fuit dominiū diuiſū in dominiū imꝑfectum qd̄ cōp̄hendebat vſum et vſufructum. ⁊ in dominiū ꝑfectum. qd̄ cōp̄hendebat ꝓprietatē: vt patuit. q. vj. Secūda pars dicti ꝓbatur: quia ſtricte capiēdo dominiū idē eſt qd̄ ius ſimpliciter dictum: qd̄ ille habet in aliqua re qui habet in ea ſimpliciter ius adeo ꝙ poteſt eā alienare: diſtrahere: vendēdo: donādo deſtruendo ⁊ ꝯſumendo. ⁊ tale ius eſt ꝓprietas. ideo dominiū ſtricte captū eſt idem qd̄ ꝓprietas. ideo ſicut ſe habent vſus ⁊ vſufructus ad ꝓprietatem (que habitudo iam explanabit) ita ſe habent ad dominiū. Tertium dictū. vſus ⁊ vſufructus ſe habēt ad ꝓprietatem. ⁊ ecōtra ſicut ſpecies diſtincte non ſubalternatim poſite ſub eodem genere: qd̄ etiam vniuoce de eis predicatur: ſcꝫ ſm̄ ꝑfectius ⁊ imꝑfectius. Probat. nam omnia illa tria ſūt ſpecies iuris. ius enim diuidit ⁊ deſcendit in ea: ſicut in ſuas ſpecies. ⁊ hoc tali modo. Nam ius (vt h̄ accipimus: ſicut ⁊ diffinitū fuit q̄ſtione p̄ma) ſic diuidit. quoddā eſt ius ſm̄ quid vel imꝑfectum. ⁊ quoddam eſt ius ſimpliciter dictum ⁊ ꝑfectum. Primū dicit illud qd̄ ſic ſe habet ꝙ habens ipm̄ non habet facultatem p̄ſe in rem ipſam quo ad ſui ſubſtantiam: adeo ꝙ nec poteſt illam rem ꝯſumere: nec diſtrahere vendēdo: donando. ⁊ ſic de aliis. ſed tm̄ habet ius in vſum ip̄⁹ rei: ſic ꝙ vtilitatem eiuſdē pōt capere. ⁊ illud ius habet illas duas ſpecies. ſcꝫ vſū. ⁊ vſufructū. Scd̄m autē dicit illud qd̄ ſic ſe habet ꝙ habens ipm̄ habet facultatē etiam ī rem ipſam quo ad eius ſubſtantiā. adeo ꝙ poteſt illam rem cōſumere vel diſtrahere: eam vēdendo ⁊ donando alteri. ⁊ illud vocatur ꝓprietas. ⁊ cuilibet illoꝝ cōuenit deſcriptio iuris ⁊ vniuoce de eis p̄dicatur. ⁊ hoc ſm̄ ꝑfectum ⁊ imꝑfectum. q꜡ primum eſt ius imꝑfectum. ſcd̄m autē eſt ꝑfectum. he etiam tres ſpecies ſic ſe habent ꝙ nō reperiunt in eodē ſubiecto reſpectu eiuſdē rei eo ꝙ null⁹ idem habens ꝓprietatem alicuius rei habet eiuſdē rei vſum vel vſufructum loquendo de vſu ⁊ vſufructu formali. Quartū dictū. vſus ⁊ vſufruct⁹ ſe habent ad poſſeſſionē: etiam ſicut ſpecies diſtincte: non ſubalternatim poſite ſub eodē genere. Nam omnia illa tria ſūt ſpecies iuris. ponit enī in deſcriptionib⁹ omniū illorum triū vt patuit de primis duabus ⁊ de poſſeſſione patebit ī ſequēti q̄ſtione. Uñ ⁊ poſſeſſio eſt quoddam ius. qui enī iuſte poſſidet aliquā rem: habet ius aliquale in illa re ſcꝫ ius eam detinendi.

## Queſtio. XIIII.

**Utrū deſcriptiones** ꝓprietatis ac poſſeſſionis ſint bñ poſite quibus dicit. Proprietas ē dominium rei iuſtis modis queſitū. Poſſeſſio eſt corporalis rei detentio: corporis ⁊ animi: iuris adminiculo īteruenīēte. Solutio ſtat in trib⁹ ꝯcluſionib⁹ ⁊ octo argumentoꝝ ſolutionib⁹.

**Prima** ꝯcluſio. Diffinitio ꝓprietatis nō eſſet bona: ſi caperet dominiū generaliter vt ſcꝫ conuertit cum iure. q꜡ tunc cōueniret etiā vſui ⁊ vſufructui. nam vtrunqꝫ illoꝝ eēt h̄ modo dominiū. id eſt ius rei iuſtꝫ modis q̄ſitū: ⁊ tm̄ nec vſus nec vſufruct⁹ ē ꝓprietas.

**Scd̄a** cōcluſio. Deſcriptio ꝓprietatis eēt bona ſi caperet dominiū ſtricte pro eo dominio atqꝫ iure quod ē ſimpliciter ius in re. Nam nullus habet ſimpliciter ius in re niſi habeat ꝓprietatem in ea: ⁊ tūc excluderet vſus ⁊ vſufruct⁹: q꜡ neutrū eſt ius ſimpliciter in re: ſed ſolū eſt ius ſm̄ quid ſcꝫ ad vtendū vel fruendū re. Unde vſuari⁹ ⁊ vſufructuari⁹ non dicunt domini rei in qua habent vſum vel vſufructū: ſaltē ſtricte loquēdo. Cōtra diffinitiōē

ſiue meritorie. ſi non: nõ demerent᷑ q̃ omit
tunt. hec ille. Itaq3 patet q᷑ Alexãder in ſe
cũdo dicto iam poſito ſentit q᷑ nõ peccat
mortaliter. alioq̃n diceret q᷑ ĩ ſcdo caſu te-
neretur etiam de rigore iuſticie ſicut in pri
mo caſu dixit. Item etiam cum in caſu ſe-
cundi dicti minus videatur obligari q̃3 in
caſu primi dicti. ⁊ tamen in caſu primi di-
cti nõ ſimpliciter aſſertiue aſſerit fore mor
tale. ſed ſolum dicit opinor: ſequitur q᷑ ĩ ſe
cundo caſu non ſenſit fore mortale. ſed tm̄
veniale pro quãto eſt contra equitatẽ: con
tra quã facere non ſine culpa trãſire poteſt
patebit tamẽ in ſeptima pbatiõe ſexte cõclu
ſionis q᷑ Alexãder ſenſit expꝛ̃ſſe oppoſitum

in tertia parte ſume.
Sexta concluſio. lz non videatur
ſimpliciter diffiniendū: tm̄
aliqualiter pbabile videtur ⁊ nō improba
bile dicere ꝙ in tali caſu ſit obligatio ſub
pena peccati mortalis. Prima ps hu9 cō
cluſionis patet ex quinta. Sed ſcd̄a pars
concluſionis pbatur octopliciter. ⁊ prime
quattuor pbationes ſunt per auctoritates
alie p aliquas rōnes ſeu pſuaſiones. Pri
ma auctoritas. Nam Joh. in .j. canonica
ſua. c. iij. videtur velle talem in caſu huius
quinte cōcluſionis peccare mortalit̄. Naz
ait ſic. qui habuerit ſubſtantiam hu9 mun
di: ⁊ viderit fratrem ſuuz neceſſe habere et
clauſerit viſcera ſua ab eo quomodo cha
ritas dei manet in eo. q. d. non ſimul ſtant
charitas et omiſſio ſubuētionis i tali caſu
igitur illa omiſſio ē mortalis. quia ſola ve
nialis omiſſio bene ſtat cum charitate i eo
dem. Nec valet duplex reſpōſio hic dabi
lis. Prima ꝙ Johānes tm̄ loquat̄ d̄ ex
trema. nam videt̄ ꝙ quilibet pma facie au
diens illam ſententiā Johis: intelligat caz
d̄ qualibet magna ⁊ graui neceſſitate etiā
citeriori extrema: reſpectu habentis ſuper
fluum nature ⁊ ſtatus. Nam de patiēte ex
tremā nemo dubitaret. Secūda reſpō
ſio ꝙ poſſit intelligi de claudente viſcera i
terioris miſericordie. id eſt qui nō ſolū nō
dat in effectu exteriori tali. ſed etiam nō cō
patitur p affectum. Hec ſcd̄a reſpōſio du
pliciter improbatur. Primo nam imedia
te Johes ſubdit. Filioli non diligam9 ver
bo neqꝫ lingua: ſed ope ⁊ veritate. ⁊ ſic ſen
tentiam p̄cedentem videtur per verba ſe
quentia exponere. vt intelligatur etiaz ille
claudere viſcera qui ⁊ ſi intus compatia
tur: tamen exterius non ſuccurrit cum effe
ctu. Secundo improbatur ſcd̄a reſponſio
quia paup non min9 tenet̄ ad hoc vt non
claudat viſcera interioris miſericordie. id
eſt cōpaſſionis ꝙ̄ diues. ergo ſi intelligere
tur illa auctoritas Johis de interiori mi
ſericordia tm̄: fruſtra premiſiſſet dicens. ꝗ
habuerit ſubſtanciā hu9 mundi. quia ſiue
haberet ſiue non: non referret ꝗn charitas
non maneret in eo ſi clauderet viſcera cō
paſſionis ab eo. Secūdo ſic. quia etiā du
rādus vbi ſupra dicit ꝙ illa auctoritas vi
detur hoc ſonare ſcꝫ de neceſſitate: etiā nō
extrema dūmodo ſit magna. Tertio ſic.
q2 ad idē videt̄ eſſe Nicola9 de lyra ſup ca
nonicā Johis loco p̄dicto: dicēs ꝙ ibidez
tangitur duplex caſus in quo elemoſynaz
facere neceſſitatis eſt et precepti. vnus eſt
ex parte facultatis ſcꝫ quādo habet ſuper
fluum victui ⁊ veſtitui cōſideratis neceſſi
tatibus perſone et ſtat9 ⁊c̄. Secundus ca
ſus eſt ex pte recipiētis ſcꝫ quādo patitur
vrgentem neceſſitatem ⁊ non apparet vñ
ſuſtentari poſſit niſi per elemoſynam iſti9.
tunc ille tenet̄ dare non ſoluz de ſupfluo ſi
cut in caſu predicto. ſꝫ etiam de neceſſario
non pſone ſue ſcd̄m indiuiduū cōſiderate. ſꝫ
de neceſſario ſui ſtatus. Nam quilibet de
bet ſe reſtringere vt proximum adiuuet in ex
trema neceſſitate. ⁊ ſcd̄m hoc ſubditur. ⁊ vi
derit fratrem ſuum neceſſe habere ſcꝫ vlti
mā. hec ille. Si igitur vult ꝙ illi ſunt duo
caſus diſtincti ſe nō inuicē includentes: ſe
quitur ꝙ primus obligabit diuitē ad ſub
ueniendum patienti neceſſitatē: etiam non
extremam: dūmodo artam. alioquin ſi tm̄
habenti extremā. iam primus caſus inclu
deret ſemp ſcd̄m. et per cōſequens nō erūt
duo caſus diſtincti. lꝫ h̄ poſſit dari vna ca
uillatio: dicendo ꝙ adhuc diſtinguerētur
quia ſecūdus extēdit ſe ad extremā neceſſi
tatem: etiaz reſpectu habentis tm̄ ſupfluū
nature non ſtatus: vt patet intuenti verba
Nicolai de lyra. ſed illa non obſtant. quia
ſi ſecundus caſus hoc modo accipiat̄ ⁊ vt
ſic captus obligat ad mortale peccatū. igi
tur etiam prim9 reſpectu patientis non ex
tremā vt deducit̄ cōſequēter in quinta pro
batione. Quarto ſic. Naz Alexāder de
ales in tertia parte ſume. q. lxv. mēbro q̄r
to. §. j. expreſſe ſentit hominē in caſu quin
te ⁊ ſexte cōcluſionis eſſe obligatū ad dan
dū elemoſynaz ſub pena peccati mortalis
ait eni ſic. In duobus caſib9 omittit diues
ſi non dat pauperi indigenti. Primus eſt
indigenti poſito in extrema neceſſitate ⁊ h̄
dictat ei cōſcientia: ſi non tunc dat: peccat
mortaliter. Secūdus caſus eſt in valde i
digenti. ſed nō in extrema neceſſitate. ſi eni
habet aliquis multa ſuperflua nec propo
nit melius diſpenſare vl' eque bene ⁊ tunc
nō dat: peccat mortalit̄. ⁊ ſic intelligit̄ illō
.j. Joh. iij. Qui habuerit ſubſtātiam hu9
mūdi ⁊c̄. et Eccl̄i. iiij. Elemoſynaz paupis

ne defraudes. ſed redde ei debitum ſuũ. et canõ Ambro. Nõ minoris criminis ẽ habenti tollere ꝙ̃ cum poſſis ⁊ abundãs ſis indigentibꝫ denegare. Item Ambro. Nemo dicat ꝓprium qđ cõmune ẽ. plus ꝙ̃ ſufficit ad ſumptus violẽter obtentuꝫ eſt. hec ille. Ex quibꝫ ſequitur ꝙ aut Alexãder cõtradicit ſibiipſi hic in tertia pte ſũme. ⁊ vt ſupra allegatũ eſt in q̃rta parte. Aut ſalteꝫ in quarta pte intelligendus eſt ꝙ ibidẽ loquatur de non habente ſupfluũ vtriuſqꝫ. vel ſi etiam de habẽte ſupfluũ vtriuſqꝫ ibidem loquatur: per hoc ꝙ dicit ꝙ tenetur ꝺ equitate ſubuenire patienti magnã neceſſitatem: velit etiã ĩtelligi tentionẽ ad penã mortalis peccati obligantẽ: cuiꝰ tamen oppoſitum videt̃ ex deductis in quinta ꝯcluſione. Item Anthoninꝰ pte ſcđa titulo. j. ca. vij. §. vj. in fine: ait. ꝙ illđ: mutuũ date videret̃ eſſe p̃ceptum q̃ꝫtuꝫ ad eos qui cõmode poſſunt mutuare ſine notabili detrimento ſui ſtatus erga eos qui ſunt ĩ magnis neceſſitatibus conſtituti ⁊ quaſi extremis. quia ſi hoc dicimus de elemoſyna: a fortiori in mutuo. hec ille. Modo habẽs ſupflua vtriuſqꝫ poteſt ſine notabili detrimẽto ſtatus ſui mutuare ⁊ donare. igitur ſequit̃ ꝓpoſitum. Quinto ꝓbatur ratiõe ꝙ ſit aliqualiter ꝓbabile. Nam ſi ſcđs poſitus per Nicolaũ de lyra obligat diuiteꝫ de neceſſario ſtatui ſuo ſubuenire patiẽti extremã: ſequitur ꝙ ꝓportionabiliter obligabitur primus qui habet ſupfluũ nature ⁊ ſtatus ſubuenire patienti citeriorẽ extrema. tenet cõſequentia ratione ꝓportionis. nam ita leuiter ſubuenit primus patiẽti artam ⁊ citeriorem neceſſitatẽ ſicut ſcđs ſubuenit patienti extremã. Sexto ſic. Naꝫ Alexander in q̃rta pte ſũme. q. cxiij. mẽbro p̃mo. cum feciſſet quoddã argumentuꝫ in fine volẽs ipm ſoluere dicit ſic. Ad id qđ obijcit̃ ⁊c̃. poteſt dici ꝙ nõ valet hec argumentatio. omittit ſi non dat etiaꝫ de neceſſarijs: indigenti in extrema neceſſitate. igit̃ omittit ſi nõ dat de ſupfluis indigẽti citra extremam neceſſitatem. quia iuſte excuſari poſſet per hoc ꝙ reſeruat magis indigẽtibus vel ꝓpinquioribus vel aliquibus quibus magis tenet̃. hec ille. et loquit̃ ꝺ omiſſione mortali vtrobiqꝫ. Tunc ſic arguo. ſi conſequẽtia non valet ꝓpter hoc ꝙ illa excuſatio habet locum. igit̃ ſublata illa excuſatione tenebit conſequẽtia. quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Modo dabilis ẽ caſus ſexte cõcluſionis: vbi illa excuſatio locum non habet: puta vbi habens ſupfluũ nature ⁊ pſone nõ reſeruat magis indigẽtibus. eo ꝙ ſtat ꝙ nullus ſit ꝓ tunc cõſtitutus in maiori indigẽtia. quia non ẽ maior illa niſi extrema in qua nullus tunc eſt nec p̃ſumitur ꝙ de ꝓpinquo eaꝫ aliquis incurrat. Item nec reſeruare vult ꝓpinquioribꝫ vel alijs quibus magis tenetur. quia ſtat ꝙ adeo ſufficientia bona habeat tã ꝓ ſe ꝙ̃ ꝓ ſibi iũctis quibus tenet̃: ꝙ adhuc habeat ſupflua. igitur tunc in caſu q̃nte ꝯcluſionis tenebitur ſub mortali peccato patiẽti grauem neceſſitatem ſubuenire. Septimo ſic. Naꝫ in extremo iudicio indiſtincte dicet iudex dãnatis eos nõ impleſſe opera miſericordie. ⁊ per cõſequens peccaſſe mortaliter. cũ igitur multitudo magna dãnabitur. iuxta illđ. Lata eſt porta ⁊ ſpacioſa via que ducit ad ꝑditionem et multi ſũt qui intrant ꝑ eam. Math. vij. et tamẽ raro vel vt in paucioribus occurrit caſus extreme neceſſitatis in quo non ſubueniatur per habentes ſupfluũ vtriuſqꝫ: ſequitur ꝙ etiam extra caſum extreme neceſſitatis nõ ſubuenire patienti magnam ⁊ grauem neceſſitatem ſit habenti ſupfluũ vtriuſqꝫ mortale. Octauo ſic. Nam autoritates ſanctorum loquentes de caſu indigentie in q̃ aliquis abundans ſub mortali peccato tenetur: non vtuntur verbis reſtringẽtibus neceſſitatem ad extremã: ſicut tamen vtuntur in alijs locis vbi reſtringũt neceſſitatẽ ad extremam. Naꝫ Ambro. diſ. xlvij. in. c. ſicut hi. ait ſic. Eſuriẽtium panis eſt quem tu detines: nudorum veſtimẽtum qđ tu recludis: miſerorum ſeu captiuorum redemptio ⁊ abſolutio eſt pecunia quã ĩ terra defodis. tantoꝝ ergo te ſcias inuadere bona quãtis poſſes p̃ſtare qđ velis. id eſt debes velle. hec ille. Et ſic ĩ hoc ꝙ cõparat omittentem in hoc caſu ſubuenire inuadẽti bona aliorum: vult ꝙ mortaliter peccet et inquãtũ indiſtincte dr̃ de eſuriẽtibꝫ nudis et captiuis ac miſeꝝ: apparet ꝙ nõ tm̃ vult loqui ꝺ patiẽtibꝫ illas miſerias ĩ extrema neceſſitate: ſed etiã citra. non enĩ addit vt alibi. paſce fame morientẽ ⁊c̃. Item ſimiliter

intelligit Alexāder de ales aliam auctoritatem allegatā in ſeptima ꝓbatione. Itez .j. ad Timot. vlt. Diuitibꝰ huius ſeculi precipe facile tribuere ⁊ communicare ⁊c. vbi non apparet fuiſſe de mente Pauli ꝙ vellet ꝙ Timotheꝰ tm̄ preciperet eis vt patientibus extremā neceſſitatē facile cōmunicarent: imo etiam ꝙ patientibꝰ citeriorem dūmodo notabilē tribuerent ⁊ cōmunicarent. ⁊ per ꝯſequens eſt preceptuz dare talibus. Item Hieronymꝰ. Aliena rapere cōuincit̄ qui vltra neceſſaria retinere cōprobatur. id ē eſt mortale nō erogare ſuꝑflua: ſicut mortale eſt rapere aliena. ⁊ non dicit addendo ꝙ ſuꝑflua nō erogare patienti extremā neceſſitatem ſit aliena rapere. Nam de extrema loquēdo: etiam neceſſaria non erogare ē peccatuz; ſi ſint neceſſaria ꝑſone tm̄. vt patuit in tertia cōcluſione. Itē Baſilius. Famelici panis eſt quē tu tenes. nudi tunica quā in ꝯclaui reſeruas. diſcalciati calceus qui apud te marceſcit: indigentis argētū qḋ poſſides inhumatū. quo circa tot iniuriaꝝ quot dare valeres. hec ille. Et argue ex illa ſicut ex ea q̄ fuit Ambro.

**Septima** concluſio. ſatis probabile videtur ꝙ in caſu quinte ⁊ ſexte concluſionis homo teneatur ſub peccato mortali ad mutuandū primo. ꝓbatur tripliciter. Primo qꝛ longe minus eſt mutuare q̄ȝ donare elemoſynam. Modo in caſu q̄nte ⁊ ſexte cōcluſionis aliqualiter ꝓbabile eſt ꝙ homo teneatur primo donare elemoſynā. igitur in eodem caſu homo tenet̄ ad mutuanduz primo. ⁊ hoc per locum a minori erit ſatis et admoduz ꝓbabile maxime concurrēte ratione ꝓportionabilis habitudinis donationis ad mutuationē. Secūdo probat̄. naz ſi Petrꝰ furet̄ Iohāni aliquas res viles: ⁊ poſtea cum adhuc illas Petrꝰ habet incidit in neceſſitatem arduam detinendi eas: que tamē neceſſitas non ſit extrema ſȝ citerior. Iohānes vero nulluz damnū patiatur ex dilatione reſtitutionis illarū rerū quia cōmode tranſire poteſt: ſm̄ doctores Petrus ſine peccato mortali poteſt ſtante illo caſu illas res detinere. ſic enī ſentire videtur Sco. in .iiij. diſ. xv. ⁊ Ioh. neapolitanus put videri habet in tractatu reſtitutionum. Modo cauſa cur licet Petro detinere alienū non eſt niſi quia non detinet in tali caſu inuito domino ſcȝ Iohanne. ⁊ hoc loquendo de Iohanne rationabiliter inuito. Nam dato ꝙ Iohānes ſit inuitus tamen rationabiliter ſe habendo deberet eſſe cōtentus ꝙ Petrus detineret. ſi igitur deberet eſſe cōtentꝰ ⁊ ratione illius poteſt Petrꝰ detinere. igitur ſignū eſt ꝙ ſi Petrꝰ non haberet illas res Iohes tenere t̄ ſibi eas mutuare. alioquin ſi non teneret̄: non apparet qualiter Petrꝰ excuſari poſſet ī detentione rei aliene que eſt negatiuo ꝑcepto ꝓhibita. ⁊ per cōſequens pro omni tēpore igitur ſicut ille circūſtantie faciunt Petrū excuſari a mortali: ita eedē obligabūt Iohannē ad mutuādū Petro ſi non haberet illas res prius cum ſic graui indigentia īdigeret. tenet illa ꝯſequentia dupliciter. Primo ex idētitate rationis. Secundo a ſimili. Nam quero a te ſi Petrꝰ in extrema conſtitutus neceſſitate occulte recipet res Iohānis: an ne excuſaret̄ a mortali. Et reſpōdes ꝙ ſic eo ꝙ Iohannes met deberet ⁊ teneret̄ ſub mortali peccato dare Petro. igit̄ eodem modo ſi Petrꝰ in ardua neceſſitate cōſtitutus detinet res Iohānis excuſabit̄ per illuz modū ſcȝ dicendo ꝙ ideo excuſabitur eo ꝙ Iohes met deberet ⁊ teneretur ſub mortali peccato ipſi Petro mutuare. Tertio quia ſāctus Bernardinꝰ in ſuo tractatu reſtitutionū expreſſe tenet ꝙ homo ī tali caſu obligatur ſub peccato mortali ad mutuandū primo.

**Octaua** concluſio. lȝ p̄ter predictos tres caſus in quibus homo vt ꝓbabile ē tenetur ad mutuādum proximo ſub pena peccati mortalis: ponant̄ adhuc tres caſus in quibꝫ etiā eadem obligatiōe ponit̄ homo obligari: nō tamē videt̄ ꝙ omnes illi tres caſus ſint ꝓbabiles. Prima pars ꝓbatur enumerādo eos. Primus ſi quis nullū ſuꝑfluū habet: imo quicquid habet eſt neceſſarium nature ſue ⁊ ſuorum quibus tenetur: tamen ille non eſt ꝯſtitutꝰ in extrema neceſſitate. primus ſꝫo eſt in extrema ꝯſtitutꝰ: tūc habēs tenet̄ ſubuenire primo. quia ⁊ ſi talis habens patiat̄ penuriā aliquaz: nō tamen adhuc deficit nec morit̄. primus vero ī neceſſitate ꝯſtitutꝰ morit̄: niſi ſtatim ſibi ſubueniat̄. cum igit̄ in extrema neceſſitate omīa

ſunt cōmunia:debebit illi ſubuenire de bo
nis alteri⁹ tāq̄ʒ de ſuis.Et pōt ꝯfirmari il-
le caſus.q: ſicut ꝓpri⁹ ſtatus ē poſtponēd⁹
ꝛ deſerēdus:q̄ten⁹ ſuccurrat vite naturali
ꝓximi:vt patuit i tertia ꝯcluſiōe:ſi ꝑ poſt
poſitionē ſtat⁹ ſeruet vita ꝓximi al's peri-
tura:ita ꝓpria natura q̄ ad cōmoditates vi
te naturalis ē poſtponēda ꝛ deſerēda:q̄te-
nus ſuccurratur vite naturali ꝓximi ſi per
poſtpoſitionē cōmoditatꝫ ꝓprie nature(ſer
uata tn̄ ꝓpria natura i eſſe lʒ poſtpoſita ei⁹
cōmoditate)ſuari poſſit vita naturalꝫ ꝓxi-
mi ſimpliciṫ peritura.tenet ꝯſequētia vir-
tute ꝓportionabilis habitudinis. Secū
dus caſus.Si hō habet ſuperfluū nature
tm̄:ꝛ ꝓxim⁹ patiat neceſſitatē nō extremaʒ
ſʒ artā:tenebit ſibi mutuare ꝛ ꝓbari poſſet
q: ꝓportionabiliṫ habet ſe talis ad ſuū ꝓxi
mū:ſicut ſe habet hō i ꝑmo caſu hui⁹ octa
ue ꝯcluſionis ad ſuū ꝓximū.ꝑtʒ intuenti.
modo de ꝑmo caſu ꝓbatū ē i eo eē obliga
tionē ſub mortali peccato.igiṫ etiam i hoc
ſcd'o erit. Terti⁹ caſus ē.ſi hō hʒ ſuꝑfluū
vtriuſq3 ſcʒ nature ꝛ ꝑſone:ꝛ ꝓxim⁹ patiat
neceſſitatē nec extremā nec artam.ſʒ cōmu
nē.Pro h' caſu argui poſſet etiā ex verbis
Johānis i canonica.j.Joh.tertio.vbi in
diſtincte dicit de fratre neceſſitateʒ patiēte
ꝛ de habēte ſubſtātiā huius mūdi.Silr ꝛ
Ambro.videt indiſtincte loq̄ de patiente
neceſſitatē vel indigētiā cōpando eum ad
habētē ſuꝑfluū q̄ modo talis abundās nō
min⁹ peccet q̄ʒ ſi tolleret ꝓximo res ſuas
qd̄ ē vtiq3 mortale.Ait inq3 ſic.Nō mino-
ris eſt criminis habēti tollere:q̄ʒ cū poſſis
ꝛ abundās ſis:indigētibꝫ denegare.xlvij.
diſ.c.ſicut hi. Scd'a ps ꝯcluſionis ꝓba
tur.Nā lʒ primus ꝛ ſcd's ſint ꝓbabiles vt
ꝑtʒ intuēti rōnes adductas ꝓ eis:ꝛ etiam
q: beat⁹ Bernardin⁹ tenet eos:tn̄ tertius
iter illos tres nō videt ꝓbabilis.Nā lʒ in
tali caſu videat hō ſub aliq̄ culpa obliga-
ri:ſolū tn̄ erit illa venialis.Nā nō notabi
liter lediṫ ꝓxim⁹ ex omiſſione mutui ſibi ſi
nō niſi cōmuni neceſſitate indiget.modo
etiā furtū rei nō notabilis ſed vilis:vt po
mi de arbore aliena nō eſt niſi culpa venia
lis ꝛ nō mortalis niſi vbi faceret mēte tali
ꝙ ſi plus inueniſſet.pl⁹ etiaʒ q̄d notabile
accepiſſet.Et lʒ diues ſub nulla culpa ob
ligaret ad elemoſynā dandā patiēti talem
neceſſitatē in caſu aliq̄:puta ſi habēs talē
cōmunē neceſſitatē nō ē pauper.ſicut ꝯtin
git ꝙ etiā aliqui nō digni elemoſyna pati
unt aliquā neceſſitatē cōmunē q̄ etiaʒ nol
lent vt eis daret elemoſyna:tn̄ ob hoc nō
ſequit ꝙ etiā ſub nulla culpa teneatur mu
tuare diues tali.Naʒ min⁹ eſt mutuare q̄
donare.ꝛ adeo min⁹ ꝙ ſtat ꝙ idign⁹ elemo
ſyna ſit dign⁹ mutuo.et ꝑ ꝯſequens ſtat ꝙ
diues denegādo alicui elemoſynā in nul
lo peccaret qui tn̄ eidē denegando mutuū
peccaret. Epilogando ḡ videt dicendū
ad q̄ſtionē ꝙ q̄nq3 ſunt caſus in q̄bꝫ teneṫ
hō ad mutuandū ꝑmo ſub pena peccati
mortalis.inter q̄s eſt ordo in coꝝ veriſimi
litudine ꝛ ꝓbabilitate.Nā duo ꝑmi indu
bitāter ſunt tenēdi.terti⁹ eſt admodū ꝓba
bilis.q̄rtus ꝛ q̄ntus ꝓbabiles ſunt.ſextuʒ
non video probabilē quo ad mortalē cul
pam:ſed quo ad veniale.

**Nona** cōcluſio.In illis caſibꝫ in q̄
bus homo tenet ad mutuā
dū ꝛ in q̄bꝫ tenet ad donandūʒ ꝑmo bo
na tēꝑalia fortune:tenet etiaʒ hō alia bona
in q̄bꝫ abundat:ꝑmo ſil'r indigēti do
nare ꝛ mutuare:ꝯcurrentibꝫ circūſtantijs
ꝓportionabiliter ſe habentibꝫ ad circūſtan
tias ꝑdictoꝝ caſuū. Hui⁹ accipe q̄dru
plex exēplū.Primū eſt de medico vidēte
infirmū pati infirmitatē neceſſitatis extre
me vel artā ꝛ grauē:cuʒ ipe eſt in ſimili fa
cultate medendi ꝯſtitut⁹ ſicut fuerat dans
elemoſynā vel mutuans ꝯſtitut⁹ in facul
tate bonoꝝ tēꝑaliū fortune. Scd'z ꝛ terti
exempla accipe de aduocato exiſtēte in fa
cultate aduocādi ꝛ iuriſperito in facultate
ꝯſulendi:cōpando eū ad indigentē ei⁹ ad
uocatione vel ꝯſilio cum ille indigens eſt
in ꝯſimili indigētia ꝯſtitut⁹.puta pauper
accuſatus iniuſte accuſatione ciuili vel cri
minali nec habet ob defectum pecunie vl'
alia de cauſa q̄ ſibi aduocatione vl' cōſilio
aſſiſtat. Quartuʒ exemplū de theologo
exiſtente in facultate exhortādi ad ꝯuerſi
onē peccatoꝝ:cōpando eum ad peccatorē
ꝯſtitutū in indigentia habente ſe ꝓportio
nabiliter ad indigētias ꝑdictas.nam talē
ꝯuertere vel deſolatū cōſolari cū ali⁹ veri
ſimiliter deſit ē opus miſericordie ſpiritua
lis qd̄ non min⁹ obligat cū ſit maioris me
riti.Hanc cōcluſionē ſentiūt ſāctus Tho-

ſtaꝫ Hein. de haſſia. in tract. d̄ ꝯtract. ⁊c̄.

**Decima** cōcluſio. dabiles ſunt multi caſus in qͥbꝰ hō nō tenet̄ ad mutuādū̄ ꝓximo. patꝫ enumerādo octo q̄ꝝ etiā duo vltimi nō tm̄ nō ſūt obligatorij. ſꝫ etiā ſūt vitioſi. Primꝰ cuꝫ qͥs habet ſupfluū̄ pſone ⁊ nature et ꝓximꝰ non indiget. Scd̄s ſi qͥs habet ſupfluū̄ nature ſꝫ nō pſone: ⁊ ꝓximꝰ non indiget: ⁊ iſte ſequit̄ ex primo. Tertiꝰ: ſi qͥs habet ſupfluū̄ nature ſꝫ non pſone ſeu ſtatꝰ ⁊ ꝓximus indiget tm̄ ꝓ pſona ſeu ſtatu ſuo. ꝙ enī tūc nō teneat̄. pbat̄. nam tūc id qd̄ mutuaret eſſet neceſſariū̄ ꝓprio ſtatui ſuando: modo vt dicit Durādus nullꝰ tenet̄ vere cūde viuere in ſtatu ſuo vt releuet aliū̄ de indecēti ſtatu ad decētiā ſtatꝰ. Quartꝰ ſi qͥs habet ſupfluū̄ nature ſꝫ non perſone: ⁊ ꝓximus indiget indigētia nō notabili nec ardua ſꝫ cōmuni. ⁊ iſte ſequit̄ ad tertiū̄ per locū̄ a minori affirmatiue. Nā ſi patit̄ tm̄ cōmunē indigētiā nō deficit in neceſſarijs ſtatui. Quintꝰ. ſi qͥs habet ſupfluū̄ vtriuſqꝫ: ⁊ ꝓximꝰ non niſi cōmuni indigētia indiget: a quo tm̄ nō ſperat rehabere ſortem ſuā. pbat̄: qꝛ ſi tūc teneret̄ mutuare teneret̄ donare. modo hoc nō tūc tenet̄ cū̄ ſit ſoluꝫ ꝯſiliū̄. Ex quo ſequit̄ a ꝯtrario ꝙ ī caſu aliquo qͥs teneret̄ mutuare vbi etiā nō ſperaret rehabere ſuum ſcꝫ in caſu q̄ teneret̄ donare ſicut fuerūt tres caſus tertie q̄rte qͥnte ⁊ ſexte ꝯcluſionum. Naꝫ tali mutuare vbi ſcꝫ qͥs nō ſperat rehabere ſortē ſuam ē aliq̄ modo donare ſꝫ nō ſit ſimpliciter donare.

Sextꝰ ſi habēti ſupfluū̄ etiam vtriuſqꝫ nō ꝯſtet de indigētia ꝓximi ſꝫ ei teneret̄ ſi ꝯſtaret. Nā homini obligato ad actū̄ ꝟtutis debet p̄cōſtare obiectum circa qd̄ vult exercere actū̄ ꝟtutis eſſe cōgruū̄ tali actui: nō dico aūt ſi non petat̄. nam etiā ſi nō petat indigēs: ꝯſtet tm̄ aliunde diuiti eiꝰ indigentia: talis obligabit̄ nihilominꝰ ad mutuandū̄ ei ꝯcurrētibꝰ circūſtātijs ſup̄ tactꝫ. Nō enī ait xp̄s. petenti mutuū̄ date. ſꝫ abſolute mutuū̄ date. Vn̄ ait Hein. de haſ. Nō excuſat diuites ſupflua habētes a trāſgreſſione diuini p̄cepti ſi nemo indigētiuꝫ ab eis mutuū̄ petat. qꝛ ꝙ iā ab eis non petitur ē ex impietate q̄ īualeſcēte paupibus nō mutuare ꝯſueuerūt. ſꝫ eos potiꝰ ad vſurarios publicos remittere. qd̄ eos non excuſat eo ꝙ ſciūt plurimos indigētes eſſe q̄ vſuris omnino deſtruunt̄ ⁊ deſtructi ſunt. hec ille. Idem dic in donatiōe elemoſyne. non tm̄ dico ꝙ tenet̄ habēs ſupflua met q̄rere vt ſibi īnoteſcāt indigētes. ſꝫ ſufficit vt his de qͥbꝰ ſibi ꝯſtat ſuccurrat vt etiā vult Tho. videt̄ tm̄ ꝙ tanta poſſet eſſe cariſtia: p̄ſſura puſillanimitas ⁊ deſperatio in indigētibꝰ: aſſequēdi mutuū̄ vel etiā donationē: ꝙ habēs p̄dictis modis ſupflua teneret̄ etiā inq̄rere vt ſibi tales indigētes innoteſcerēt: vel ſaltē ꝙ ſe exhiberet beniuoliū̄ vt indigētes ī ardua neceſſitate ꝯſtituti ad eū̄ ꝯfugerēt et ſpem haberēt aſſequēdi.

Septimꝰ ſi habēs ſupfluū̄ vtriuſqꝫ etiā ſperaret ſortē ſuā rehabere a ꝓximo patiēte cōmunē tm̄ indigentiaꝫ. ſꝫ tn̄ is eſſet abuſurꝰ re mutuata. nā tūc non ſolū̄ nō teneret̄ mutuare: ſꝫ potiꝰ ad oppoſitū̄ teneretur ne coopar et̄ ſibi ad abuſū̄ ⁊ pctm̄. Octauus. ſi qͥs tm̄ habeat neceſſaria nature ſue ⁊ ſuoꝝ qͥbus tenet̄ ⁊ ꝓximꝰ nō in maiori neceſſitate eſſet ꝯſtitutꝰ. ſed equali vel minori. nam tūc vitioſū̄ eſſet. qꝛ ꝯtra charitatem ſc̄m Tho. Rich. ⁊ Durandū̄. ⁊ ſic duo vltimi caſus nō tm̄ non ſūt obligatorij. ſꝫ etiā ſunt vitioſi. Attamē octauꝰ pōt in tribꝰ caſibus eſſe nō vitioſus ſed laudabilis. Primo (vt dicit Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxij. vbi ſupra) ſi qͥs daret pſone alicui. qꝛ ꝯſideraret eā vtiliorē reipublice vel eccl̄ie q̄ꝫ ſe vel familiā. ⁊ ideo ipē ⁊ familia p̄ferret ꝯſeruationem vite illꝰ ſue ſubueniēdo ei de neceſſario vite: ad qd̄ tm̄ non tenet̄ ex p̄cepto. ſꝫ ptinet ad magnaꝫ pfectionē. Scd̄o etiam laudabiliter qͥs daret elemoſynā de neceſſario pſone aliqͥbꝰ indigētibꝰ etiā ſi non extreme cū̄ ipē vellet religionē ingredi. Tertio ſi ī ꝓmpto p induſtriam poſſet ſibi cito ſuo decēti ſtatui ꝓuidere. hec Thomas.

**Poſt has** decē ꝯcluſiōes ſubiūgēda ſūt ſex dicta faciētia ꝓ maiori elucidatione ꝯcluſionū̄.

**Primū̄** eſt ꝓ decima cōcluſione. ⁊ eſt ſꝫ ſc̄m quid loquēdo ſeu ſuppoſita infirmitate: impfectiōe ⁊ malicia hoīm meliꝰ ſit ꝙ indigentes nō habeant copiā mutuū̄ aſſequendi a diuitibꝰ q̄ꝫ ꝙ habeāt: tm̄ ſimpliciter loquēdo meliꝰ eēt ꝙ haberēt q̄ꝫ ꝙ non habēt. Prima ps ꝓbatur. qꝛ tāta ē infirmitas: impfectio ⁊ mali-

cia hoīm ꝙ illa copia ſi haberet̃ eſſet ma-
teria ⁊ occaſio (ſaltē accepta ⁊ ſi non data)
ꝙ indigētes recipiētes mutua cōmitterēt
multos abuſus ꝓdigalitatis reꝝ tpaliū
Scđo q̄dē ſeipos redderēt impotētes ad
ſoluēdū. ⁊ ſic dānificarēt ꝓximū i tpalibꝫ
⁊ ꝑ ꝯſequēs ſuā aīaz in pctō. Tertio dāni
ficaret̃ dātes mutuū. ⁊ ſic ſequeret̃ lites et
odia ⁊c. Scđa ps ꝓbat̃. qꝛ ſimpliciť meli
us eēt habere copiā q̃ multipliciter exerce
ret̃ actus ꝟtutis q̄ꝫ talē copiam nō habere
modo mutuare gratis ē actꝰ ꝟtutis. igitur
cū nō poſſit exerceri ſaltē in effectu niſi re-
cipiētibꝫ aliqbꝫ. ſequit̃ ꝓpoſitū. Ex autez id
qđ ſuppoſita imꝑfectione vel malicia meli
us ē: ſolū ſit dicendū meliꝰ ſm quid. ⁊ alte
rū ſit dicendū meliꝰ ſimpliciter: patz ex de-
ductis in q̄ſtione nona vbi ſimile habituz
ē ꝙ lz ſm quid loquēdo meliꝰ ſit ꝙ nō ſint
oīa cōmunia: tn̄ ſimpliciter meliꝰ eēt ꝙ oīa
eſſent cōmunia. Ex h̄ dicto ꝑ locū a mi
nori ſequit̃ ꝙ etiā ſimpliciť loquēdo meliꝰ
eēt ꝙ haberet̃ copia recipiēdi mutuū grat̄
q̄ꝫ ꝙ īueniūt̃ mutuātes ad vſurā. nā peius
ē ad vſuras mutuare q̄ꝫ nō inuenire copiā
mutuandi. ſi igit̃ habere copiā mutuandi
eēt ſimpliciter meliꝰ q̄ꝫ h̄ qđ ē nō inuenire
copiā mutuādi: multo magis erit melius
q̄ꝫ h̄ qđ ē mutuare ad vſurā vel etiaz īuue-
nire mutuantes ad vſurā.

Scđm dictū ꝑ eadē decima ꝯclu
ſione. lz homo i octauo ca
ſu decime ꝯcluſionis ꝯſtitutꝰ non ſit obli-
gatꝰ ad mutuū bonoꝝ fortune reſpectu ho
minis ꝓximi de q̃ idē caſus ſonat: tn̄ ob h̄
nō ē omnino ab omī mutuo reſpectu eiuſ-
dem ꝑſone deobligatꝰ. Probat̃. naz talis
homo adhuc multa habet que tali ꝓximo
mutuare pōt: imo donare. Eſt enim (vt ait
Alexāder in tertia pte ſūme. q. lxv.) multi-
plex donū vtputa q̄druplex ſcz muneris a
manu. Deutero. xv. Precipio tibi vt aperi
as manū tuā egeno ⁊ paupi. Scđz cōpaſ-
ſionis a corde. Eſa. lviij. Cū effuderis eſu-
rienti aīaz tuam. Tertiū donū ꝟbi dulcis
⁊ ꝯſolatorij ab ore. Eccl. xviij. Nōne ardo
rem refrigerabit ros: ſic ⁊ verbū melius q̄ꝫ
datū. Vn̄ ⁊ ductis ad morte tanq̄ꝫ i extre-
ma neceſſitate ꝯſtitutis: ſaltē mutuū cōſo-
latorij verbi impēdamꝰ. Quartū obſequij
in oꝑe. Exo. xxiij. Si videris aſinū odientis
te iacere ſub onere: nō ptranſibis ſed ſuble
uabis cū eo. Vn̄ ꝑ aſinū odientis te intel-
ligere poſſumꝰ corpus inimici nr̄i: qđ tunc
ſub onere iacet quādo in extrema neceſſi-
tate manet: qđ vnq̄ꝫ nō ita inſenſibiliter ꝑ
trāſire debemus: q̄n ei iuxta poſſe mutuū:
obſequij ſaltē: impendamꝰ. Licz ḡ ad mu-
tuandū vel donādū ꝓximū donū nō tenea
tur q̄s in octauo caſu: tenet̃ tn̄ ad alia tria
ꝓ loco et tpe. Vn̄ Mat. v. Qui petit a te
da ei. glo. ſi deeſt facultas: da affectum vel
obſequiū vel verbū. Hoc ſcđm dictū etiā
ſentit beatꝰ Bernardinꝰ i tract. ꝯtractuū.

Tertiū dictū in illis caſibꝫ in q̄bꝫ
homo tenet̃ mutuare ꝓxi
mo ſub pena peccati mortalis: aliq̄n non
oportet ꝯſiderare an recipiēs mutuum ſit
iuſtꝰ vel iniuſtꝰ: bonꝰ vel malꝰ: pꝰ vl' impꝰ
fidelis vel infidelis: hereticꝰ vel catholicꝰ:
excōmunicatꝰ vel nō. ⁊ ſic de alijs. In ali-
quibꝰ ꝟo eoꝝ oportet talia ꝯſiderare. De
ꝑma pte huius dicti accipe duo exempla.
Primū vt i illis in q̄bꝫ ꝓximꝰ ē ꝯſtitutꝰ in
extrema neceſſitate. nā tunc nō curādo q̄-
lis ſit ꝓximꝰ dūmodo in tali neceſſitate ſit
tenemur ei non ſolū mutuo. ſed etiā dono
ſubuenire: etiaz ſi oporteret alijs ſurripere
occulte vel palam: ſi nō aliter pōt ꝓuideri
patiēti talē neceſſitatē. Aliud exēplū eiuſ-
dem ptis eſt. vt in caſibꝫ ardue neceſſitatis
dūmodo nō ſit recipiēs abuſurꝰ vel ſe tra-
diturꝰ negligētie ꝯfiſus de ꝓuiſione ſibi fa
cta. ⁊ etiā dūmodo mutuās ꝑ h̄ ꝙ mutuat
iniuſtis: nō fiat impotēs ad mutuandū iu
ſtis. ꝓbat̃: qꝛ in elemoſyna ſic ē. igit̃ etiā in
mutuo. Antecedēs ꝓbat̃. nam Chryſ. ait.
Quieſcamꝰ ab hac abſurda ⁊ diabolica ꝑ-
emptoria curioſitate ſcz diſcernendo inter
pauperē ⁊ pauperē. nō eni ex vita eoꝝ q̄s
recipis: mercedē retributurꝰ ē deꝰ: ſz ex vo-
lūtate ⁊ honorificentia multa ⁊ miſcđia ⁊
bonitate. diſ. xlij. c. quieſcamꝰ. Et intellig-
tur illud dictū Chryſ. in caſu q̄ q̄s ſufficit
indiſtincte oībus dare. ſecus vbi ꝑ h̄ ꝙ da
ret iniuſtis: efficeret̃ impotēs ad dandū iu
ſtis. tunc eni diſcernere debet iuſtos ab in
iuſtis vt potius deſereret iniuſtos ⁊ iuſtis
ſubueniret. ⁊ eodē modo ē in mutuo. Hoc
modo indiſtincte verū ē illud ſaluatoris.
Omni petenti te tribue. Luce. vj. Et illud
Greg. ſup Mat. xv. c. qui recipit iuſtum in

nomine iuſti mercedē iuſti accipiet dicētꝫ. Mercede nō carebit ſuſcipiēs ⁊ ſi iniuſtꝰ ſit q̄ ſuſcipit. Attamē in illis caſibꝫ dando impio vel iniuſto: dare debet nō ex q̄cūqꝫ cauſa. ſꝫ debita ſcꝫ intuitu nature releuāde q̄ eſt ad imaginē dei ⁊ poſſibilis ad gratiā. Si aūt intuitu vitij daret: peccaret dans. Et dictū eſt notāter in ſcḋo exēplo. dūmodo recipiēs nō ſit abuſurus et etiā dūmodo mutuās ⁊c. q꞉ ſi aliqḋ illoꝝ deeſſet: poſſet q̄s in caſu ſcḋi exempli cōſiderare recipientis maliciā: ⁊ ob id ei nolle mutuare. Exemplū autē ſcḋe ptis dicti. vt ſi q̄s non ſufficiat omnibꝫ. ſed tm̄ aliquibꝫ mutuare. tunc enī id agat vt tm̄ ſubueniat iuſtis: dimiſſis iniuſtis. niſi iniuſti eſſent ī neceſſitate extrema ⁊ iuſti in citeriori. hoc modo intelligit illud Eccl. xij. Da iuſto et ne dederis peccatori ⁊ bene fac humili ⁊ ne dederis impio.

Quartū dictum. hoīes cōſtituti in caſibꝫ ſuṗdictis in q̄bꝫ homo obligat mutuare primo: nō debent faciliter credere ꝓprio iudicio quo ſe iudicant excuſabiles ab obligatione mutui: q̄ntūcūqꝫ videantur habere coloratas excuſatiōes. ꝓbat triplicit. Primo quia ſapiens ait. Ne innitaris prudētie tue. Scḋo q꞉ non niſi bono iudicio ſtandumē ⁊ credēdū. modo iudiciū ī ꝓpria cauſa non ē bonū. igit. Minor ꝓbat triplicit. Primo a ſigno. nam hinc ordinatū fuit ꝙ nemo deberet eē iudex in ꝓpria cauſa. Secūdo quia q̄libet eſt affectꝰ ad ꝓpriā cauſā modo i rebus amatis vel exoſis nemo bene iudicat. Nam amor ⁊ odiū ꝑuertūt iudicium. Tertio q꞉ ꝙ iudici ꝓhibetur munerū acceptio eſt ex eo q꞉ affectio inde ſurgens ad dantē nata ē ꝑuertere iudicē. modo diuites ſūt affecti ad retētionē ⁊ augmētationē ſuarū diuitiarū. igit in earū erogatione ꝑ mutuū vel elemoſynā nō facile debent ſtare ꝓprio iudicio quo ſibi vident excuſabiles: ⁊ ꝑſertim nr̄is temporibꝫ in q̄s fines ſeculi deuenerunt. Cū enī temporibꝫ noſtris natura humana declinando ad veſperā in vltima mūdi etate ſit cōſtituta: cōparat ex toto genere homini ſeni vl' impotēti. modo Areſto. ait q̄rto ethicoꝝ. Omis ſenectꝰ ⁊ omīs impotētia videt illiberales facere. hec enī decreſcente vita creſcit. natura nāqꝫ cū ſagax ſit ⁊ ſuū ſentiat defectum: nititur ꝑ accumulationē diuitiarū ſuis defectibus ſubuenire. Scḋo ꝓbat dictū illud q꞉ non facile deſerenda eſt via tutior ⁊ amplectēda dubia ꝑiculis ſubiecta. modo cōſtat ꝙ homīes ſūt obligati in aliquibꝫ caſibus ſub mortali peccato ad mutuādū ⁊ ſi mutuēt erūt tuti de nō trāſgreſſiōe p̄cepti ſꝫ iudicādo ſe excuſabiles. ⁊ ſic nō mutuādo amplectunt viā non tutā. ſed periculis ſubiectā. igit nō facile tali iudicio credere debēt. Tertio ꝓbat. q꞉ nōnulli viſi fuerūt habere admodū coloratas excuſatiōes q̄ tn̄ eis non ꝓfuerūt q̄ minꝰ atrociter puniti fuerūt a deo. vt patet tribꝫ exemplis. Primū de Saule cui deꝰ non pepercit. ſed de regno ipm ꝓiecit. q꞉ p̄ceptum eiꝰ nō cuſtodiuit q̄uis Saul pro ope qḋ p̄tēdebat ſe excuſandū putaret. j. Reg. xv. Vn̄ videāt multi q̄ ſibi fingunt etiā leuiſſimas excuſationes q̄bus cōtenti audacter agāt que nō licēt ⁊ caueāt ne ſimile periculū incurrant cū Saule. Scḋm exemplū eſt. ij. Reg. vj de Oza qui lꝫ cauſā vrgentē haberet vt tāgeret arcā dei. q꞉ declinauit ad caſū: tamē interfectꝰ eſt a dn̄o ꝓ temeritate q̄ ſoluit p̄ceptū dn̄i de nō tāgendo arcā ſaltē nudaꝫ q̄ ſic tangi nō debebat niſi a ſacerdotibꝫ lꝫ etiā alie cauſe illius interfectionis aſſignētur. Quid ḡ de illis dicemꝰ q̄ ſpōtanee fabricant ſibi cauſas q̄bus de trāſgreſſione p̄cepti dei excuſari putant. quid agūt niſi ꝙ ſeipſos decipiunt ⁊ cecos faciūt quādo ſibiipſis ſecuritatē ſtatuētes cōſcientiā deponūt: ⁊ de peccato ī peccatū corruūt. Tertium exemplū eſt. iij. Reg. xiij. de propheta miſſo de Juda ad Jerobōā ī bethel habente p̄ceptum a dn̄o ne in loco illo comederet ⁊ biberet. qui ibi comedens grauiter fuit punitꝰ. lꝫ inductus ⁊ deceptus fuerit a ꝓpheta loci illiꝰ dicente ſibi ꝙ ⁊ ipe ꝓpheta eſſet ⁊ ꝙ dominꝰ iuſſerit vt ſecū comederet ⁊ q̄uis ita deciperet: nihilominꝰ deus prophetā ſuum cōſentientē falſo ꝓphete ⁊ cōtra p̄ceptum eiꝰ cū illo ibi comedentē: a leone interfici fecit ⁊ cadauer in ſepulchrū patrū ſuoꝝ ob hoc nō inferēdū p̄dixit. potiꝰ ergo tales iudicio alioꝝ ⁊ hoc peritoꝝ ⁊ timoratoꝝ ſtare debent q̄ꝫ ꝓprio.

Quintū dictū. cū homo vult iudicare an ne bona q̄ habet ſint neceſſaria nature ſue ⁊ ſuorum vel

perſone vt ſic diiudicet an ſit obligat⁹ ad mutuãdũ vel nõ: ꝫ poſſit reſpicere nõ tñ ad ea que nũc ſibi incũbũt, ſed etiã ad ea q̄ ſibi incũbent in futuro tp̄e: nõ tñ ē licitum velle metiri bona ſua ſm̄ q̄ſcũqꝫ caſus futuros poſſibiles ſibi ⁊ ſuis accidere. Prima ps ꝓbat̃. q: licitũ eſt homini eē ꝓuidũ modo ꝓuidentia reſpicit futura. igiť ⁊ hoc eſt etiã de mēte Nicolai de lyra. j. Joh. iij. loquentis de habente ſupfluũ victui ⁊ veſtitui vbi addit dicēs. Cõſideratꝫ neceſſitatib⁹ pſone ⁊ ſtat⁹ ⁊ nõ ſolũ ſm̄ p̄ſentē ſtatũ ſed etiã ſm̄ ea q̄ ꝓbabiliter poſſunt occurrere ⁊ frequēter occurrũt. Scd̄a ps ꝓbat̃ nã ſi ſic tunc poſſet hõ q̄tũcunqꝫ diues iudicare ꝙ ea q̄ haberet eſſent neceſſaria ſibi ⁊ ſuis. q: null⁹ eſt tam diues q̄n in maximis diffortunijs ſibi poſſibilib⁹ euenire indigeret omnib⁹ illis. Scd̄o ſic. q: h̄ eēt (vt ſanct⁹ Tho. dicit in ſcd̄a ſcd̄e vbi ſup̄) de craſtino cogitare: qd̄ dominus ꝓhibet Matth. vj.

Sextũ dictũ. ꝫ ĩ tertio caſu tacto in q̄nta ⁊ ſexta ꝯcluſionib⁹ homo teneatur ad mutuandũ: poſſet tñ excuſari a peccato in duob⁹ caſib⁹. Primo ſi reſeruaret magis indigentib⁹. Scd̄o ſi eque indigentib⁹ ꝓpinquiorib⁹ vl' dignioribꝫ. Ratio. q: magꝫ tenet̃ vtriſqꝫ iam dictis. ſi igiť vt his q̄bus magis obligat̃ ſuccurrat nõ ſuccurrit q̄b⁹ minus tenet̃ erit merito excuſat⁹: ſalua limitatione dicenda in ſolutione tertij argumẽti. Sꝫ ꝯ p̄mo arguit̃ ſic. h̄ homo habet ſupflua: ⁊ hic paup eſt in arta neceſſitate: ⁊ aſſunt locus ⁊ tp̄s. igiť tenet̃ ei mutuare. ꝰ non mutuãdo nõ excuſat̃. Dicendum negãdo antecedēs ꝓ ſcd̄a pte. Nã non adeſt locus ⁊ tp̄s ſi hic diues ꝓponit melius dare. Scd̄o ſic. quecunqꝫ vultis vt vobis faciãt hoĩes ⁊ vos facite illis. Sꝫ iſte diues iuſte ⁊ diſcrete vellet ſibi mutuari ſi eſſet in ſtatu hui⁹ indigentis. igiť idē tenet̃ mutuare huic indigenti. igiť nõ mutuãdo nõ excuſat̃. Dicendũ ſi iſte diues eſſet ĩ ſtatu iſti⁹ indigẽtis: haberet indiſcretã voluntatem ſi vellet ſibi omnib⁹ modis mutuari: puta etiã in caſu quo alius mel⁹ ꝓponeret ſe acturũ de illo mutuo: q̄le eſſet ſubuenire primo magis indigenti vl' digniori.

Tertio ſic. j. Joh. iij. Qui habuerit ſubſtantiã vt ſup̄. Sꝫ iſte diues habet ſubſtãtiã hui⁹ mũdi: ⁊ videt fratrem ſuũ neceſſitatem habere. ꝰ ſi claudit viſcera ſua ab eo ita ꝙ nõ mutuet ei: charitas dei non ē in illo. Nec valet ſi dicat̃ ꝙ nõ claudit viſcera quo ad cõpaſſionē. q: hoc idē teneret̃ etiã ſi nõ eſſet diues. ⁊ ſic fruſtra p̄miſiſſet Johãnes dicēs. Qui habuerit ſubſtãtiã hui⁹ mundi. Dicendũ ꝙ tenet̃ non claudere viſcera etiaꝫ ꝑ effectualē dationē niſi ꝓponat ſe melius diſpenſaturũ illa bona. attamen ad hoc vt ꝓpoſitũ melius diſpēſandi excuſet diuitē oportet (vt videtur) ꝙ ſit talis caſus ꝙ ꝑ hoc ꝙ mutuaret illi indigenti pro hoc tp̄e: ipē impediret̃ a mutuando alteri meliori vel digniori vel magis indigenti: puta q: ali⁹ de primo eēt petitur⁹ idipſum a diuite. ſec⁹ vbi mutuatio vni facta non p̄iudicaret q̄ min⁹ poſſet etiã alteri fieri. et h̄ vel ꝓpter abũdãtiã diuitiis ſufficiẽtis vtriſqꝫ mutuare vel ꝓpter ĩteruallũ tp̄is in quo prim⁹ interea reſtitueret diuiti.

Queſtio. XX.

# Utrum in caſibus

ĩ q̄b⁹ hõ tenet̃ ſub pena pc̄ti mortalis mutuare primo: requirant̃ aliq̄ circũſtãie ad hoc ꝙ mutuatio ſit act⁹ virtuoſus? Solutio q̄ſtionis ſtat in trib⁹ ꝯcluſionib⁹.

Prima cõcluſio. ad h̄ req̄runt̃ ſeptem circũſtãtie ſcꝫ quis: cur: quid: cui: quõ: vbi ⁊ q̄ñ. ⁊ q̄ttuor p̄me ⁊ due vltime declarant̃ in hac p̄ma ꝯcluſione. Primo igiť req̄rit̃ quis. nam mutuãs debet eē talis q̄ habeat bona q̄ non ſũt neceſſaria nature ꝓprie ⁊ nature ſuoꝝ q̄b⁹ per pri⁹ tenet̃: vt patuit in. ix. ꝯcluſione: alioq̄n mutuatio erit vitioſa regulariter loquēdo ⁊ dico regulariter ꝓpter fallentias ibidē exp̄ſſas. Cui. naꝫ mutuatio debet fieri indigẽti alioq̄n nõ cadit ſup debitũ obiectum. attamē nõ oportet ꝙ ſit ardua indigentia ad h̄ ꝙ mutuatio nõ ſit vitioſa. ꝫ req̄ratur ad h̄ ꝙ omiſſio mutuationis ſit mortalis.

Per cui etiaꝫ ē intelligẽdũ ꝙ recipiēs nõ tñ nõ debet eſſe abuſur⁹ re mutuata. alioq̄n ſi id ſciat mutuãs: mutuatio erit vitioſa. Quid. nã res mutuãda debet eſſe ipſi⁹ mutuãtis. nã mutuare ē de meo facere tuũ ita ꝙ debet eſſe in dominio mutuantis: et fieri de dominio recipientis. modo nemo pl⁹ iuris in aliũ trãſferre p̄ōt q̄ꝫ ipē noſcit

habere. Itē q2 ſi eſt aliena: mutuādo eā cōtrectat vterq3 rē alienā. igiť peccāt. ⁊ ſic mutuatio erit vitioſa. Cur. id ē ob quā cauſā finalē. Nā debet ꝓpter deū mutuare ⁊ gratis. id eſt nō ꝓpter lucrū tꝑale ↄſequēdum. alioq̄n erit mutuatio vſuraria. de q̄ circūſtātia latꝰ diceť in ſequētibꝫ q̄ꝫ neceſſaria ſit. Quinto ⁊ ſexto reqrunť vbi ⁊ qñ. id ē locꝰ ⁊ tꝑs. q2 ſicut alij actꝰ virtuoſi debent fieri in debitis locis ⁊ tꝑibꝫ: ſic ⁊ iſte. vnde mutuatio nō debet fieri ſup altaribꝰ ſacris numerādo pecunias nec tꝑe diuinoꝝ officiorū ſi illis mutuās ⁊ mutuū recipiēs intereſſint vel itereſſe debēt. Quo modo. Nā ad h̄ ꝙ mutuatio fiat virtuoſe ⁊ laudabiliter: reqriť debitꝰ modꝰ de q̄ i ſcđo dicto.

Scđa ↄcluſio. debitꝰ modus mutuandi ↄſiſtit in. xj. punctis ſcꝫ ꝙ mutuādo cōpatiať primo cui mutuat. Scđo ꝙ benignis verbis fiat. Tertio ꝙ mutuet ſibi ſufficiētiā ſi pt. Quarto ꝙ hilariter. Quīto ꝙ humiliter. Sexto ꝙ diſcrete. Septimo ꝙ celeriter. Octauo pie. Nono faciliter. Decimo ordinate. Undecimo ex charitate. Qꝫ aūt talis modꝰ requirať pbať. q2 talis modus reqriť ad h̄ ꝙ virtuoſe ⁊ laudabiliť donet elemoſynā. igiť etiāꝫ ad h̄ ꝙ virtuoſe mutuet. tenet ↄſequētia a ſimili: imo a minori affirmatiue cū donare ſit difficiliꝰ opus: ⁊ tñ ad ipm tales ↄditiones reqrunt: multo magis ad mutuare qđ ē faciliꝰ. Antecedēs ꝓbatur inductiue. Cōpaſſio inqꝫ reqriť Eſa. lviij. Cū effuderis eſurienti aiāꝫ tuā. hoc aūt ē p cōpaſſionē. Benignitas vbi Eccī. xviij. Nōne ardorē refrigerabit ros. ſic ⁊ verbū meliꝰ q̄ꝫ datū. Abūdātia dati. Tobie. iiij. Si multū tibi fuerit: abundāter tribue. ⁊. ij. Corꝫ. ix. Qui parce ſeminat: pce metet ⁊c. Hilaritas dātꝫ Eccī. xxxv. In omī dato hilarē fac vultū. ⁊. ij. Corꝫ. ix. Nō ex triſticia aut neceſſitate. hilarē eni datorē diligit deus. Humilitas dantis. Prouerb. xxviij. Qui deſpicit depcātē ſuſtinebit penuriā. Diſcretio Eccī. xij. Da iuſto et ne des peccatori. Quō tñ hec ↄditio ſit intelligēda: diſcernēdo ſcꝫ inter iuſtū ⁊ iniuſtū i mutuando: habitū ē in tertio dicto pcedētꝫ q̄ſtiōis. Per diſcretionē etiā in mutuo ſuandā intelligi pōt vt nō mutuet tātā abundātiam vt vel ipe vel ſui q̄bꝫ teneť nō patiāť neceſſitatē aut vt vni ſupflua quibꝫ recipiēs nō indiget mutuet. ⁊ alijs eq̄ vel magis indigentibus ſubuenire nō poſſit. Celeritas. Prouerb. iij. Ne dicas amico: vade ⁊ cras dabo tibi cū ſtatim poſſis. Pietas. j. ad Timot. iiij. Exercitatio corpis ad modicū valet. pietas aūt ad oīa vtilis ē. Facilitas. j. ad Timot. vlť. Diuitibꝫ huiꝰ ſeculi p̄cipe facile tribuere communicare. Ordo dādi Eccī. iij. Miſerere aīe tue placēs deo. i. ſi vis ordinate miſereri incipe a teipſo et cōſequenter proximis. ⁊ dehinc extraneis. ⁊ ſic d alijs. Charitas. j. Corꝫ. xiij. Si diſtribuero in cibos pauperū oēm facultatem meā: charitatē aūt nō habeā: nihil mihi pdeſt. Attñ charitas ad actū donādi elemoſynā nō requiriť ad h̄ ꝙ ſit virtuoſus ſic intelligēdo ꝙ ſi carens charitate mutuet vel donet elemoſynāꝫ: actꝰ ille ſit vitioſus vel nullo modo virtuoſus: imo pōt talis actꝰ eſſe moraliter bonꝰ ſi eū faciat ꝓpter deū et alijs circūſtātijs ſuatis: q̄ꝫuis agēs in hac vice nō ſit in gr̄a dei ſed requiritur ad h̄ ꝙ ſit virtuoſus meritorie.

Tertia ↄcluſio. debitꝰ ordo ſeruādus in mutuo ↄſiſtit in nouē pūctis ſequētibus. qđ patet. q2 in talibꝫ nouē ↄſiſtit debitꝰ ordo ſuādus dādo elemoſynāꝫ. igitur etiā in mutuādo. tenet ↄſequētia vt i ſcđo dicto pbatū ē. Antecedēs ꝓbať. Nam ſm Ambro. Si donās nō pōt oībꝫ indigentibus ſufficere: cōſiderare debet fidelē. q2 fidelis p̄ferēdus ē infideli. qđ itelligēdū ē ceteris paribꝫ: ⁊ p̄cipue ſtāte eqlitate indigētie. nā ſi infidelis eēt i extrema: ⁊ fidelis in citeriori: potiꝰ eēt ecōtra agēdū. Siliť ſi in eqli neceſſitate eēnt: attamē ſperareť ꝙ infidelis ex hmōi dono tm̄ afficereť ꝙ ↄuertereť ad fidem q̄ alꝭs nō fuiſſet ↄuertēdus. aut ſi ex denegatiōe ſibi facta ita ſcādaliſareť ꝙ cū alꝭs ↄuerti voluiſſet: nūc aūt nollet: iam potiꝰ p̄ferēdus eēt infidelis fideli. Scđo ↄſiderādus ē locꝰ. nā illi q̄ captiui teneť ab hoſtibꝫ: ſūt alijs p̄ferēdi. hi enim minꝰ poſſūt conqrere q̄bꝫ indigēt aut notificare ſuas indigētias diuitibꝫ. Tertio ↄſiderāda ē cauſa vt ſi captꝰ ꝓpter debitum iniuſtū excrucieť in carcere. nā ſi oībꝫ debeť miſericordia iuſto ampliꝰ. vnde p̄ferēdus ē ceteris paribꝫ iuſtus iniuſto. Quarto debilitas. q2 claudi ceci ⁊ valitudinarij ſūt alijs

p̄ferēdi ceterꝫ parib⁹. Quinto nobilitas.i.
verecūdia q̄ ingenuos ꝓdit natales.nā ta-
les pl⁹ verent̄ petere ⁊ ꝓ ꝯſequēs min⁹ innote
ſcere pōt eoꝝ indigētia diuitib⁹. Vñ ⁊ bea
tus Nicola⁹ ſtuduit ſuccurrere cuidā nobi
li q̄ ob inopiā voluit tres filias ꝓſtituiſſe
vt de cōmertio illo infami aleret̄. Sexto
etas q꞉ ſenes iuuenib⁹ ceterꝫ parib⁹ ſūt p̄fe
rēdi. Septimo ꝯiūctio vl' attinētia.nā ex-
hibitio charitatꝫ ⁊ bñficioꝝ ad magis ꝯiū
ctos ꝓpinq̄s ⁊ attinētes magꝫ ē attēdēda.

Circa tn̄ h̄ ſeptimū nota ſm̄ Tho. ſcd̄a
ſcd̄e.q.xxxj. ꝓpinq̄tas vni⁹ hoīs ad aliū
pōt attēdi diuerſimode ſm̄ diuerſa i q̄bus
hoīes ſibi ad inuicē cōmunicāt vt ꝯſāgui
nitas i naturali ꝯiūctiōe: ꝯciues i ciuili ⁊
fideles i ſpūali. ⁊ ſic d̄ alijs. ⁊ ſm̄ diuerſas
ꝯiūctiōes ſūt diuerſa bñficia impendēda
nā vnicuiqꝫ magis ē bñficiū impēdēdū ꝑ
tinēs ad illā rē ſm̄ quā ē nob magꝫ ꝯiūct⁹
⁊ h̄ ē veꝝ ſimplicit̄ loquendo. q꞉ illō pōt ⁊
debet aliq̄n nō ſuari ſm̄ varietatē locoꝝ
tēpoꝝ ⁊ negocioꝝ. naꝫ in aliq̄ caſu magis
ſubueniēdū ē extraneo puta in extrema ne
ceſſitate q̄ꝫ patri nō patiēti illā neceſſitatē
Itē iter ꝓpinq̄s etiā ē talis ordo ſuandus
q̄ꝫ parētes ſunt oīb⁹ alijs ꝓpinq̄s p̄ferendi
adeo q̄ꝫ ſi neceſſitates ſint eq̄les: pater infi
delis p̄ferēdus ē i exhibitiōe nutrimēti ex-
traneo fideli. ⁊ etiā parētes ſūt filijs p̄ferē-
di in extrema neceſſitate. nullū eni benefa
ctoris bñficiū ē ſicut parētū. ſec⁹ vbi neceſ
ſitates nō ſūt eq̄les vl' aliq̄ alia ꝯditio pre
ponderet puta cōmunis vtilitas eccl'ie vl'
reipublice. Octau⁹ pūct⁹ et non⁹ poſiti ab
Ambro. ſūt mod⁹ ⁊ tp̄s. ſꝫ illa omitto. q꞉ ꝑ
modū ipe itelligit diſcretionē. modo illa ē
expedita i ſcd̄o dicto tāq̄ꝫ ſpecies modi vt
h̄ accipio modū. tp̄s ſilr̄ ibidē ē poſitū. h̄
eni ſolū ponēda ſūt illa q̄ reſpiciūt ordinē.
⁊ talia ſūt p̄dicta ſeptē. de iſtis aūt ſic cōſi-
derandis habet̄ diſ. lxxxvj. c. nō ſatis. ⁊ in
ca. ſequenti.

Queſtio. XXI.

## Vtrū mutuare nō

gratꝫ nec ꝓpt̄ deū. ſꝫ ꝓpt̄ lucꝝ tp̄ale ꝯſequen
dū ex mutuo ſeu mutuatiōe rei vltra ſortē
ſit deſcriptio bona ip̄i⁹ vſure: put vſura eſt
pctm̄ ⁊ melior alijs trib⁹ deſcriptiōib⁹ vſu
re ſolitꝫ aſſignari. Solutio q̄ſtiōis ſtat in
duab⁹ ſuppoſitiōib⁹ ⁊ octo ꝯcluſionibus.

**Prima** ſuppoſitio. tres deſcripti-
ones dant̄ de vſura. Pri-
ma eſt Ambro. ſcd̄a Hoſtieñ. tertia magi-
ſtroꝝ. Prima ponitur. xiiij. q. iij. c. pleriqꝫ.
vbi d̄r: q̄dcunqꝫ ſorti accedit ē vſura. ⁊ cū
h̄ ꝯcordat capl'm p̄mū ſcd̄m ⁊ vltimū euiſ
dem q̄ſtionis. Vñ in. c. ij. (⁊ eſt Hiero. ſup
Ezech. li. vj.) d̄r q̄ꝫ ſcriptura appellet vſurā
ſupabundantiā: quicq̄d illud ē ſi ab eo qd̄
dederint pl⁹ reacceperint. Itē in ca. vltimo
ex ꝯcilio agathenſi d̄r. Vſura ē vbi ampli
us req̄rit̄ q̄ꝫ qd̄ datur. Scd̄a ē. Vſura eſt
q̄dcūqꝫ ſolutioni rei mutuate accedit ip̄i⁹
rei vſus gr̄a pactione iterpoſita vel hac in
tētione habita i ꝯtractu vel exactiōe habi-
ta ex poſt facto. Tertia ē. Vſura ē lucrū ex
mutuo p̄ncipaliter intentū. Et q̄ꝛ fit hic
mētio de ſorte nota q̄ꝫ ſors capit̄ q̄drupli-
citer. Primo ꝓ euētu fortuito. q̄ modo ac-
cepit Lucan⁹ poeta dicēs. O miſeri ſortis
q̄ꝫ nō in punica nati. Scd̄o ꝓ ſigno diſtin
ctiuo vt ē faba vel ſcedula vl' aliud ſenſibi
le ſignū ordinatū ad h̄ vt ſi ceciderit ſuper
aliquē: ꝯcludit̄ q̄ꝫ illi debeat fieri aliq̄d ta-
le. ſicut ſors miſſa fuit ⁊ cecidit ſup Ionā
⁊ ſilr̄ ſors cecidit ſup Mathiam. Actꝫ. j. ⁊
Jone. j. Tertio pro portiōe hereditatꝫ vel
poſſeſſionis eo q̄ꝫ aliq̄n tales ſorte diuidi
ſolebāt. ⁊ hoc modo poſſeſſiōes filioꝝ iſrl'
dicebātur ſortes vt patꝫ ꝑ libros legales.
Quarto accipit̄ ꝓ capitali qd̄ q̄s alteri tra
dit i mutuo vel alio ꝯctu. ⁊ ſic capit̄ hic.

**Scd̄a** ſuppoſitio. vſura capitur du
pliciter. Vno modo forma-
liter ſcꝫ put ē pctm̄. ⁊ ſic optet ipam accipi
ꝓ aliquo actu elicito vl' impato a volūtate
exiſtēte formaliter i ip̄o hoīe. naꝫ oīe pec
catū ē act⁹. Alio modo accipit̄ materialit̄
ꝓ re circa quā cōmittit̄ illō pctm̄ qd̄ dicit̄
vſura. ⁊ ſic incremētū ſortis. i. lucrū qd̄ q̄s
intēdit ꝯſequi. ⁊ cōſequit̄ ex mutuatiōe rei
d̄r vſura. q꞉ intēdendo illud incremētū ſic
q̄ꝫ ꝓpter ip̄m fit mutuatio cōmittit̄ vſura q̄
eſt pctm̄. Dicit̄ aūt vſura ab vtor vteris eo
q̄ꝫ tunc cōmittit̄ vſura: q̄n q̄s accipit aliq̄d
ꝓ vſu rei cui⁹ tn̄ vſus non pōt ſeparari a do-
minio: q̄n ei⁹ vſus ſit ei⁹ ꝯſūptio. q̄ꝫ autem
aliq̄ dicūt q̄ꝫ dicit̄ vſura q̄ſi vſus eris: q̄ ad
vſū veꝝ ē ꝑ deriuationem. q̄ ꝓ ad ly eris
videt̄ eſſe ethymologia nō deriuatio.

**Prima** ꝯcluſio. predicte tres deſcriptiones non eſſent bone ſi darētur de vſura ꝓut vſura eſt pctm̄. ꝓbatꝰ. qꝛ nulla taliū ꝯuenit vſure vt vſura ē pctm̄. Nā vſura q̄ ē pctm̄ nō ē ipa res vel lucrū qḋ q̇s intēdit obtinere vltra ſortem vel obtinet. qꝛ tale lucrū ē res non formaliter inherēs ipi vſurario: ſicut tn̄ vſura cōſtēs pctm̄ ē actus formaliter inherens.

**Scd̄a** ꝯcluſio. capien (vſurario. do vſurā materialiter: deſcriptio eiꝰ ab Hoſtiēſi poſita eſt bona. ꝓbatꝰ. qꝛ habet ꝯditiones bone deſcriptionis. et declaratur ꝑ ſex clauſulas eius. Prima eſt quodcūqꝫ. ꝑ cuiꝰ intellectu nota ꝙ quodcunqꝫ capitꝰ dupliciter. Uno modo relatiue ꝛ vniuerſaliter. ꝛ ſic ſenſus ē ſupple lucꝝ quodcūqꝫ Alio modo capitꝰ infinite ac ꝑticulariter vel indefinite: ꝛ ſic ē ſenſus ē aliquid. Scd̄o nota ꝙ illud dictū ſcꝫ ē quodcunqꝫ ſolutioni rei mutuate ꝛc. ꝑōt dupliciter legi. Uno modo ꝑ moduꝫ diffinitionis. ꝛ ſic eſt ꝑdicatū ꝛ vſura ſubiectum ſcꝫ hoc modo. vſura ē quodcūqꝫ ſolutioni ꝛc. Alio modo non ꝑ modū diffinitionis: ſed ꝑ modū regule vel enūciationis vniuerſaliter declarantis q̄ res vſura dici poſſit. ꝛ ſic quodcūqꝫ eſt ſubiectuꝫ ꝓpoſitiōis. ꝛ h̄ modo videtꝰ Ambro. ꝓpoſuiſſe: lꝫ alij illud legātꝰ ꝑ modū diffinitiōis. tunc pono tria dicta. Primū ſi legatꝰ ꝑ modū diffinitiōis: oꝑtet quodcūqꝫ nō accipe vniuerſaliter et relatiue. ꝓbatꝰ: quia illa ꝓpoſitio eſſet falſa: vſura eſt quodcūqꝫ: qꝛ cēt ſenſus: vſura eſt omne lucrū ꝛc. Modo ois illa ꝓpoſitio ē falſa i qua ꝑdicatꝰ vniuerſale vniuerſaliter ſūptū. ſicut dicēdo: homo ē omne animal rationale. nam q̄libet ſingularis eſt falſa. Naꝫ illa vſura nō ē omne lucrū. oꝑter h̄ ꝙ vt legitꝰ ꝑ modū diffinitionis: quodcunqꝫ capiatꝰ infinite vel indefinite: vt ſit ſenſus: eſt aliq̇d qḋ accedit. Scd̄m dictuꝫ. ſi ſcd̄o modo legatꝰ vera ē illa: vſura ē quodcunqꝫ etiā capiēdo quodcūqꝫ vniuerſaliter. quia tūc debet intelligi cōuerſiue ſcꝫ om̄e lucrū qḋ accedit ꝛc. eſt vſura. Ex aūt ſiue legatꝰ ꝑ modū diffinitiōis ſiue ꝑ modū regule vtatur Hoſtiēſis vniuerſali dictiōe lꝫ nō vniuerſaliter capta ſcꝫ quodcunqꝫ: ē ad denotādū ꝙ ſi q̇s mutuet ꝓptꝰ aliquā rem tꝑaleꝫ obtinēdā vltra ſortē non refert q̄lis ſit illa res. qꝛ qualiſcūqꝫ ſit ſiue ſit eſca veſtis: ſuꝑtiū: pecunia aut frumētū: ager vl' domus: dūmodo ſit res eſtimabilis ꝑcio: mutuās peccat pctō vſure. Un̄ ꝯuis nō q̄libet res ſit nata mutuari. ſꝫ ſolū illa cuiꝰ vſus ē eiꝰ ꝯſūptio: vt patuit. q. xviij. tn̄ q̄libet res ꝑt eſſe illḋ lucrū vl' incremētū ꝓpter qḋ q̇s intētione vſuraria mutuat. Un̄ Hiero. ſuꝑ Ezech. li. vj. ꝛ habetꝰ. xiiij. q. vj. putāt q̇dā vſuras tm̄ eſſe i pecunia qḋ ꝓuidens diuina ſcriptura ois rei aufert ſuꝑabundātiaꝫ vt plꝰ nō recipias q̄ꝫ dediſti. Itē alij ꝑ pecunia fenerata ſolēt munuſcula diuerſi generis accipe ꝛ nō intelligūt ſcripturā vſuraꝫ appellare ſuꝑabundantiā: quicq̇d illud eſt ſi ab eo qḋ dederint plꝰ reacceperint. hec ille. Et Ambro. de Nabuthe (vt ibidē in. c. ſequēti habetꝰ) ait. Pleriqꝫ refugiētes ꝑcepta legis cū dederint pecuniā negociatoribus: nō in pecunia vſuras exigūt. ſed de mercibꝫ eoꝝ tanqꝫ vſuraꝝ emolimenta ꝑcipiūt. ideo audiāt q̇d lex dicat: neqꝫ inquit vſuram eſcaꝝ accipies neqꝫ omniū rerum Item eſca vſura eſt: ꝛ veſtis vſura eſt ꝛ q̇dcunqꝫ accedit ſorti vſura eſt. ꝛ quod velis nomen ei imponas vſura eſt. Itē ſi q̇s inſtaurandū cōuiuiū putat ad negociatoreꝫ mittit vt abſinthiaci cupellam deferat ſibi gratis ad cauponē dirigit vt picenū vinū aut tiriacum requirat. ad laniū vt billā ſibi pcuret: ad alium vt ſibi poma adornet. hec ille. Unde inualiduꝫ eſt argumentum Hoffri. arguentis cōtra Ray. ꝙ vſura nō ſit in ſolis rebus quarum vſus eſt earū cōſumptio vel in rebus mutuabilibus. nam vt arguit ſi pro pecunia mutuata recipiaꝫ equum predium vel veſtem vſura eſt. ꝛ tamē equus prediū ꝛ huiuſmodi: nō ſūt res quarum vſus eſt earū cōſumptio vel non ſunt res mutuabiles. Ad hoc enī argumētū faciliter reſpondetꝰ ꝙ ꝯuis vſura capta ꝑ incremento vſurario poſſit eſſe quecūqꝫ res tēporalis eſtimabilis ꝑcio: tamen vſura capta pro peccato vſure ſolum conſiſtit in mutuatione illarum rerum que vſu cōſumuntur. ꝛ non in conceſſione quarūcūqꝫ rerum.

**Tertiū** dictū ꝯueniēter ponitꝰ lucrū ſubintellectū i q̇dcūqꝫ ꝑ ꝑma clauſula. qꝛ ē genꝰ ad vſurā materialiter captā. Nā lucrū extēdit ſe ad lucrū

Ad deci mā quintā nō apparet euaſio quin probet ꝓpoſitū ſaltē ꝑticulariter. ſc3 i caſu vbi mutuatarius indiget forte 2 mutuator nō indiget ea. ſ3 tn̄ aduerſari9 cauillādo diceret ꝙ nō ꝓbat ꝓpoſitū q̄n in caſu q̄ neuter indiget: 2 tn̄ vn9 ab altero mutuū petit vt fit in diuitibus anhelantib9 ad inſatiabilia lucra nō eſſet ꝯ legē nature ꝙ alter alteri mutuaret ad vſurā, q2 vis illi9 rōnis tali caſui applicari nō poſſet q̄uis eſſet ꝯtra legē diuinā.

Ad decimā ſextā diceret̄ quadrupliciter. Primo ꝙ ſi ꝯcluderet: etiā cōcluderet ꝙ in caſu in q̄ datio elemoſyne (q̄ eſt etiā q̄dā donatio: et ita cōtract9 ex diuina inſtitutiōe ḡtuit9) eſſ3 ꝯſilij tn̄: nō poſſē dare eleēoſynā ad redimēdū vexatōz, qđ eſt falſū. Seq̄la ꝓbat̄ q2 iam illā datiōnē facerē emptionē et q̄ſi ꝓ mercede: q2 illa datio eſſet redēptio vexationis: et ſic eſſet emptio ceſſatiōis, q2 redēptio includit emptionē: 2 hoc talis vexationis a q̄ ali9 nō tenebat̄ ceſſare: q2 ſtat ꝙ etiā in caſu in q̄ datio elemoſyne eſt tn̄ cōſilij: mēdic9 poſſit licite petere diuitē vt ſibi det. Scđo diceret̄ ꝙ illa q̄ inſunt contractui ſunt triplicia. Quedā ſūt ei ſubſtātialia, q̄dā naturalia, q̄dā accidētalia. Homo aūt pōt licite facere ꝯtractū etiā omiſſo illo qđ ei eſt accidētale 2 etiā qđ ei eſt naturale niſi ꝓhibita ſit omiſſio illi9 naturalis. Sine aūt ſubſtantiali illius ꝯtractus nō pōt eū facere ſiue de iure ſiue de facto: ſic nec q̄s pōt facere domū ſine parietib9 2 fundamēto. Gratis aūt fieri nō eſt ſubſtantiale ꝯtract9 mutui ſ3 eſt naturale. ergo pt̄ ſaltē ſine illo naturali fieri tā de facto q̄ȝ de iure. niſi oſtendat̄ ꝙ ꝓhibita ſit omiſſio illi9 naturalis. Nō hoc illa rō nō oſtēdit niſi ipa velit recurrere ad legē diuinā ꝓhibentē. mō hoc faciēdo nō ſeq̄t̄ ꝙ actus cū tali omiſſione ſit ꝯ legē naturalē: ſed bn̄ ꝙ ſit ꝯtra legē diuinā. Maior aūt hui9 ſcđe reſpōſionis patebit diffuſi9 ifra q̄ōe. lxx. et. lxxxiij. 2 p3 exemplariť. Nā regulariter de natura ꝯtract9 emptōis eſt ꝙ merx empta ſtet in ꝑiculo emptoris: etiā ſi nōdū ſit tradita 2 tn̄ ꝑ pactū pōt fieri ꝙ non ſtet in ꝑiculo emptoris ſ3 vēditoris. Tertio diceret̄ ꝙ dato ꝙ gratis fieri eſſet nō ſolū de natura imo de ſubſtātia ꝯtc9 mutui, et ita eſſet de ei9 natura nō capiēdo naturā ꝓ cōcomitāte eſſentiā rei. ſic ridere dicim9 naturā vel de natura hoīs: ſ3 ꝓ ipa eſſentia vel ꝑte eſſentie put ꝑtendit argumentū q̄n dicit ꝙ eſt de natura 2 ſpecie ei9. tūc q̄uis nō poſſet fieri licite: imo nec de facto: tn̄ fieret ali9 ꝯtractus ſpē diſtinct9 ab illo: nec ꝑ h̄ ꝙ nō ille ſ3 ali9 i ſpecie diſtinct9 fieret peccaret. p3 in ſilī. Nā cōmodatio ꝑ qđ diſtinguit̄ a locatiōe eſt ḡtuita ꝯceſſio rei ad vſū q̄ nō eſt ei9 cōſumptio. Locatio ꝟo nō eſt ḡtuita ſ3 ꝓ mercede facta ꝯceſſio rei ad vſum q̄ nō eſt ei9 ꝯſumptio. 2 ſic differūt ſolū penes ḡtuitū 2 non gratuitū, 2 ſi q̄s equū ſuū alteri cōmodare nō velit ſ3 tn̄ locare: nō ꝓpt̄ h̄ poterit inferri ꝙ ꝗ peccet: nec taliſ tūc ꝯtractū ḡtuitū faceret ꝓ mercede vl' vēderet: ſed omitteret gratuitū, 2 loco ei9 faceret aliū ꝯtractū nō gratuitū etiā licite niſi eſſet talis 2 tāta indigētia in petēte cōmodationē ꝙ teneret̄ ei gratis ꝯcedere. Attn̄ hec tertia reſpōſio ꝯſequenter haberet dicere ꝙ ꝯtractus mutui eſſ3 diſtinct9 ſpecie ab vſurario ꝯtractu ſic cōmodatio a locatione: qđ eſt ꝯ dicta in q̄ōe. xxi. vbi dictū ē ꝙ mutuū eſt gen9 ad vſurariū 2 ad ḡtuitū

mutuū.itaqʒ ꝑ hoc ꝙ mutuū fit nō gratis nō deſinit eſſe mutuū in ſubſtātia. Quarto diceret̄, dato ꝙ in caſu in q̄ mutuū eſt ꝓceptiſu de natura mutui ꝙ gratis fiat: ſic ō natura ꝙ etiā rō natural' dictet ꝙ mutuās debeat gratis impendere. ꝛ ſic illa rō ꝓbaret mutuū vſurariū in tali caſu eſſe ↄ̄ legē naturalē: nō tm̄ ꝓpter h̄ haberet̄ ꝓbanī ꝙ i caſu q̄ mutuū ē ↄſiliȝ ſit de natura mutui ꝙ gratis fiat. ſic ſcʒ de natura ꝙ ſecluſa lege diuina: naturalis rō dictet ꝙ mutuās debeat gratis impēdere. et ſic nō ꝓbat rō mutuū vſurariū in tali caſu eſſe ↄ̄ legē nature ſicut in ſili cōmodationē in caſu ↄſiliȝ non oportet eſſe ↄ̄ legē nature ſi fiat nō gratis. hoc eſt ſi fiat ꝑ modū locationis, aut ſi fiat cū pacto ꝑmutate accōmodationis. vt ſcʒ al' ecōtra etiā ſibi tꝑe oportuno accōmodet ſilia. Eodē mō poſſet inſtari de donatione. puta: ſi q̄s donationē pecūie n̄ vult grat' facere: ſʒ ꝑ modū emptiōis. ſcʒ ꝓ merce, aut cū pacto vt al' ſilia redonet: nō ob hoc cōuincit̄ peccare, nō obſtāte ꝙ donatio ē ↄ̄tctus etiā natura ſua gratuitꝰ: niſi id in caſu q̄ donatio gratuita eſt ꝓcepti faceret. Silr̄ ↄceſſio feudalis eſt ↄtractꝰ etiā natura ſua gratuitꝰ. ita ꝙ fit nō ꝓ penſione ſʒ in remuneratione ꝛ tm̄ nō ob h̄ peccat q̄ ↄcedit alicui feudū nō gratuite ſʒ ꝓ pēſione: qḋ eſt improprie dictū feudū q̄lia hn̄t aliq̄ eccleſie q̄ a ſuis vaſallis volūt hr̄e nō ſeruitia ꝑſonalia, q2 de illis nō curāt. ſed burſalia vt aliq̄t ſaccos frumenti annuatim. vel par caponū.

Ad decimā ſeptimaʒ diceret̄ ꝙ hū ꝓbat ꝙ mutuatio vſuraria ſit pctm̄ ꝛ illicita ↄ̄ legē diuinā. ſed non ꝓbat ꝙ ſit ↄ̄ legē naturalē. et q̄n aſſumit i maiori quandā ꝓpoſitionē q̄ eſt legis natural': et in minori dicit ꝙ mutuatio vſuraria ſit ↄ̄ eandē ꝓpoſitionē: ꝛ ita infert ꝙ ḡ ſit ↄ̄ legē naturalē diceret̄ dupliciter. Primo ꝙ ſi ↄcluderet talis argumētatio: etiā ↄcluderet ꝙ q̄cūqʒ trāſgredit̄ q̄dcūqʒ ꝓceptū poſitiuū eccleſie vel pape: aut poſitiuū iuſſum patris peccaret ↄ̄ legē naturalē ꝛ diuinā: qḋ eſt falſum. Seq̄la ꝓbat̄, q2 etiā ſic argueret̄ lex diuina ꝛ naturalis dictat ꝙ ꝓceptis ſuꝑioꝝ ſcʒ eccl'ie patris ꝛ pape eſt parendū. ꝛ hic hō cōtrauenit ꝓcepto ſui ſuꝑioris ſcʒ eccl'ie pape vel patris. igit̄ peccat ↄtra legē diuinā ꝛ naturalē. Falſitas aūt ↄſequētis ꝑʒ, q2 tūc nō ieiunare in q̄dragesima: vl' nō ire in vineā in caſu i q̄ pater ꝓceperet filio: eſſet pctm̄ ↄ̄ legē diuinā ꝛ naturalē: qḋ eſt abſurdū. q̄uis ſuo mō oīa pctā ſint ↄ̄ legeʒ diuinā ꝓ q̄nto nihil eſt pctm̄ niſi q2 ↄ̄ dei voluntatē q̄ eſt lex. Diceret̄ ſcḋo ad eandē argumentationē ꝙ ex maiori de lege naturali ꝛ minori de lege diuina poſitiua vel hūana poſitiua nō ſeq̄t̄ ↄcluſio de lege naturali: ſed ſolū erit de lege de q̄ fuit minor. q2 concluſio ſeq̄t̄ debiliorē ptē ꝓmiſſarū. ſic ſi vna ē de neceſſario ꝛ altera de ↄtingēti: ↄcluſionē nō oportet eſſe de neceſſario ſʒ pt eſſe ō ↄtingēti. et ſi vna ꝓmiſſarū eſt vniuerſalis altera ꝑticularis nō oportet ↄcluſionē eſſe vniuerſalē: ſʒ pōt eſſe ꝑticularis. Ad ꝓpoſitū dato ꝙ maior illa ſcʒ, ꝙ ſi q̄s ſeruꝰ ꝛc. ſit de lege naturali: tm̄ minor q̄ ad eā partē q̄ exꝑmit̄ iuſſio q̄ dn̄s deꝰ iuſſit gratis impendi mutuū eſt de lege diuina poſitiua vt cauillādo diceret aduerſariꝰ veritat̄: ſaltē in caſu q̄ mutuū ē ↄſiliȝ, et ſic nō poterit inferri ꝙ ḡ talis in caſu mutuādo ad vſurā peccet ↄ̄ legē nature ſed bn̄ ↄtra legē diuinam poſitiuā. Scḋo diceret̄ ꝙ dato ꝙ cōcluderet i caſu q̄ mutuū eſt ꝓcepti, q2 in tali caſu iuſſit dn̄s mutuān nihil recipere vltra ſortē: nō tm̄ ↄcluderet in caſu q̄ mutuū eſt tm̄ ↄſiliȝ q̄n ſcʒ mutuatariꝰ nō indiget: puta eſt eq̄ abundās ſic mutuator vel magis, vel ſi minꝰ nō eſt tm̄ talis indigentia q̄ faciat ꝙ alꝰ teneat̄ ſibi mutuare. Sicut in ſimili ſi habeo panē ꝛ tu petas eū noīe elemoſyne ꝛ nō ſit caſus q̄ tenear eū ꝓ elemoſyna dare: poſſuʒ ꝓ illo pane q̄d exigere licet in caſu quo tenerer tibi noīe elemoſyne dare nihil poſſem exigere.

Ad decimā octauā diceretur ſimpliciter. Primo ꝙ dato ꝙ ꝓbaret mutuationē vſurariaʒ eſſe ↄ̄ legē naturalē in caſu q̄ mutuatariꝰ ē indigēs ꝛ oppreſſus: nō tm̄ in caſu q̄ nō eſt indigēs: ſʒ eq̄ abundās ꝛ abundātior q̄ʒ mutuās, ꝛ ſic ſaltē remanebit illa rō inſufficiens ad ꝓbandū oēm vſurariā mutuationē eſſe ↄ̄ legē nature. Scḋo diceret̄ ꝙ ſi etiā i caſu q̄ mutuatariꝰ eſt indigēs ↄcluderet ꝓpoſitū: tūc eq̄ ↄcluderet ꝙ ſi q̄s alicui idigēti aliq̄ re vēderet eā ꝓ iuſto ꝓcio, puta

pro.x.florenis peccaret.qꝛ emiens eſt op-
preſſus.ſcꝫ neceſſitate ꝛ indigētia illius rei
x.floreñ.et ſibi eã dando p.x.exigit ab eo
xi.floreñ.ꝛ ſic licet releuet eũ ab indigentia
rei.xi.floreñ.iñ loco illiꝰ indigentie onerat
eũ alio onere ſcꝫ.xi.floreñ.ꝛ ſic oneratũ am
plius onerat eũ ꝓ q̃to adhuc vnũ florenũ
ab eo exigit. Et ſi tu euaderes dicendo
nõ eſt ſiĉ.qꝛ ibi nõ onerat eũ onere iniq̃ ſꝫ
equiualēti.qꝛ releuãdo eũ ab indigētia rei
x.floreñ.onerat eũ nõ niſi pcio equalēti.ſe-
cus hic.Cõtra hoc diceret aduerſariꝰ veri
tatis ꝙ in caſu vſurarij exigētis xi.a mu-
tuatario cui ꝯceſſit.x.q̃bꝫ indigebat nõ ini
quo onere eũ onerat ſed equalenti.qꝛ mu
tuatariꝰ erat preſſus in decē.ꝛ ſi mutuatoꝛ
ſolũ oneraſſet eũ in.x.poſt annũ reſtituen-
dis:iam nõ reciperet equiualēs ab eo.qꝛ illi
x.poſt tantũ tps reſtituēdi nõ ſunt ita vali
di ſicut illi.x.q̃s iam habet mutuatarius ſi
eos ſibi retineret.ꝛ iõ vt fiat recõpenſatio
illiꝰ minoris valoꝛ̃ exigit vnũ floꝛ.vltra.
ſecus qñ daret ei.x.ꝛ mox ab eo ꝑ cambiũ
vel ꝑ mutuationē eſſet receptuꝛꝰ alios.x.ſi
milis bonitatis ꝛ eũ hoc aliq̃d vltra illos
decē. Tertio diceret̃ ꝙ ſi ꝯcluderet tunc
ſaltē ille vēditoꝛ peccaret:etiã ſi non ꝓali-
quãtulo minꝰ q̃ꝫ p.x.q̃ ſunt iuſtũ p̃ciũ vē-
deret.qꝛ maioꝛ illiꝰ rõnis non ſolũ dicit ꝙ
nõ debet eũ ampliꝰ opprimere:ſed addit ꝙ
etiã debet eũ releuare.hoc aũt non faceret
ille vēditoꝛ:qꝛ nõ releuaret eũ.nã licet rele
uet eũ ab indigētia illius rei.tñ exq̃ ſtatim
equiualēs p̃ciũ exigit nõ releuat ſicut ille
q̃ tollit graue onus a q̃ ab aliq̃:ſed loco il-
lius eque graue onuſ terre imponit nõ dicit̃
eũ releuare. Quarto diceret̃ ꝙ ille nõ eſt
dicendꝰ ampliꝰ opprimere oppreſſum q̃ op
preſſum ampliꝰ opp̃mit ꝑuo onere q̃ rele-
uatur ab incõparabiliter maioꝛi ꝓut ſup̃
fuit dictũ in ſc̃da ſolutiõe q̃nte rõnis.Sꝫ
ꝯ talē argueret̃ ꝙ licet cõparatiue loquen
do nõ ampliꝰ opprimat:tñ opp̃mit eũ ab-
ſolute loquēdo.ſicut ſi duo inuadãt te v-
nus cõtendit tibi vitã auferre:alter ait.niſi
dederis mihi pecuniã tuã ꝑmittã te ab il-
lo occidi.ſi ꝟo dederis mihi pecuniã tuaꝫ
te liberabo.iã ſc̃ds liberat eum a p̃mo et
nõ opprimit eũ ita dãnoſe ſic p̃mus nitebã
tur ꝛ tñ eũ opprimit.Ita poſſet dici ꝯparã
do mutuatariũ ad creditoꝛē ſuũ p̃mũ qui
cõtendit eum dãnificare in.xl.vel centum
vbi vſurariꝰ mutuãdo ſibi ad vſurã ſolũ
in vno floꝛeno intendit damnificare.

Ad decimã nonã diceret̃ p̃i
mo.dato ꝙ ꝯclu
deret in caſu mutuatiõis vſurarie in q̃ mu
tuatariꝰ eſt indigēs ꝛ mutuãs abundãs ñ
tñ in caſu q̃ vterq̃ eſt abundãs eq̃:vl̃ mu
tuatariꝰ magiſ abũdãs. Sc̃do diceret̃ ꝙ ſi
etiam in caſu quo mutuatarius eſt indi-
gens ꝛ nõ mutuatoꝛ cõcluderet:tunc etiã
ꝯcluderet ꝙ iudex peccaret occidendo re-
um mortis.quia ſi iudex eſſet in illo rea-
tu ꝛ reus in illa iudiciaria p̃tate vellet etiã
diſcreta volũtate ꝙ aliꝰ eũ nõ occideret.qꝛ
hoc volēdo:imo petēdo nõ peccaret.quia
etiã reus mortis põt petere veniã:imo au
fugere ſaltē ante ꝓlationē ſnĩe qñ nõ iura-
uit nõ fugere.Tertio diceret̃ ꝙ maioꝛ ꝓut
eſt legis nature dꝫ ſic intelligi.q̃d tibi fieri
nõ vis volũtate nõ ſolũ diſcreta:ſꝫ etiã vo
luntate ſequēte iudiciũ rõnis p̃ceptiuum
vel ꝓhibitiuũ:alteri nõ facias.puta.ſi ego
vellē ꝙ tu ñ faceres mihi iniuriã:ita ꝙ rõ
mea recta dictat ꝓhibitiue te hoc mihi fa-
cere:tũc id debeo etiã nõ alteri velle facere
et tũc in minoꝛe petit̃ principiũ.qꝛ aduerſa
rio veritatis eq̃ eſt ignota minoꝛ ſic̃ cõclu
ſio.Diceret eñ ꝙ diues ſi eſſet i indigētia
ſaltē nõ grãdi nõ poſſꝫ velle ꝙ aliꝰ diues ſi
bi mutuaret gr̃ãſ:ſic ꝙ recta rõ ſua dictaret
ſibi ꝙ alteri eſſet ꝓhibitũ ꝛ illicitũ nõ gr̃ãs
mutuare.ſicut nec dictaret ſibi ꝙ illi alteri
eſſet illicitũ ꝙ nõ niſi ꝑ viã emptiõis alicu-
ius rei vellet dare ei pecuniã.

Ad vicesimã. Nõ apparet
euaſio ſuffi
ciens. Nã q̃uis aliq̃s dicere poſſet euadē
do ꝙ Areſto.poſuit aliq̃ nõ qꝛ rõ natura-
lis illa ſibi ſufficiēti ꝛ efficaci iudicio dicta
uerit:ſed vt vulgari opinioni ꝛ p̃cedentiũ
phoꝝ ſe ꝯformaret:ꝑ hoc tñ nõ p̃t ſatiſfie
ri p̃ dicte ꝓbatiõi.P̃rimũ ſcꝫ ꝙ p̃dicto mõ
contingeret aliquem velle euadere patet.
Nã Sco.in.iiij.di.xliij.q.ij.vbi q̃dã vo-
lebãt ꝓbare ꝙ demõſtratiue vl̃ neceſſarijs
ꝓbationibꝫ poſſet ꝓbari imoꝛtalitas anie
eo ꝙ Areſto.ꝛ alij phi eã poſuerũt:q̃ hoc
nõ poſuiſſent ſi nõ habuiſſent rõnes neceſ
ſarias ad hoc ponendũ dicit.ꝙ nõ oĩa di-
cta a phis etiã aſſertiua erãt eis ꝓbata per

rationē neceſſariā naturalē: ſed frequenter nō habebāt niſi quaſdā ꝓbabiles ꝑſuaſiones vel vulgarē opinionē ꝑcedentiū philoſophoꝝ. Vñ dicit phs. ij. de celo ꝛ mūdo. iij ca. de duabꝰ q̄ſtionibꝰ difficilibꝰ temptandū dicere qḋ videt̃ dignū eſſe reputātes ꝓmptitudinē magis imputari verecūdie q̄ȝ audacie ſi q̄s ꝓpter philiaȝ ſtare ꝛ paruas ſufficiētias diligit de q̄ maximas habemꝰ dubitatōes. hec ille. Vñ pue ſufficiētie frequēter ſuffecerūt phis vbi nō poterāt ad maiora puenire: ne ↄtradicerēt principijs phie. Et in eodem caplo de alijs aſtris dicunt egyptij ꝛ babylonici a q̄bꝰ multas credulitates habemꝰ de vnoq̄q̄ȝ illoꝝ aſtroꝝ. Vñ q̄nq̄ȝ phi acq̄eſcūt ꝓpter ꝑſuaſiones ꝓbabiles. q̄nq̄ȝ ꝓpter aſſertiōes ſuoꝝ priorū ꝑter rationē neceſſariā. Vñ etiaȝ plato et alij phi multa de ſcriptura veterꝭ teſta. furati ſunt ꝛ ſuis libris imiſcuerūt: vt diffuſe deducit Euſebiꝰ i de ꝑparatōe euāgelica. Scḋm aūt ꝓbat̃. q: Areſto. nō ſoluȝ hoc dicit. ſcȝ vſurā eſſe vituperabilē ſȝ etiā rōnibꝰ nitit̃ oñdere vt in argumēto ē deductū. et ſic nō dixit ſolū iō vt ſcȝ vt ſe conformaret vulgari opinioni ꝑcedentiū philoſophoꝝ. ſed etiā q: ad hoc ponendū fuit rōnibꝰ motꝰ. Et ſi dicat̃. nō habuit niſi q̄ſdā ꝑſuaſiones. Nā etiā rō ſua adducta in argumēto eſt ſoluta. vt videt̃ ſupᷓ i examine ſcḋe rōnis. Dicendū ꝙ ꝓbationes et rōnes ſunt cenſende ſufficiētes q̄n fiūt ſm materiā ſubiectā. cuȝ igitur materia illa ſit moralis: ſufficit ad hoc habere rationē ꝑſuaſiuā groſſam ꝛ figuralē. et ſi nō neceſſariā ꝛ demonſtratiuā ac oīno efficacē. nam diſciplinati eſt intantū certitudinē inq̄rere ſm vnūq̄dq̄ȝ genꝰ inquantū rei natura recipit. ſicut em̄ viciū eſt ↄtentū eſſe ꝑſuaſione in mathematicꝭ: et demōſtratōem exigere in moralibꝰ aut rethoricis ꝑmo ethic. Et eodē mō ad. xxj. non apparet ſufficiens euaſio.

**Ad viceſimā** ſecundā diceretur ꝙ mutuans ad vſurā nō vendit tps ꝓprie loquēdo ſed ſolū improprie. i. vēdit expectationem ſortis ꝑ tps intermediū. hoc eſt ꝑ illa expectatiōe accipit aliq̄d tāq̄ȝ ꝑciū vel mercedem. et hoc mō dȝ intelligi Chryſo. Nō illa expectatio nō ē tps vniuerſale nec particulare: iō nō vendit ꝓprie tps. ꝓbatio autē maioris ꝓcedit de vēdere tps ꝓprie loquēdo. et de illo mō loquendi q̄ dr̄ ꝙ vſurariꝰ vēdit tps diceret̃ etiā infra q̄ōe. lix. Et ſi arguat̃ etiā illā expectationē nō licet vēdere diceret̃ ꝙ dato ꝙ hoc eſſet verū ꝛ oſtēdi poſſet alia rōe q̄ȝ p̄nti. tñ h̄ nō ꝓbat ꝑſens rō. q: illa nō innitit̃ niſi illi fundamēto ꝙ tps vēdere capiēdo ꝓprie nō ſit licitū: ꝛ hoc mō eſt ad ꝓpoſituȝ ideo ſufficit oñſum eſſe illā rationē nō eſſe ſufficientē.

**Ad viceſimā** tertiā diceret̃ ꝙ maior ē vera de rapina ꝓprie capta: nō aūt capiendo generaliter ꝑ q̄cunq̄ȝ ꝓhibita adeptiōe rei aliene. q: ſtaret ꝙ aliq̄ adeptio rei aliene eſſet nō niſi ↄ̄ legē diuinā poſitiuā vel humanam poſitiuā. et ſic eſſet illicita: et per ↄñs eſſet rapina generaliter capiēdo: et tñ non eſſet ꝓpter hoc ↄ̄ legeȝ naturalē. et illo mō diceret aduerſariꝰ eſſe in ꝓpoſito. dicēs ꝙ vſuraria mutuatio eſt illicita ex lege diuina poſitiua eā ꝓhibēte. et iō eſt rapina generaliter capta. nō tñ inferri pt ꝙ ḡ ſit contra legē naturalē. Scḋo diceret̃ ꝙ dato ꝙ Ambro. etiā vellet ꝙ eſſet rapina talis q̄lē lex naturalis dānat: ꝛ ita inferret̃ ꝙ vſura eſſet ↄ̄ legē naturalē: tñ hoc nondū eſſet ratione efficaci oñſum ſȝ ſolū autoritate dicē

**Ad viceſimā** quartā (ns. diceret̃ eodeȝ mō ſicut iam ſcḋo dictū eſt ad ꝑcedentem ꝓbationem.

**Ad viceſimā** quintā. nō apparet ſufficiēs euaſio apud catholicū. q: q̄uis etiā ñ ex rōe ꝓbet̃ i illa ꝓbatiōe mutuationē vſurariā eſſe ↄ̄ legē naturalē: tñ ex autoritate generalis ↄcilij hoc ſatis videt̃ ꝓbari. q: ↄciliū tacite inſinuat eiꝰ ꝓhibitionē eſſe moralē ꝛ nō iudicialem nec ceremonialē. ꝛ ꝑ ↄñs eſt de lege naturali. q: quicq̄d eſt ꝑcepti moralis veterꝭ legis eſt etiā legis naturalis ſuo mō. ſcȝ ſtricte vel large capte. ꝛ ꝑ hec ptȝ ſufficienter deducta tertia ps ↄcluſiōis Quarta ꝟo ps ↄcluſionis ptȝ: q: alique ex eis ſunt efficaces apud catholicū. puta. xx. xxiiij. ꝛ. xxv q: catholicꝰ hȝ etiā tacita dicta ↄcilioꝝ acceptare. habet etiā acceptare ſniam ſ. Ambroſij: vbi ei nec cōiter ↄtradicit̃: nec aliq̄s rationē ſufficientē hȝ ad oppoſitū, vt patet

in.c.ſancta romana.diſt.xv. ſecus vbi ratio ſufficiens haberet ad oppoſitū.vt patz in.c.ego.et noli. ꝛ negare.diſ.ix. Alique etiā ex eis apud alios ꝗ̄ catholicos apparent ſufficiētes vt.xx.ꝗ apud recipiētes doctrinā Ariſto.videt ſatis ꝓcedere vt ibidē dictū eſt. Alique etiā ex eis apud innitētes lumini naturali ſatis cōuincunt ſaltē aliquam mutuationē vſurariā eſſe ꝯtra legez nature illicitā.ſcʒ illā in qua mutuatarius eſt indigēs ſozte illa ꝛ mutuās nō indiget vt patuit de.xv.et etiā de.xviij. Et de prima rōne omittēdo quandā determinationem poſitā in maiori ꝛ minori ꝓut ibidez patuit. Iſte igit ſex rōnes ſunt ceteris meliores ꝛ ſufficiētes in iſta materia morali in qua nō requirit demōſtratio.ſed ſufficit ꝓbabilis oſtenſio vt ptz p phm.i.ethicoꝝ. Cetere etiā ꝓbationes aliq̄ ſunt apparētes licet patiant aliq̄s euaſiones aliqn̄ cauillatorias aliqn̄ legitimas vt patuit. Et hec de pſenti queſtione ſufficiāt.

## Queſtio. XXIIII.

# Utrum ante legez

euangelicā iudeis fuerit peccatū mutuare ad vſurā hoībus ſiue ſue ſiue alterius nationis.et an idem iudiciū ſit de iudeis a tēpore legis euangelice vſqʒ hodie. Solutio q̄ſtionis ſtat in q̄tuoz ꝯcluſionibꝫ.

**Prima** concluſio. Iudeis añ legem euangelicā fuit peccatum mutuare ad vſurā hoīnibꝫ ſue nationis.ſcʒ iudeis:vel melius iſraelitis. Capio eñ iudeū hic p ſuo genere.ſcʒ p iſraelita:qḋ eſt genus ad iudeū. Omnis eñ iudeus eſt iſraelita nō ecōtra. nec oēs iudei q̄ hodie ſunt:ſunt iudei ꝓprie loquēdo de tribu iuda.ſed aliq̄ de tribu leui:aliqui de tribu beniamin. Probat cōcluſio. Iudei ante legē euangelicā ſubfuerūt legi moſayce.mō illa eis ꝓhibet ne mutuēt ad vſuraz hoīnibꝫ ſue nationis.igit. Minoꝛ pbat dupliciter. Primo.nā Deutero.xxiij.dicit Nō fenerabis fratri tuo ad vſurā pecuniam vel aliā rē. Scḋo pbat. qꝛ Leuit.xxv. dicit. Ne accipias a fratre tuo vſuras:nec amplius ꝗ̄ dediſti.ꝛ paulo poſt. pecuniā tuā nō dabis ei ad vſurā:ꝛ frugū ſupabūdātiā nō exiges. Mō p frēs itellexit moyſes ad minus hoīes natiōis iſraelitice.qꝛ oēs tales ab vno patre.ſcʒ Jacob deſcenderūt q̄ ꝛ iſrael dictus eſt. Et dꝛ notanter ad minus. Nā etiā aliqui nō deſcendētes ab iſrael:nec exiſtētes de iſraelitica natiōe etiā vocabant fratres populi iſraelitici.puta idumei:q̄ deſcenderūt ab Eſau frē ipſꝰ Jacob. Unde Deutero.xxiij.dic moyſes ad populū iſrael. Nō abominaberis idumeum:qꝛ frater tuus ē. Ex quo ſequit corelariū ꝙ iudeo nō licuiſſet etiam idumeis mutuare ad vſurā:licet nō eſſent nationis iſraelitice:nec erāt fideles. deſcenderāt tñ ab vno auo.ſ.ab iſaac a q̄ Jacob et Eſau pceſſerāt:de quibus iſraelite ꝛ idumei deſcenderunt.

**Secunda** ꝯcluſio. Iudeis añ legem euangelicam peccatū fuit mutuare hoīnibꝫ ad vſuraz etiā alterius nationis. puta gentilibꝫ:etiā quibuſcūqʒ. Probat q̄nqʒ rōnibꝫ. Prima: qꝛ ante legē euangelicā ſubfuerūt legi diuine nō tm̄ vt illa fuit tradita in libris legalibꝫ moyſi:ſed etiā vt tradita eſt ī libris ꝓphetaꝝ.mō vt ſic lex diuia ꝓhibet eis mutuationē vſurariā reſpectu cuiuſcūqʒ hoīnis.igit. Minoꝛ ꝓbatur. Nam Ezech. xviij.decernit deꝰ ad vſuram mutuare eſſe mortale peccatū nō diſtinguēdo cuicūqʒ hoīni id fiat.et idem facit in libro pſalmoꝝ vt deductū ē ī qōe.xxij.ꝯcluſione tertia.ſicut etiā ibidē fuit gloſa hebraica allegata.in qua habet ꝙ etiā pſalmiſta loquit de vſura reſpectu gentiliū. Secundo ſic Euſebiꝰ ceſarienſis epūs quē Hieronymꝰ in tractatu de eccleſiaſticis tractatoribꝫ clauem ſcripturarū ꝛ cuſtodē noui teſtamēti vocat in.viij.lib.de p̄paratione euāgelica ca.ij.vbi ponit p̄cepta legis moſayce ſimpliciter ꝛ indiſtincte intelligit moyſen ꝓhibuiſſe iudeis ne fenus exercerēt:ſic eñ inquit in fine illiꝰ cap. Nō tollas qḋ nō depoſuiſti:nō tangas alienū:nō mutues fenore. Tertio ſic. Si nō fuiſſet eis peccatum maxime iō.qꝛ eis diſpēſatiue ꝯceſſuz fuiſſet ſaltē in libris legalibꝫ moyſi ꝙ poſſent mutuare ad vſurā gentilibꝫ.iuxta illō Deutero.xxiij. Nō fenerabis fratri tuo ad vſurā ꝛc.et infra ſed alieno. Sʒ ex h̄ textu p̄dicta diſpēſatiua ꝯceſſio nō habet.igit. Minoꝛ pbat.qꝛ ad illuʒ textū dupliciter

reſpondet. Primo ꝙ moyſes ibi eis nō cō-
ceſſit verā vſurariā mutuationē ſcḋm ꝙ talē
ſed ſimilitudinariā, vtputa, ſi debes mihi
vnū florenū quē iniuſte: puta ꝑ rapinā vel
aliter detines me inuito: mutuo tibi. x. vt vl-
tra ſortē reddendā des mihi dimidiū flo-
renū vel vnū florenū quaten⁹ mihi debitum
recuperē in ꝑte vel in toto, hec mea mutua-
tio eſt ſimilitudinaria mutuatio vſuraria:
ſed nō eſt vere talis. qꝛ licet mutuem ſpe re-
cipiēdi aliqḋ vltra ſortē nō tn̄ rōne mutuatio-
nis aut recipiēdi qḋ mihi idebitū: ſꝫ aliqḋ
alia rōne, ſcꝫ qꝛ ea res al's eſt mihi debita.
Ita in ꝓpoſito gētiles cohabitātes in terra
ꝓmiſſionis detinebāt iniuſte terrā iſtā, q̄a
terra iſta a deo erat data filijs iſrael: vt igi-
tur recuperarēt ſaltē in ꝑte rem eis debitā:
poterāt eiſdē mutuare ſpe recipiēdi aliqḋ
vltra ſortē non rōne mutuatiōis nec aliqḋ
eis indebitū ſed debitū. qꝛ eis a deo datū.
Itē vita taliū gentiliū erat data in manus
iſraelitaꝝ: ſic ꝙ autoritate dei poterāt eos
occidere: ita etiā autoritate dei poterāt eis
licite oīa bona eoꝝ auferre. ſicut igit̄ bello
illa abſtuliſſe potuiſſent: ita mutuatione ꝑ-
dicta ſpe recipiēdi qḋ nō rōne mutuatiōis
et eis indebitū: ſed qḋ a deo eis cōceſſum
et rōne illi⁹ cōceſſionis. Et talis vſuraria
mutuatio etiā licita eſt hodie xp̄ianis in ſi-
mili caſu, vt etiā patebit infra. xlij. qōne. et
fundat̄ in. c. ab illo. xiiij. q. iiij. Et forte ꝓter
alias cauſas etiā ꝓpter ex illa cā iudei ho-
die arbitrant̄ ſibi licere exercere vſuras cō-
tra ſubiectos romano impio: eo ꝙ illi eis
abſtulerūt locū ⁊ regnuꝫ. ⁊ ſic eis videtur
ꝙ ſint eis obligati ad ſatiſfactionē: neſcien-
tes hi miſeri iuſte eos ꝑdidiſſe regnum qn̄
regē ꝓpriū occiderūt. Sed ꝯtra hanc ſo-
lutionē arguit̄. hanc eandem eis ꝯceſſit re-
ſpectu gentiliū: quā ꝓhibuit eis reſpectu
cōfratrum. ſed verā ꝓhibuit reſpectu con-
fratrū: igit̄ verā ꝯceſſit reſpectu gentilium.
Dicendū: maior eſt vera ꝙ eandē cōceſſit i
genere ⁊ q̄ ad aliq̄: nō aūt eandē in ſpecie ⁊
ꝑ oīa. Nā in hoc ꝯueniunt ambe ꝙ vtraqꝫ
eſt mutuatio ⁊ in vtraqꝫ recipit̄ aliqḋ vltra
ſortē. Sed differūt: qꝛ in vna accipit̄ aliqḋ
rōne mutuatiōis ⁊ qḋ indebitū, in alia aūt
nō accipit̄ qḋ rōne mutuatiōis ſꝫ alia rōe.
et accipit̄ qḋ debitū. Scḋa ſolutio ꝑnci-
palis ad textū ꝓ iudeis allegatū ē ꝙ moy-
ſes ibidē mutuationē vſurariā nō eis ꝯceſ-
ſit ꝯceſſiōe diſpēſatiua q̄. ſ. tollit culpā: ita
ꝙ deobligauerit eos a culpa incurrenda:
ſed tn̄ eis eā cōceſſit ꝯceſſione ſimpliciꝫ to-
lerantie: q̄ mō q̄s ꝯcedit mala aliqua ſub-
ditis ꝓ quāto eos nō punit ſꝫ impunitos
trāſire diſponit ꝓ pn̄ti relinquēdo eos pu-
nitioni diuine in foro dei. et hoc iō vt vitet̄
in eis malus maiū qḋ oꝛiret̄ ſi id malū in
eis nō toleraret. nā iudei ob auariciā ſuā
vſuras accepiſſent a iudeis deū colentibꝫ
et etiā a gentilibꝫ. ideo moyſes vt reſtrin-
geret eoꝝ auariciā ꝓ ꝑte vidēs ꝙ ipſam in
totū nō poterat tollere ꝑmiſit vt vſuras ac-
ciperēt a gētilibꝫ qḋ min⁹ graue ē q̄ꝫ ſi acce-
piſſēt a iudeis deū colētibꝫ. Que aūt illarū
ſolutionū ſit verioꝛ patebit in ſequētibus
dictis. Attn̄ q̄cūqꝫ earū detur ptꝫ ꝙ ex ꝑdi-
cto paſſu Deutero. nō habet̄ ꝙ mutuatio
vſuraria reſpectu gentiliū fuerit iudeis tā-
q̄ꝫ licita ꝯceſſa a moyſe. Et ꝯfirmat̄. Nam
Exo. xxij. dr̄. Si pecuniā mutuā dederis
populo meo pauperi q̄ habitat tecū: non
vrgebis eū q̄ſi exactoꝛ: nec vſuris opprimes.
Ubi dicit Rabbi Salomon. ꝑ hoc ꝙ di-
cit: populo meo pauperi. nō excludit gen-
tilem: ſed dat̄ intelligi ꝙ prius ⁊ in minori
neceſſitate debet iude⁹ mutuare iudeo q̄ꝫ
gētili. Et vbi in lr̄a nr̄a dr̄. nec vſuris opp̄-
mes. in hebreo habet̄. nec morſum pones
ſup eū. Ubi ſcḋm Rab. ſalo. ꝑ morſuꝫ intel-
ligit̄ vſura: ⁊ hoc ex illa rōne. qꝛ ſic̄ ſerpēs
moꝛdens in ſilētio parū ꝑcipit̄ vel ſentit̄ i
ꝓncipio: ſed poſtea inflat̄ homo ⁊ diffun-
ditur effect⁹ illi⁹ morſus ꝑ totū corpus: ſic
vſure malū nō ſentit̄ in ꝓncipio: ſꝫ poſtea
aſcēdit ad ſummā magnā ⁊ deuorat totā
hoīs ſubſtātiā. Hec ille. Ex qbꝫ etiā hr̄ ꝙ
etiā ſcḋm illū doc. dare ad vſurā gentilibꝫ
eſt ꝓhibitū iudeis ex illa lege. Exo. xxij.

Quarto ꝓbat̄ illa ꝯcluſio. Dato ſed nō
cōceſſo ꝙ moyſes eis illā ꝯceſſiſſet etiā di-
ſpenſatiue: tn̄ poſtea illa diſpēſatiua ꝯceſ-
ſio fuiſſet a deo reuocata in libris ꝓpheta-
rum ſup̄ allegatis in qbꝫ indiſtincte de⁹ de-
cernit vſurariā mutuationē eſſe illicitā. et
ita ſaltē illa eis fuiſſet reſpectu gentiliū illi-
cita a tpe ꝓphetarū ꝑdictoꝝ. Quinto ſic.
Illud qḋ eſt ꝯtra legē nature fuit iudeis
peccatū ante legē euangelicā: niſi deſup a
deo habuerint diſpenſationem. mutuatio

vſuraria eſt contra legem nature reſpectu cuiuſcūqꝫ hominis. igitur ante legē euan-
gelicā fuit eis peccatū: niſi a deo habue-
runt diſpenſationē. Maior nota. quia illa
omnes ligat. minor patet in qōe. xiij. con-
cluſione prima. Modo deus nō diſpen-
ſauit cum iudeis ſup illo vt probatū eſt in
tertia ꝓbatione. igitur Dicitur notanter
in maiore: niſi deſup a deo ꝛc. Nam ante
legem euāgelicā: imo añ legē moſaycam ꝛ
tpe legis moſayce licuit quibuſdā habe-
re plures vxores ſimul. quod tñ eſt cōtra
legē nature vt alibi deduci habet: ſed hoc
fuit ex diuina diſpenſatiōe exhibita eiſdē
vt Abrae: iacob: dauid: helchane. j. Reg.
j. Similiter pꝫ de repudio vt infra dicet.

## Circa autem ſecundam

ſolutionē tactā in tertia ꝓbatiōe no-
ta hic duo dicta et quattuor argumēta.

Primū. ſecunda ſolutio videt improba
bilis in hoc ꝙ exponit illud dictum moyſi
de ꝑmiſſione vere vſure quā dicit euꝫ tm̄
permiſſione ſimplicis tolerantie eis ꝑmi-
ſiſſe. ꝓbatur ſex ꝓbationibꝰ. Primo ſic. nā
imprudenter videt actum ſi legiſlator ali-
quos actus deteſtabiles (quos etiā culpa
biles vellet eſſe) expreſſe in ſua lege diceret
ſe velle ꝑmittere ꝛ ſup eis cōcedere tempo
ralem impunitatē. ſufficere eñ debebit ta
li prudenti legiſlatori facto ꝯcedere impu-
nitatē: nō aūt verbo eam in lege pollicēdo
Secūdo probat idem. Nam ſimile foret
dictū ſicut ſi moyſes dixiſſet. nō adultera-
bis: ſed fornicaris. i. ꝓhibeo tibi adulteriū
etiā ſub culpa ꝛ pena in foro dei. ſed ſi vti
qꝫ id vitare nō vis minus malū eſt ꝙ for-
niceris. qḋ etiam licꝫ ſit culpabile: illud tñ
punire in foro humano nō volo. ſed illud
eſſet incōgruum ꝛ indecēs: igitur Tertio
quia talis legiſlatio eſt cauſa magni erro-
ris ī populo: ꝑſertim qñ legiſlator legem
rudi dat populo: qm̄ ex hmōi forma eque
credet ſibi ſcōm ſimpliciter cōceſſum ſicut
credit ꝙ ſibi ſit tm̄ impunitas temporalis
cōceſſa. Quarto. qꝛ ex hmōi aſſecutione
tꝑalis impunitatis occaſionabit populuſ
ad tāto citius cōmittendū tale delictum
Quinto: qꝛ ħ fuiſſet dicere ꝙ moyſes ꝑ-
miſiſſet eis ire ad dānationē nō demōſtrā
do eis illā viā eſſe damnatiōis cuius op-
poſitū requirit ad ſpeculatorē. qꝛ Ezech.
xviij. ꝑcipitur ſpeculatori ꝙ denūciet gla-
diū venietē ꝛc. Sexto: qꝛ ſi illud dictū: fe-
nerab alieno. ītelligeret ꝑmiſſiue ꝑmiſſiōe
ſimplici ꝛ nō tollēte culpā: ſequeret ꝙ de
plurimis paſſibꝰ in ſcriptura in ꝗbus etiā
dicit: facies ħ: nō eſſemꝰ ſecuri ſi illi paſſuſ
eſſent de re licita vel nō. imo dici poſſet de
ꝗlibet tali vel plurimis talibꝰ ꝙ tale quid
agendo de ꝗ ſcriptura ſic dicit. Fac hoc vł
illud: nihilominus peccaremꝰ. qꝛ diceret
ꝙ tale dictū: fac hoc. antelligeret ꝑmiſſiue:
ꝑmiſſione ſimplicis tolerātie. patet aſſum
ptum a ſimili. Nā beatꝰ Augꝰ in epl'a qua
dam ad Hiero. (et habet. ix. di. c. ſi ad ſcri-
pturas ſacras) dicit ſic. Si ad ſcripturas
ſacras admiſſa fuerint officioſa mendacia
ꝗd in eis remanebit autoritatis. q. d. nihil
Et hoc ideo eſt. qꝛ quecūqꝫ autoritas ad-
ducat ad repellendū hereticū: reſpōdebit
illud eſſe dictū mendaciter ꝛ ioco ſe: ſicut ꝛ
illud alibi. ergo a ſimili ſic erit hic. Se
cundū dictū. Male ꝓferunt quidā ſcḋam
ſolutionē ꝓme. Nam ſecūda eſt improba
bilis. ꝓma aūt ꝓbabilis ꝛ fundata. Scḋo
qꝛ tales ꝓferentes ſecundā prime: addunt
ꝙ ꝗuis moyſes tali ꝑmiſſione ſimplicis
tolerantie ꝛ cōparatiua ꝑmiſerit eis illud
peccatū cap. xxiij. tñ in cap. xxviij. illā ꝑ-
miſſionē reuocauit: qḋ ſic oſtendūt. Nam
Deutero. xxviij. ait ſic. Fenerabis gentibꝰ
multis. tu aūt fenus a nullo accipies. In
hoc inquā ꝙ de gentibꝰ loquēs ſubdit di
cens. Tu aūt a nullo ſupple gentili vel he-
breo accipies fenus. id ē vſurā. ꝓhibuit il
lud eis qḋ prius permiſit: et ſic reuocauit.
Item in eodē ca. Aduena id ē gentilis fe-
nerabit tibi: tu aūt nō fenerabis ei. Con-
tra inquā hūc modū dicendi arguitur du
pliciter. Primo ſic. Nemo reuocat aliꝗd
niſi ponat reuocatum in aliuꝫ ſtatū ꝗꝫ fue
rit ante. Sed mutuatio vſuraria per te nō
fuit eis in ca. xxiij. ꝑmiſſa niſi permiſſione
tolerantie et nō fuit eis cōceſſa diſpenſati-
ue quo ad culpam quin voluerit eam eis
eſſe ꝓhibitam quo ad culpam ꝛ penaꝫ in
foro dei. Si igitur nec in. c. xxviij. eam ꝓ-
hibet nō adijciendo penam temporalē ſi-
cut et nullam adiecit in ca. xxviij. igitur nō
ponit illā in aliū ſtatū ꝗꝫ prius fuerit. Se
cundo ꝓbat. qꝛ ſic dicētes nō intelligūt ver

ba moyſi in ca.xxviij. Nam cū ait. Tu aūt a nullo fenus accipies: nō capit̄ fen⁹ p vſura: ſed p̄ceſe p mutuo. qḋ p̄tz. nam p̄cedēs verbum: ſcȝ fenerabis gentib⁹ multis. non capit̄ p exercere vſurā: vt ſic dicentes met dicūt. ſȝ accipit̄ p̄ceſe p mutuare. Vn̄ etiā fenero as. nō ſignificat ſemp mutuare ad vſuram: ſed ſignificat mutuare ſiue hoc ſit ad vſurā ſiue non. qḋ patet. Nam Hieronymus grāmatice peritiſſim⁹ in tranſlatione ſua ad fenerare addit dicēs in cap. xxiij. Non fenerabis ad vſurā. ergo. Secūdo quia illa verba nō debēt legi p̄ceptiue vel p̄hibitiue quaſi moyſes ibi aliq̄d eis p̄ceperit vel p̄hibuerit ſȝ p̄phetice. Voluit ei dicere. ſi ſeruaueris legē dei: tanta tibi erit diuitiarū abundantia vt multis gentib⁹ poſſis mutuare: etiā gratuite. et q̄ tu nō indigebis mutuo cuiuſcūq̄. Nam in illo capitulo tractat p̄mo de bn̄dictionib⁹ venturis ſup obſeruatores legis. Secūdo tangit maledictiones ſuper tranſgreſſores.

Tertio: q: in alio paſſu eiuſdē capituli. ſ. aduena fenerabit tibi: tu aūt nō fenerabis ei. iterū nō loquit̄ de vſura ſȝ de mutuo p̄ceſe. nec etiā ibi loquit̄ p̄hibitiue ſed p̄phetice. vt ſit ſenſus. ſi nō ſeruaueris legeȝ dei ad tantā egeſtatē venies q̄ cogeris mutuum recipe a gentili: ⁊ tu nō poteris ei mutuare. Unde capitulū. xxviij. eſt capituluȝ maledictionū ⁊ benedictionū q̄s moyſes p̄phetice denunciauit populo iſrael nō ſeruanti ⁊ ſeruāti legē dei. Et ex his p̄nt rep̄hendi aliq̄ dicta Panor. in. c. poſt miſerabilem. vbi recitādo motiua iudeoꝝ. dīc q̄ ipi putāt ſibi licere vſuram exercere cōtra chriſtianos p id qḋ habet̄ Deutero. xviij. Fratri tuo nō fenerabis. q: dicūt q̄ cōtra gentes liceat fenerari: et reſpondendo ait. Nō obſtat hec autoritas. q: illa non facit niſi per ꝯtrariū ſenſum: et argumentum a cōtrario nō valet vbi ꝯtrariū eſt alibi expreſſum. Hec ille. Deficit em̄ hic dupliciť Primo: quia nō habetur Deutero. xviij. qḋ allegat. ſȝ Deutero. xxiij. habet̄ et hoc ſic. Non fenerabis fratri tuo ad vſuram ⁊c. et infra ſubdit̄. ſed alieno. Secūdo: q̄a male ſoluit. Nam autoritas p̄dicta nō tm̄ facit ſm iudeos p eis p argumentū a contrario ſenſu. q: nō tm̄ dicit̄ ibi: non fenerabis fratri tuo ad vſurā. ita vt oporteat arguitiue ibi elicere deū conceſſiſſe eis vſurā cōtra gentiles. q: etiā illud qḋ p argumentum a ꝯtrario ſenſu eſſet inferendū ponit̄ cōſequenter expreſſe ibi cū ait. ſed alieno. Vn̄ oportet aliter reſpōdere illi eoꝝ argumento q̄ ipe reſpōderit. ſcȝ mō dicto ſup.

## Cōtra p̄mū dictū

arguit̄. Repudiare vxoreȝ ex alia cauſa q̄ ex cauſa fornicatiōis: ⁊ maxie ex illa: q: nō placet in oculis viri: eſt cōtra legē nature ⁊ tn̄ moyſes illud permittēdo p̄miſſione ſimplicis tolerātie expreſſit eandē p̄miſſionē v̄bo in lege ſua dicēs Deut. xxiiij. Si acceperit hō vxorē ⁊ habuerit eā ⁊ nō inuenerit gratiā an̄ oculos ei⁹ p̄pter aliquā feditatē ſcribet libellū repudij et dabit in manu ill⁹ ⁊ dimittet eā d̄ domo ſua. ergo nec reputandū eſſet imprudēter actū ſi vſuraȝ exiſtentē ꝯ legē nature iudeis p̄mittendo p̄miſſione ſimplici expſſiſſet illā p̄miſſionē v̄bo in lege ſua: ⁊ p ꝯſequēs fundamentū p̄mi dicti eſt nullū. Minor nota. maior p̄bat̄. q: matrimoniū debet eē indiſſolubile et etiā q: cū ad paria iudicent̄ vir ⁊ vxor q̄ ad legē matrimonij: ſm legem naturalē eq̄ deberet mlier repudiare poſſe virū ex q̄cūq̄ cauſa: qḋ tn̄ nō licebat. ⁊ etiā p̄tz. q: xp̄s Matth. xix. ſtatuit repudiū tale eē illicitū in q̄ ſtatuto d̄r reduxiſſe matrimoniū ad legē naturalē. Dicendū ꝯcedēdo maiorē ⁊ negādo minorē. Nā moyſes autoritate diuina ipis iudeis p̄miſit repudiū nō tm̄ p̄miſſione ſimplici tolerātie: imo cōceſſione diſpēſatiua q̄ ſcȝ etiā tolleret̄ culpa repudij. ſic q̄ iudei repudiādo nec incurrebant penā nec culpā apud deū: deo deobligante eos ab obſeruātia leḡ natural' i hac pte et hoc fecit ad euitandū mai⁹ malū. ſ. ne cū iudei nō poſſent vxores exoſas repudiare eas poti⁹ occiderent q̄ retinerēt. ⁊ iō nimirū q̄ illā p̄miſſionē expſſit in lege ſua. Et ſi arguat̄ ſaltē plurimi theologi tenēt q̄ illa p̄miſſio repudij fuerit ſimplex tm̄ ⁊ non deobligatoria a culpa. Dicendū: verū eſt: ſed ꝯtraria opinio iam poſita videt̄ verior vt patet intuenti rōnes Sco. in. iiij. diſt. xxxiij. vbi p̄bat illā partē ⁊ eam defendit ꝯtra rōnes ad oppoſitū. Petrus etiam de palu. in q̄rto ſuo dicit illā veriorē videri. Et ſi replicetur. Sicut ergo deus potuit

cõtra legem naturalẽ diſpenſando ↄcedere iudeis repudiũ cõceſſione diſpenſatiua pſeruante a culpa ⁊ pena: ita etiam potuit cõtra legem naturalẽ ꝓhibentẽ vſurã reſpectu cuiuſcũqꝫ diſpenſando eam cõcedere iudeis ↄceſſione diſpenſatiua pſeruãte a culpa ⁊ pena. Dicendũ. cõcedo ꝙ potuit: ſed de facto nõ fecit in vſura: ſicut ĩ repudio. In multis em̃ lege naturali ꝓhibitis poſſet diſpenſare: ſed nõ fecit nec facit in omnibꝫ. Et ſi replicet. Cum circa vtrũqꝫ potuit diſpenſare: vñ ergo negas eum diſpenſaſſe de vſura: ⁊ tñ ↄcedis eũ diſpẽſaſſe de repudio: cum tñ textus ſaltẽ ſufficienter vtrũqꝫ eque videat ↄceſſiſſe. Dic ꝙ hoc ſumit ratio diuerſitatis. qꝛ lib: i. ꝓphetarũ q̃ in nõnullis declarãt legales repetũt cõceſſionẽ repudij: vt pꝫ Malach. ij. q̃ fuit vltim⁹ ꝓphetarũ: vbi dr. Si odio habueris eam dimitte eã. Sed oppoſitũ fit de vſura. nam lib: ꝓphetarũ damnant vſurã: etiã indiſtincte nihil excipiẽtes vt allegatum eſt. igitur.

## Tertia concluſio.

Iudeis a tpe legiſ euãgelice nũqꝫ fuit licitum mutuare ad vſurã: etiã hominibꝫ alterius nationis vel pfeſſionis. vtputa chriſtianis. Probat quinqꝫ rõnibꝫ. Prima eſt. Iudei a tpe legis euãgelice tenent eidẽ legi ſubeſſe. ſed illa ꝓhibet mutuationẽ vſurariam reſpectu cuiuſcũqꝫ hoĩs ⁊ etiã ipſis iudeis ipam ꝓhibet: igit cõcluſio vera. maior probat. quia eis p̃ceptum eſt audire legem meſſie: audire inquã p obedientiã. qḋ tangit Deutero. xviij. vbi deus loquens de ꝓpheta legiſlatore. ſcꝫ de meſſia eis futuro dicit. Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorum ſimilẽ tui: ⁊ ponam verba mea in ore eius: loqueturqꝫ ad eos omnia q̃ p̃cepero illi. qui autẽ v̾ba eius q̃ loquet in nomie meo audire noluerit ego vltor exiſtam. Modo lex euangelica ẽ lex meſſie. qꝛ chriſtus eſt meſſias eis ĩ lege pmiſſus vt ꝓbari poteſt alibi. Itẽ Matth. xvij. ait pater. Hic eſt filius meus dilect⁹ in q̃ mihi bene cõplacui: ipm audite. Minor ꝓ p̃ma parte patꝫ. qꝛ indiſtincte dicit. mutuũ date nihil inde ſperãtes. ſ. a quocũqꝫ cui mutuaueritis. ⁊ nõ dubiũ q̃n voluerit ꝙ a ſuis fidelibꝫ ſcꝫ xp̃ianis cui mutuaretur nihil deberet exigi. Pro ſecunda pte probat. qꝛ illud verbũ dixit diſcipulis ſuis q̃ erant iudei. ⁊ nõ tñ illis iudeis q̃ erãt diſcipuli ſui: ſed copioſe multitudini plebis ab omni iudea ⁊ hieruſalẽ ⁊ maritima et tyri ⁊ ſydonis: q̃ venerant vt audirẽt eũ Luc. vj. Secũda ratio. dato ꝙ nõ ſubeſſent iudei hodie legi euãgelice ſed tñ legi moſayce: adhuc nõ liceret eis mutuare xp̃ianis ad vſurã. qꝛ ex lege moſayca etiã eſt eis hoc ꝓhibitũ vt patuit in ſecũda cõcluſione. igit. Tertia ratio. dato ſed nullatenus ↄceſſo ꝙ ante legẽ euangelicã mutuare ad vſurã gentilibꝫ eis licuiſſet ex hoc ꝙ deus cum eis ↄtra legẽ naturalẽ diſpẽſaſſet: tñ ſuperueniente lege euãgelica illa eoꝝ diſpẽſatio fuiſſet reuocata ⁊ euacuata igit ampli⁹ nõ maneret eis ipa mutuatio vſuraria licita. Cõſequentia nota. Antecedẽs ꝓbatur. qꝛ veniẽte lege euãgelica corruit lex moſayca tã qd̾ a p̃cepta legalia q̃ꝫ quo ad p̾uilegia eis cõtra legẽ nature conceſſa. Primũ alibi habet declarari. ſecundum pꝫ. Nã bigamia ſeu pluralitas vxorum ſimiliter ⁊ repudiũ vxoris ex cauſa alia a fornicatiõe fuerunt eis diſpenſatiue cõceſſa et per legẽ euangelicã que reduxit omnia ad legẽ nature reuocata ſunt ⁊ ꝓhibita p xp̃m. Ita ergo cum vſura ſit contra legẽ naturalẽ ipa ſimiliter ſicut ⁊ alia fuiſſet reuocata ſi eis aliq̃n fuiſſet diſpenſatiue conceſſa. Quarta ratio. ſi iudei licite mutuarẽt xp̃ianis ad vſurã: etiam licite reciperent ipas vſuras ab eis: igit vſura eſſꝫ eis lucrũ licitũ. ſed hoc nõ: qꝛ tũc nõ eſſent cõpellendi remittere vſuras eis nondũ ſolutas. nec eſſent cõpellendi iam receptas reſtituere. cum etiam meretrices lucra earum que per illicita opera acquiſierũt nõ ſunt cõpellende reſtituere. multo min⁹ cõpellendi eſſent iudei vſuras que eſſent licita lucra et per mutuationẽ vſurariam licitam eis acquiſita reſtituere. Et ſi ſic: tũc cõſtitutio eccleſie eſſet iniq̃. in. c. poſt miſerabilẽ. extra de vſuris. in q̃ p̃cipit p̾ncipibꝫ ⁊ poteſtatibus ꝙ cõpellãt iudeos ad remittendũ vſuras xp̃ianis: et h̾ ſub pena denegationis cõionis xp̃ianoꝝ ad eos. ſic. ſ. ꝙ vniuerſi chriſtifideles ſub pena excõmunicationis debebũt eis nõ cõmunicare in mercimonijs nec in alijs donec remiſerint

vſuras xp̄ianis, hec inquā cōſtitutio eſſet iniqua, q2 tolleret iudeis lucra licita et eis debita, ꝯſequēs eſt falſum, quia cū eccleſia ſit cultrix ꝛ mater iuſticie non auferret eis qđ eis ē debitū: ſ3 poti⁹ mandaret eis illas ſolui. Nam in. c. ꝑ tuas, de donatiōib9. dr eccleſia in actib9 ſuis nō deb3 aliquā fraudem adhibere. Vñ nec deberet iudeo volenti baptiſari iniūgi ꝙ reſtitueret vſuras a chriſtianis acceptas et nolenti id facere nō deberet ob hoc denegari baptiſm⁹, cuius oppoſitū tenet vſus ecclie q̄ nō eſt erroneus. Quinta ratio: ſi iudeis eſſet hodie licitū ad vſurā mutuare xp̄ianis: maxime ideo, q2 cū iudeiſ: imo cuilibet ſit licitum ꝛ cōceſſum mutuare ad vſurā ſuis hoſtib9: vt declaratū eſt in ſecunda ꝯcluſione. chriſtiani aūt ſunt hoſtes iudeoꝝ: igit̄. Sed h̄ nō arguit qđ pt3 tripliciter. Primo q2 nō licet cuiq3 mutuare ad vſura3 ſuis hoſtib9 loquēdo de vera mutuatione: vbi ſc3 recipitur quid indebitū vltra ſortē ꝛ rōne mutuatiōis, q̄uis de ſimilitudinaria verū ſit vt declaratū eſt in ſecūda ꝯcluſione. Modo hec tertia concluſio loquitur de vera mū. igit̄. Scđo: q2 nō eſt veꝝ ꝙ xp̄iani ſint hoſtes iudeoꝝ: imo chriſtiana pietas tolerat receptat ac ſuſtinet eos gratiſq3 impēdit. vt dr̄ in. c. ꝛ ſi iudeos. extra de iudeis. Nam ꝛ chriſtiani ꝓhibent iudeis inferri iniurias ꝑ chriſtianos. vt pt3 in. c. ſicut iudei. extra de iudeis. cū ſimilib9. nequaq3 ei nobis hec facerēt q̄ nos eis impendim⁹ ſi ex oppoſito res ſeſe haberēt. Itē iudei ſunt ciues romani in. l. iudei. cū. l. ſequēti. C. de iudeis. Tertio: q2 ſi eſſent hoſtes eoꝝ tñ iuſti hoſtes eſſent. Vñ etiam ſua ꝓpria culpa ſubmiſit eos ſeruituti ꝑpetue vt dicit̄ in cap. et ſi iudeos. extra de iudeis. Modo nō licet mutuare ad vſurā hoſtib9 niſi iniuſtis: quos ſc3 liceret occidere vel bona eoꝝ diripere. Fatendū ē tñ ꝙ ſi qui iudei haberēt aliq̄s iniuſtos hoſtes q̄ ꝯtra iuſticiam eis detinerēt bona: licitū eſſet (ceſſante ſcādalo) eis mutuare ad vſurā talibus hoſtib9 ſuis mutuatione vſuraria ſimilitudinaria mō predicto. hoc eñ etiam eſt licitū xp̄ianis ꝛ cuicunq3 (dummō ceſſet ſcandalū) et al's recuperare nō poſſet via iuris. Nam etiā ſi q̄s rem meā iniuſte detineat quā ab eo via iuris obtinere non poſſum illā occulte poſſum recipe ceſſante ſcādalo ꝛ piculo meo ꝛ alioꝝ aliiſq3 cōditionib9 cōcurrentib9: đ quib9 in tractatu reſtitutionū videri habet.

## Quarta concluſio.

Pertinaciter credēs hanc ꝓpoſitionem. iudeis non eſt peccatū mutuare xp̄ianis vel aliis ad vſurā: eſt hereticus. Probat̄ quia qui ptinaciter credit aliquā ꝓpoſitionē cōtradictoriā alicui veritati cōtente in canone biblie eſt heretic⁹. ꝑdicta ꝓpoſitio eſt huiuſmodi. q2 ex canone biblie habet̄ ꝙ ē eis peccatū vt deductū eſt. igit̄. Secūdo q2 in Cle. vnica. de vſur̄. indiſtincte dicit̄ ꝙ ptinaciter affirmās ꝙ vſuras exercere nō ſit peccatū eſt veluti heretic⁹ puniendus: nec velut diminuit de veritate heretici, ſed potius exprimit veritatē. ſicut Joh. i. Vidimus gloriā eius gloriā q̄ſi vnigeniti a patre. Tertio ꝓbat̄ a ſimili. nā ptinaciter credens fornicationē ſimplicē nō eſſe peccatum iudeis vel aliquib9 aliis populis eſt hereticus. et hoc nō niſi q2 eſt ꝯtra ſcripturam canonicā oſtēdentē fornicationē eſſe mortale peccatū. cum igit̄ ad Ephe. v. oīs fornicator nō habet hereditatem in regno chriſti ꝛ dei. ergo eadē rōe hic etiā ſic erit.

## Cōtra ſecundā con

cluſionē arguitur Illud qđ ꝓmittit̄ alicui tāq3 premiū virtutis ꝛ tāq3 bñdictio non eſt ei peccatum. iudeis aūt ꝓmittit̄ mutuatio vſuraria reſpectu gentiū tāq3 ꝓmiū virtutis. ſc3 obſeruationis legis moyſi ꝛ tanq3 quedā bñdictio. igit̄ nō eſt eis peccatū. Minor ꝓbat̄ Deutero. xxviii. vbi populo iſrael ſi obſeruaret legē moyſi dicit̄: fenerabis gentib9 multis. Solutio patuit in ſcđo dicto ſecūde ꝯcluſionis.

## Contra tertiam cō

cluſionē arguit̄ in. c. q̄to. de vſur̄. ꝓhibet̄ dūtaxat ꝙ iudei imoderatas vſuras non extorqueāt a xp̄ianis. igit̄ eis licitū eſt moderatas exigere vſuras. tenet ꝯña ꝑ argumentū a ꝯtrario ſenſu: qđ eſt validū in iure. Nā ſpecifice exꝓmēdo i ꝓhibitiōe imoderatas videt̄ ꝯceſſiſſe moderatas. Dicēdū ꝑ tres ſolutiōes. Prima. oīs vſura eſt imoderata. qđ dupliciter pt3. Primo. nā

cum quis accipit vltra ſibi debitum acci-
pit aliquid ſibi indebitum: quantumcūq̧
paruum ſit:illud dicetur immoderatū. quī
cōtra virtutē iuſticie que vtriq̧ modū ha-
bet eſt capere a ꝓximo indebitū capienti.
Secūdo ptꝫ idē. q2 omnis vſura vocatur
quedā ſupabundantia vt patet ꝑ Hiero.
ſup Ezech. li. vj. ⁊ habet̄ in. c. putār. xiiij. q
iij. Superabundātia aūt ⁊ immoderantia
coincidūt:et ita ꝓhibēdo īmoderatas vſu
ras nullā vſurā nō ꝓhibet. Et ſi replicet̄:ſi
oīs eſt immoderata cur ergo addit īmmo
deratas cū de ſe ineſſet vſure. Diceret̄ ꝙ il
lud adiectiuū addit̄ nō ad reſtringendū vl̄
ad ꝯtrahendū vſuras: ſꝫ ad vituperiū rei
ꝓhibite. ſicut dicēdo ꝓhibemꝰ omnē forni
cationē q̄ mala eſt:nō innueret̄ q̄ſi aliqua
foret nō mala. Attū hec ſolutio licꝫ ī ſe cō
tineat vera: nō eſt tū ad mentē illiꝰ. c. ubi ei
vult loqui de certis ⁊ determinatis vſuris
q̄ ſunt cōparatiue vel exceſſiue īmoderate
id eſt graues. Nā ibi addit dicēs. graues ⁊
immoderatas. Ideo ſcd̄o dicēdū negādo
cōſequentiā. ⁊ ad ꝓbationē dicendū ꝙ ar-
gumentū a ꝯtrario ſenſu nō eſt in iure va-
lidū ī duobꝫ caſibꝫ. Primo qñ ꝯtrariū inuenit̄
ī iure:mō in iure inuenit̄ ꝙ etiā leues vſu-
re ſūt ꝓhibite:īmo oēs vſure. vt patꝫ. xiiij.
q. iij. c. iiij. ꝑ multa ca. Scd̄o nō valet qñ
ꝑ illud argumentū ſequit̄ abſonus intelle
ctus ꝯſtitutionis. mō abſonū eſſet ſi intel-
ligeret̄ cōſtitutio ꝯcedere leues vſuras q̄ ⁊
ipe ſunt ꝯtra legē diuinā. Tertio dicendū
dato ꝙ ius canonicū nullibi ꝓhiberet iu-
deis leues vſuras:īmo nec graues: nō tū
ſequeret̄: nō ꝓhibet. igit̄ non eſt illicita. q2
ius canonicū nō eſt omne ius. ſufficit em̄
ꝙ aliud ſcꝫ. diuinū ꝓhibeat.

Queſtio. XXV.

## Vtrū poteſtas ſe-

cularis ac platus eccleſiaſticus poſſit atq̧
debeat ꝓhibere iudeis mutuationē vſura
riam atq̧ iudeos ꝯtrauenientes ꝓhibitio
ni poſſit ac debeat punire. Solutio q̄ſtio
nis ſtat in duabꝫ ſuppoſitionibꝫ. duabꝫ cō-
cluſionibꝫ. et q̄ttuor argumentoꝝ ſolutio-
nibus. Prima ſuppoſitio. ꝑ poteſtatē ſe
cularem in ꝓpoſito intelligo poteſtatē ſecu
larem nō curādo an reſideat apud vnum.
puta regē. ducem. comitē ⁊ ſic de alijs. vel
apud plures vt apud ꝯſules vel rectores
ciuitatis. Secunda ſuppoſitio. differūt
poſſe ac debere. Nam multa q̄s poteſt eti
am licite:que tū nō debet. id ē nō tenetur.
ſed ecōtra q̄cunq̧ quis debet etiā poteſt.
et loquimur de debere regulariter loquē-
do. quia an in certis caſibꝫ debeat eos nō
ꝓhibere nec punire ſed tolerare patebit in
ſequenti queſtione.

## Prima concluſio.

Poteſtas ſecularis et p̄latus eccleſiaſticꝰ
poteſt ⁊ debet iudeis ſub ſe degētibꝫ ꝓhi
bere mutuationē vſurariā chriſtianis fien
dam. ⁊ ſi cōtrauenerint ꝓhibitioni eoſdem
punire. Probat̄ quattuor rōnibus. Pri
ma. poteſtas ſecularis ⁊ p̄latus eccleſiaſti
cus p̄t ⁊ debet iudeis ꝓhibere id qd̄ ē eis
peccatum ꝯtra legē diuinam: etiā eorum
ſeu veterē ⁊ naturalem ſi ſaltē eſt peccatū
quod aſ natū eſt cadere ad forum cōten
tioſum. vſuraria mutuatio chriſtianis fa-
cta eſt tale peccatū. igit̄. maior nota Et di
citur notāter:ſi ſaltē ⁊c. ꝓpter peccata men
talia ⁊ ſimilia. de q̄bus humanus iudex ſe
nō habet intromittere. Minor patuit in
p̄cedenti q̄ſtione ꝯcluſione tertia ⁊ ſecun-
da. Q aūt natū ſit cadere ad forū ꝯtentio-
ſum ptꝫ. q2 eſt peccatū de q̄ cōſtare pōt iu-
dicialiter ⁊ ledēs ꝓximū ac rempublicā: q̄
niam exhaurit facultates xp̄ianoꝝ. vt ī. c.
quāto. de vſuris. Et vſurarius dr̄ trucida
tor pauperū ab Augꝰ. xiiij. q. iiij. in ca. q̄d
dicam. Et etiā dicit̄ effuſor ſanguinis chri
ſti. eadē cau. q. v. c. immolātes. Item ſi nō
eſſet natum cadere ad forum cōtentioſum
tunc etiā quādo chriſtiani illud cōmitte-
rent nō deberēt de hoc iudicialiter exacia
ri ⁊ puniri: qd̄ eſt falſum. Secūda ratio ſi
iudeus degēs ſub poteſtate ſeculari cōmit
teret homicidiū: rapinam aut cōſimile cri-
men ꝯtra legem nature ⁊ diuinā: poteſtas
ſecularis eundē puniret. cōmiſiſſet em̄ cri
men ꝓhibitum etiā a poteſtate ſeculari tā
q̄ꝫ pernitioſum reipublice. modo vſura eſt
peccatū iudeis ⁊ eſt crimen ꝑnitioſum rei
publice ſicut ⁊ rapina. Nā ⁊ Amb. vocat
eā rapinā. ⁊ Tulliꝰ vocat eā homicidiū vt
patuit q. 0e. xxij. igit̄ ptās ſecularis illud ꝓ
hibere poterit eis: ⁊ ꝯtrauenientes punire.

tenet ꝯſequētia ex identitate rōnis. vñ etiā nō nullis iuriſtarū videt̄ ꝙ ſi infidelis cōtrahat matrimoniuꝫ cum duab⁹ mulierib⁹ eodem tꝑe: pōt ꝑ eccleſiā puniri ſi detur facultas. qꝛ per ius diuinū eſt ꝓhibitū ꝙ q̄s cōtrahat matrimoniū cū plurib⁹ eodē tꝑe immo ꝛ ꝑ legē nature ad quā xp̄s reduxit matrimoniū i lege ſua. Hoc tñ illoꝝ dictū nō videt̄ vſq̄quaq̄ certū. Nā ſicut infideles eccleſia ꝑmittit nec ꝓhibet legē et fideꝫ ſuā ſeruare: ſic nec videt̄ eis ꝓhibere cōcomitātia ꝑ ſe fidē ꝛ legē ſuā ſeruare: etiam ſi in illis diſcrepēt a lege noſtra. Si igit̄ infideles ex ſue legis et fidei ꝯceſſione habeant ꝙ poſſint ducere plures vxores ſimul nō videt̄ ꝙ eccleſia eos ſup hoc punire debeat: hoc eñ eſt in materia in q̄ a fide noſtra diſcrepāt: ꝛ in talib⁹ punctis videtur tolerari ſicut ꝛ in fide ſua. ſicut eñ iudei ꝑmittunt fidē ſuā ꝛ legē ſeruare: ſic nec eccleſia eis ꝓhibet ritus ſuos cerimoniales et repudiū: qḋ tñ in lege naturali eſt ꝓhibitum. nec ꝓhibet eis ꝙ frater ducat vxorē fratris ꝓmortui qḋ apud nos nequaq̄ꝫ liceret. immo etiā id videt̄ eſſe ꝯ legē naturalē diſpēſatiue tñ fuit eis cōceſſum. nec ſi aliq̄ ſaraceni habitarēt ſub dnīōe xp̄ianoꝝ eccleſia eoſdē puniret ſi duceret ſaracen⁹ iuxta ritū legis ſue plures vxores: ſed de h̄ alibi. Vñ et in maiori prime rōnis ſubintelligē dum eſt dummō tale pctm̄ nō ſit actus de q̄ ex legū ꝛ fidei diuerſitate eſt ꝯtraria opinio an licit⁹ ſit vel nō. ꝛ ꝑ hoc excluderetur inſtantia poſſibilis fieri ꝯtra maiorē de h̄ qḋ eſt iudeū vel ſaracenū ducere plures vxores ſm̄ legē ſuā vel repudiare vxorē. qḋ tñ licet ſit ꝯtra legē diuinā ꝛ naturalē ꝛ ſic natum cadere ad forū ꝯtentioſum: nō ꝓhibe n̄ debet eis. ſic etiam ecōtra nō debēt cogi ad dimittendū ritū ſue legis: nec cogendi ad ritus ꝯtrarie legis ſcꝫ noſtre. Nec dicere ꝑñt iudei opinionē eoꝝ de vſura reſpectu xp̄ianorū eſſe vnā de illis opinionib⁹ q̄ ex diuerſitate fidei ꝛ legū ꝓueniūt. Naꝫ et lege ſua bene intellecta nō habēt vt eis liceat exercere vſuras reſpectu chriſtianorum: cum illa etiā eis eam ꝓhibeat reſpectu quorūcūq̄ꝫ hoim vt patuit qōe ꝓcedēti. Nō ergo ꝑñt ſe tueri q̄ſi hoc ſit vnū de ꝯceſſis eis per legē ſuā ſicut de repudio ſe tueri ꝑñt, vel de pluritate vxorū, vel de ducendo vxorē fratris ſui ꝓmortui ſine liberis. Nam illa ex lege eoꝝ eis cōceſſa ſunt. Vñ ſi legē ſuā ſic intelligāt vt eis ſit licita vſura poſſunt ſup hoc coherceri. Nam et papa poſſet in eos animaduertere ſi illud legis ſue: nō occidas, exponerent taliter ꝙ liceret eis occidere xp̄ianos. Nam illud ē hereſis etiā cōtra legē eoꝝ bene intellectaꝫ ſicut multas iniquas ꝯtra legē diuinam ꝛ naturalē habēt ꝯſtitutiones et ſentētias i ſuo talmuth, vt puta: mandatur eis in talmuth ꝙ faciāt omne damnū gentilib⁹ ꝛ ſignanter xp̄ianis. qꝛ reputant eos abſolutos idolatras. Item dicūt ꝙ libere ꝛ ſine peccato pōt iudeus recipe bona xp̄ianoꝝ. et ꝙ iudeus nō debet vendere xp̄iano beſtiam niſi ꝑ multo maiori q̄ꝫ valeat. Itē ꝙ meliorē de gentilib⁹ et meliorē chriſtianuꝫ debet occidere iude⁹: et multa alia de quib⁹ vide in fortalicio fidei libro tertio. cōſideratiōe. vij. circa finē. Tertia ratio ſi nō poſſet nec deberet: maxīe qꝛ neuter haberet iuriſdītionē in iudeos ſub ſe degentes: ſed hoc nō. Primo: qꝛ tūc nō plus haberet poteſtatis vl' iuris in iudeos in ſuo diſtricto morantes q̄ꝫ in trāſmarinos: qḋ eſt falſum. Secūdo: quia rōe delicti quis ſortit̄ forum: et per cōſequens in eos accepit vterq̄ꝫ iuriſditionē. et ſicut rōne delicti: ita rōne ꝯtractus iude⁹ ſortit̄ forū. Vñ et papa mandat iudeis in. c. quāto. de vſur. vt ſoluāt decimas de bonis q̄ ad eos puenerūt de manib⁹ chriſtianoꝝ. Tertio: qꝛ in c. poſt miſerabilē. de vſur. papa mādat principib⁹ ꝛ ſecularib⁹ poteſtatib⁹ vt cōpellant iudeos ad remittendū xp̄ianis vſuras. ſꝫ h̄ n̄ faceret papa niſi aliquā haberet ipe ꝛ poteſtas ſecularis iuriſditionē in iudeos. Quarto: quia culpa eoꝝ ſubiecit eos: ſed intuitu romani imperij cui etiam ante illam ſeruitutē ipi ꝓfeſſi ſunt ſe ſubiectos. ꝛ licet poſt ab eo rebellauerint: tñ ſeruituti romani imperij ſubiecti ſunt iuſto bello. Modo talis dñs habet iuriſditionē ꝛ poteſtatem in ſeruū ſuum cohibendi eum a delictis ꝛ puniendi. Quinto: quia ſi nō: maxime quia ipi ſunt infideles: et ꝑ cōſequens extra poteſtatē fideliū. ſed h̄ nō arguit. nā etiā infideles nōnūq̄ꝫ a deo hñt poteſtatē ſup tā infideles q̄ꝫ fideles. ꝗ multomagis fideles poſſūt ſup infideles habere pote-

ſtatē. ꝛ ꝑ ꝯſequens ꝑdicta cauſa nō habet
locū. Antecedēs ꝓbat. Nā aſſyrii accepe-
rūt a deo poteſtatē nō ſolū ſuper populū
gentilē vt ſuper moabitas, vt patz Hiere.
xlviij. ſed etiā ſup populū iſrael cū ꝯculcā
di vt lutuz plateaꝝ: q̄uis illa ꝑtāte abuſi
ſunt, vt ptz Eſa. x. Scdo idē hr̄ de chal-
deis q̄ acceperūt poteſtatē ꝯ tā gētiles q̄z
iudeos a deo vt ciuitatē hieruſalē et tem-
plū deuaſtarēt ꝛ ꝑplm in captiuitate abdu
cerēt. q̄ oia diffuſe patēt in Hiere. et Eſa.
ac alijs ꝓphetis. Tertio idē hr̄ de roma-
nis. Nā Aug⁹. vult ꝙ romanis q̄uis eſ-
ſent infideles de⁹ dederit tā latū ꝛ tam ma
gnū imperiū ideo vt punirēt ḡuia mala a-
liarū gentiū. Vn̄ ait in. iiij. de ciui. dei. ca.
xiiij. in ꝑn. Quāobrem cū alia diu fuiſſent
regna orientis illuſtria: voluit de⁹ ꝛ occi-
dentale fieri qd̄ tpe eſſet poſteri⁹ ſed impe
rij magnitudine ꝛ latitudine illuſtri⁹: idqȝ
potiſſimū talib⁹ ꝯceſſit hoīb⁹ ad domādū
ḡuia mala multarū gentiū. Vn̄ etiā Pau
lus mādat xp̄ianis vt obedientiā preſtent
ſuis ſuꝑiorib⁹ q̄ tn̄ erāt infideles, vt ptz ad
Ro. xiij. Et ibidē Petr⁹ j. Pe. ij. Quarta
rō. poteſtas ſecularis pōt ꝛ dz ꝓhibere iu
deos ne exigāt a xp̄ianis vſuras ꝓpter q̄s
antea eis mutuauerāt: ꝛ ſi receperit ꝙ eos
reſtituāt. igit̄ ꝑtās ſecular̄ pōt ꝛ debet iu-
deis ꝓhibere mutuationē vſurariā. Añs
ptz in. c. poſt miſerabilē. de vſur. Cōſequē
tia aūt tenet triplicit̄. Primo q̄ꝛ pari paſſu
q̄ ad iniq̄tatē ac nocumentū ꝓximi ꝛ reipu
blice ābulāt mutuatio ꝛ vſure exactio, et
eiuſdē recepte detentio. Scdm ptz, q̄ꝛ mu
tuatio vſuraria nō nocet ꝓximo niſi ſubſe
quat̄ exactio ꝛ vſure detētio. Primū autē
ptz, q̄ꝛ furari vel rape nō min⁹ eſt pctm̄ q̄z
velle furari, igit̄ etiā receptio vſure ꝛ eius
detentio nō min⁹ eſt pctm̄ q̄z mutuare ad
vſurā. mō ꝑtās ſecular̄ ac ꝑlatus eccleſia
ſticus ꝓhibere dz receptionē vſure ꝓpt ei⁹
iniq̄tatē ꝛ ꝑnitioſitatē in ꝓximū et rēpubli
cam. Scdo tenet ꝯña, q̄ꝛ q̄ pōt et debet
ꝓhibere ne q̄s ꝯſumet pctm̄ inceptū et in
ipo ꝑſeueret: hȝ etiam ꝛ debet ꝓhibere ne
ipm incipiat actu exteriori ꝑ voluntatem
egredientē limites ſuos. Nō exigere ſeu
recipe vſuras eſt ꝯſummare pctm̄ vſure, ꝛ
ipas detinere eſt i ipo pctō ꝑſeuerare, mu-
tuare autē ad vſurā eſt incipe pctm̄ vſure

actu exteriori ꝑ voluntatē egredientē limi-
tes voluntatis ſicut is q̄ baliſtam vibratā
emittit: et ſi nondū occiderit egreſſus ē li
mites volūtatis atqȝ punit̄ a iudice. Ter
tio tȝ ꝯña. q̄ꝛ q̄ pt̄ ꝛ dȝ ꝓhibere id qd̄ ꝓhi
bere ē difficili⁹ pōt ꝛ dȝ etiā ꝓhibere id qd̄
ē facili⁹ exiſtēs via ad difficili⁹ ꝓhibendū
Nō difficili⁹ eſt q̄ iā facta ſūt ꝓhibere ne
ſuſtineant̄ ꝛ ꝙ tollant̄ cuiuſmodi eſt vſura
rū receptio q̄z ꝓhibere nondū facta neſiāt
cuiuſmodi ē mutuatio ad vſurā recipiēdā
Et ſi dicat̄ ad hāc q̄rtā ꝓbationē ꝙ licȝ
papa mādauerit ꝑncipib⁹ vt cōpellāt iu-
deos ad remittendū vſuras q̄s exigūt aut
reſtituēdū iā receptas: tn̄ hoc nō facit pa-
pa ex illa radice ꝙ pape vel ecclie ſit vl̄ de
beat eē vlla cura de pctō iudeoꝝ: qm̄ ei de
pctō eoꝝ nulla cura eſt nec debet eſſe: ſȝ fa
cit vt caueat indemnitati xp̄ianoꝝ cui ca-
uere pōt ꝛ ꝑncipes ſeculares tenent̄. Di-
cendū. dato ꝙ hoc eſſet verū (qd̄ tn̄ nō eſt
vt in ſequēti ꝯcluſione oñdet̄) tn̄ ꝑ hoc nō
ꝑiudicat veritati ꝯcluſionis poſite. Nam
cōcluſio poſita nō dic ꝙ ipi ex illa vel alia
radice id poſſint vel debeāt facere ſȝ tm̄ ꝙ
poſſint ꝛ debeāt. Et dato ꝙ eccleſia nō de
beret nec teneret̄ ſe intromittere de tali mu
tuatione iniq̄tū eſt pctm̄ iudeis: tn̄ iniq̄tū
eſt occaſio xp̄ianis ad multa pctā tenet̄ eā
ꝓhibere. Hec ei mutuatio occaſionat chri
ſtianos ad multa mala vt patebit in que-
ſtione. xlviij.

Secunda concluſio. Non eſt
verū ꝙ eccleſia fa-
ciendo iudeos cōpelli ad remittendū chri
ſtianis vſuras id faciat tantū mō vt caueat
xp̄ianoꝝ indēnitati ꝛ nō etiā iō ꝙ ſibi ſit vl̄
debeat eſſe cura de pctis iudeoꝝ q̄b⁹ pec-
cant exigēdo vſuras. Probat̄ q̄druplicit̄.
Primo ſic. Eccl'ia faciēdo cōpelli xp̄ianos
vſurarios ad remittendū xp̄ianis vſuras
facit hoc ex vtraqȝ ꝑdictarū cauſaruz. igit̄
etiā idē facit ex vtraqȝ cauſa faciēdo iude-
os ad illud cōpelli. Tenet ꝯña, q̄ꝛ eccleſia
etiā tenet̄ diligere iudeos dilectiōe euāge
lica: volēdo eis bona gratie et glorie: ꝛ no
lendo illis incōpoſſibilia cuiuſmodi ē pec
catū mortale vſuraruz. ergo tenet̄ nolle in
eis pctm̄ vſurarū. ꝛ ꝑ ꝯñs ſibi eſt ꝛ dȝ eſſe
cura tāta ꝛ talis quāta et q̄lis exigit̄ ex ꝑce
pto dilectionis euangelice, hoc aūt exigit

vt publica crimina (ſaltem rempublicam ledentia ac ꝓximū et nata cadere ad forū ſeculare ⁊ eccleſiaſticū) dilectis ꝓhibeant et deſuꝑ puniant vt ab eiſdē coerceantur. Vn̄ Ariſto. viij. ethic. dicit ꝙ ad bonos ꝑtinet nec mala agere amicis ꝯcedere nec miniſtrare ſupple mala. ſi igit̄ tenemur eſſe amici iudeoꝝ ex charitate euāgelica ſequitur ꝓpoſitū. Scḋo ſic. Si iude⁹ xp̄iano ſuretur rapiat vel occidat xp̄ianū iudex ſecularis eundē puniēdo id facit ex vtraqꝫ cauſarū. ſcꝫ q2 damnū ꝓximo ac reipublice intulit: ⁊ etiā q2 peccauit pctō nō tm̄ lege diuina ⁊ naturali ꝓhibito ſꝫ etiā hūana lege vel municipali ſtatuto. cui in hac pte voluit ꝓ trāquillitate reipublice ſubijci iudeum ſuis ciuib⁹ cohabitantē ⁊ id potuit et debuit. Ergo ſilr potuit iudeū velle ſubiectū eſſe legi humane vel ſtatuto municipali ꝓhibēti vſuram tanqꝫ peccatum lege diuina et naturali ꝓhibitū atqꝫ tanqꝫ damnoſum reipubice: ⁊ ꝯſequenter ꝯtrauenientem punire etiā inquantū pctm̄ tale fecit. tenet ꝯn̄a a ſimili. Nā ſic rapinā ita ⁊ vſuram exercere eſt crimē ledēs ꝓximū ⁊ rēpublicam. Vn̄ ⁊ ipſa rapina dr̄ ab Ambro. et homicidiū a Tullio. vt in q̄ōe. xiiij. habitū eſt. Tertio ſic. Fundamentū ac ſuppoſitum aduerſariorū hui⁹ ꝯcluſionis eſt falſum. ꝗ eoꝝ opinio falſa. Añs ꝓbat. Supponūt em̄ ꝓ fundamēto ꝙ eccleſie nō ſit cura de ſalute iudeoꝝ. qḋ dupliciter oſtenditur eſſe falſum. Primo. nā fideliter orat ꝓ eoꝝ ꝯuerſione nedū in die paraſceues: ſed ⁊ in alijs collectis inſtitutis ꝑ eccleſiā ac frequētatis. imo apl's Petr⁹ mādat chriſtianis honeſtā ꝯuerſationē hr̄e inter gentiles. partim ex illa cauſa vt eoꝝ exēplo cōuertant ad fidē. vt patꝫ. i. Pet. ij. Nō min⁹ aūt debet ſibi cura eſſe de iudeis q̄ꝫ gentilib⁹. igit̄ ſi eoꝝ ꝯuerſio eſt ſibi cordi ⁊ cure tūc ꝑ ꝯn̄s ſibi etiā eſt cure id qḋ ad illā cōuerſionem diſponit. hoc aūt eſt abſtinētia a pctīs lege diuina ⁊ naturali dānatis cuiuſmodi eſt vſura. Cuius em̄ illuſtrat a talibus abſtinēs q̄ꝫ ſe illis polluēs. vt ptꝫ in ſimili de Cornelio Act. x. Scḋo idem oſtendit̄ eſſe falſum. q2 ſpōſe cura debet eē ne offendat̄ ſponſus vndecūqꝫ. Deus aūt ſpōſus eccl'ie offendit̄ cuiuſlibet hoīs peccato. igit̄ eccl'ie debꝫ eſſe cura de pctō: etiā cuiuſcūqꝫ hoīs. licet maior de vno q̄ꝫ de alio. q2 magis obligata eſt domeſticis q̄ꝫ extraneis: ſed nō ſequit̄: minorē curā illis debet. igit̄ nullā curā. Nec valet argumētum eoꝝ dicēdo. Iudei ſunt in ſtatu damnationis. igit̄ nō debet eſſe eccleſie cura de eis. Nā eque ꝯcluderet ꝙ eccleſie cura nō deberet eſſe de multis xp̄ianis exiſtentib⁹ in ſtatu reprobo vt de vſurarijs ⁊ meretricibus. et ſicut eccl'ia de ſuis xp̄ianis malis nō ſcit ſi ſint finaliter in illo ꝑſeueraturi. iō ſibi ē cura vt eos ab illo auertat. Sic etiā neſcit ſi iudei illi vel illi ſint finaliter in iudaiſmo ꝑſeueraturi. ideo cura ſibi debꝫ eē vt ab illo ꝯuertant̄: ⁊ ꝑ ꝯn̄s de medijs cōducentib⁹ ad illā ꝯuerſionē q̄le eſt abſtinētia ab vſuris. ſunt ergo iudei in ſtatu dānationis: ſed nō ſunt incōuertibiliter ī illo ſtatu. ꝓ exiſtēte aūt ꝯuertibiliter in ſtatu dānationis eccleſia curā habet. igit̄. Quarto. eccleſia deberet ſe de eorum pctō intromittere inquantū illud eoꝝ pctm̄ eſt offenſiuum dei: etiā ſi nō intromitteret ſe de eorum pctō vt eſt ſaluti iudeoꝝ nociuū. Probatur. q2 tenet̄ ad hoc agere vt nō offendatur de⁹. Vn̄ Aug⁹. in ſermōe plurimorum martyrū: ſic inq̄t. Qn̄ aliq̄s in deum peccauerit: ſi ſine grandi diſtrictiōe voluerimus īdulgere: ꝑticipes peccati eoꝝ efficimur. Vn̄ grauiter peccaret ꝓlatus ſi talez nō corrigeret. Nā vno peccāte nō punito ira dei deſcēdit cōtra innocētes. l. diſ. ſi q̄s diacon⁹. in fine. et. j. q. iiij. §. ſicut popul⁹. ⁊ c. turbat̄. Quinto diſpoſitio c. j. de vſur. in ſexto. intelligit̄ tā de iudeis vſurarijs q̄ꝫ xp̄ianis. vt patebit in. q. xxvij. in ꝯcluſione ſexta. et tm̄ illud. c. fundat ſe in periculo animarū. igit̄ ſibi etiā eſt cura de ſalute iudeoꝝ. Sexto ſic. Prelatus eccleſiaſticus nō habet in laicū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in infidelē iuriſditionē q̄ ad ei⁹ tꝑalia bona niſi rōne peccati. cū ergo papa in. c. poſt miſerabilē. de vſuris. diſponat de tꝑalib⁹ bonis iudeoꝝ. ſcꝫ vſuris a xp̄ianis acceptis vel accipiendis: hoc erit rōne pctī. i. q2 cū pctō illas capiunt vel detinēt. igit̄ nō tm̄ vt indemnitati xp̄ianoꝝ ꝓuideat: ſed etiā vt pctā iudeorū cohercear id facit eccl'ia. Maior ꝓbat̄. Nam temporalitas nō eſt ſufficiēs rō deferēdi ipaꝫ iuriſditionē ad eccleſiam ſuper aliquē laicum niſi accedat ratio peccati. q̄

accedēte accipit iuriſdictionē in tractantē
talem temporalitatē, ſicut videm⁹ q eccle
ſia in c. i. de emp. et vendi. ſe intromittit de
illo q rem vendidit plus iuſto pcio eo q
talis vēditor peccauit q ex radice etiā eps
videtur punire poſſe illos q in cera vendē
da miſcēt fabarū farinā ⁊ in aromatibꝰ cō
tritis pulueres cōmixtos: eo q rōne pecca
ti in deū ⁊ pximū cōmiſſi ɔtract⁹ ad eccle-
ſiaſticū deferī forū. Vñ etiā doctores i. c.
poſt miſerabilē. colligunt ex textu q iudei
peccāt fenerādo a xpianis. ⁊ notatim Ab-
bas in vltimo notabili. Hoc aūt collige-
re eſt ſignū q voluerūt dicere q papa al's
nō intromitteret ſe de illis tpalibꝰ reſtituē-
dis, ſed q intromittat ſe eſt rōe peccati qd
cōmittit in nō reſtituēdo ſeu in detinendo
et acquirēdo talia. Septimo ⁊ octauo p
batur eadē ɔcluſio, ſed illas pbatiōes vi-
de in ſolutione pmi argumēti ɔtra ſcdam
ɔcluſionē ſtatim infra.

Primo arguit cōtra primā con-
cluſionē. i. ad Cor. v. ait
aplus. Quid mihi de his q foris ſunt iu-
dicare, hoc eſt, ad me nō ptinet iudicare de
infidelibꝰ: q2 ſunt extra forū eccleſie: et loq
tur ibi de infidelibꝰ q digni ſunt punitiōe
pter aliqd pctā, ſubdit eī. Nā eos qui
foris ſunt deus iudicabit, ergo ad platum
eccleſiaſticū ſic erat paul⁹: nō ptinet puni-
re infideles (cuiuſmodi ſūt iudei) p ſuis de
lictis: vt pro vſura ⁊ hmōi. et p ɔſequens
eiſdē nec phibere delicta. Dicendū diſtin
guendo ɔſequēs, quia ſi intelligaī quo ad
punitionē p excōmunicationē: ⁊ ſic ɔcedo.
Nā eccleſiaſticus platus nō habet excō-
municare (saltē directe) infideles vt iudeos
et alios p ſuis criminibꝰ. Nā illi al's ſūt ex
tra eccleſiā numero ⁊ merito, et dico ſaltē
directe, q2 indirecte etiā pōt eos excōmuni
care, q2 phibendo (vt pōt) chriſtianis ne cō
municēt iudeis (vt facit in caſu capituli p⁹
miſerabilē, extra d' iudeis) p indirectū excō
municat iudeos, q2 impedit eos ne valeāt
xpianis cōicare, nā cōmunicatio eſt relati
uum equiparātie. Ideo niſi xpiani cōicent
eis nō dicūī iudei cōicare xpianis. Poſ
ſet etiā ɔñs ɔcedi q platus eccleſiaſticus
nō iudicat de infidelibꝰ q ad hoc q impo-
nere vellet eis iniuris regulas canonicas
q ad religionē. Nā ſic eos dimittit in reli-

gione ſua, ita ⁊ in ɔſequētibꝰ eandē dimit-
tere habet. Si aūt intelligaī quo ad quaſ-
cunqȝ punitionē negaī, nec aplus loquiī
de omni punitione, qd ptz intuenti mate-
riā apl'i ibidē. Tractat ei ibi de pctō cuiuſ
dam xpiani publici fornicatoris qui duxe
rat vxorē patris ſui quē ibidē excōicat. Ex
eīn ɔſequēs nō ſit īdiſtincte verū ptz, qm̄
multi ſunt caſus in qbus eccleſia iudicat
de infidelibꝰ, patet enumerādo. xii. caſus.
Primo. in. c. ɔſtituit. xvii. q. iiii. ɔciliū
Toletanū mandat iudeos illos publicis
cedibꝰ deputari q ſurrepſerit ad officia pu
blica illa aſſumēdo. Scdo i. c. ſepe. xxviii.
q. i. mandaī q ſi q iudei ad fidē xpi cōuer-
tantur ⁊ nō vitent ɔſortia infideliū vt iu-
deoꝝ nondū ɔuerſoꝝ: tales ɔuerſi donen
tur xpianis ⁊ infideles publicis cedibꝰ de
putenī. Tertio in. c. alieni. ii. q. vii. Dioni-
ſius papa cenſet infideles infames repel-
lendo eos ab actu legitimo, ſcȝ ab accuſa-
tione fideliū. Quarto eccleſia repellit eos
ab officijs publicis. liiii. diſt. nulla officia.
Quinto phibet eis emere mancipia chri-
ſtiana. extra de iudeis. c. vlti. et. liiii. diſ. fra
ternitatē. Sexto quia nō permittit eis fa-
cere nouas ſynagogas. in. c. ɔſuluit. extra
eodem. Septimo phibet eis ne diebꝰ la-
mentationū exeant in publicū. in. c. quia.
et in. c. in nōnullis. extra eodē. Octauo pci
pit eis vt ſoluant decimas de terris quas
colūt. in. c. de terris. extra de decimis. No
no phibeī eis ne chriſtiana mancipia cir-
cumcidant. liiii. diſ. c. nulla. Decimo ne ex
teſtamēto xpiani aliqd capiant. xxiiii. q. i. ſi
ſane. Undecimo diſponit papa in. ca. in
archiepiſcopatu. extra de rapinis. q ſara-
ceni p quibuſdā delictis pñt per epiſcopū
pena pecuniaria mulctari: et etiam flagel-
lis affici: citra tamen vindictā ſanguinis.
Ex quibꝰ omnibus patet q multipliciter
quo ad phibitiones ⁊ penas eccleſia iudi
cat de infidelibꝰ. Unde etiā habet electio-
nem an faciat eas cōpelli per principes ſe
culares an vero per ſe velit exercere iuriſ-
dictionē in temporali pena corpis vel pe-
cunie, pter qd papa quidam fecit cōburi
qſdā libros iudeoꝝ q ɔtinebāt hereſim in
lege ſua vt dic̄ Inno. i. c. qd ſup his. de vo
to. Vñ crimē vſure eſt mixti fori: q2 repeti
pt vſura in foro ſeculari et eccleſiaſtico q

hoc vbi nō dubitaꝛ ↄtractū eſſe vſurariū: vbi autē dubitaꝛ cognitio pertinet ad foꝝ eccleſiaſticum. pōt etiam in vtroqꝫ foro puniri. Nec obſtat ſi dicaꝛ. quare ergo papa mandat eos compelli per iudicem ſecularem in. c. poſt miſerabilē. de vſuris ſi ipſe poteſt. Dicendū eſt ꝙ facilius poſſunt cōpelli ꝑ ſecularē habentem hoīes armatos. Nam eccleſia nō habet arma. De iuriſdictione vero ſpirituali parū curant iudei. iō vt facilius cogāꝛ iudei habeꝛ recurſus ad ꝑncipem ſecularem. Et duodecimus caſus ad ꝓpoſitum eſt de vſura: vt in capitulo poſt miſerabilē. Unde ſi h̄ argumentū ↄcluderet: ſequereꝛ ꝙ etiam nō poſſet eis ꝓhibere homicidiū rapinam ⁊ hmōi. nec ſuꝑ eiſdem poſſent ꝑ chriſtianos puniri.

## Secūdo arguitur

contra ſecūdam ↄcluſionē: q2 in. c. quāto de vſuris: allegaꝛ tm̄ indemnitas chriſtianoꝝ ꝓ cauſa ꝓhibendi iudeis vſuras ſcꝫ ne exhauriant facultates chriſtianoꝝ ⁊ inmaniter aggraueꝛ. igiꝛ illa ꝓhibitio non fit ex eo qđ eccl'ia curet de peccato iudeorū. Dicendum ↄcedendo añs: negaꝛ ↄña. Nam locus ab auctoritate negatiue non valet. Si eīm nullā omino allegaret nō ſequiꝛ ꝙ ergo ſine omī cauſa ꝓhibitio eēt facta. Eſt igiꝛ illa indēnitas cauſa partialis nō totalis. Alie eīm cauſe ſunt: q2 offenditur deus ⁊ ꝓximus ⁊ ex facilitate inueniendi mutuū ad vſuras multi leuit' diſſipāt ſubſtantiam ſuam vitioſe: ⁊ quia exercentes dānant animas ſuas. Unde etiam in caplo ꝑmo de vſuris li. vi. vbi ꝓhibeꝛ ne q̄s locet domos vſurarijs alienigenis. papa ꝓ cauſa ↄſtitutionis allegat in ꝑncipio capli ꝙ vorago vſuraꝝ animas deuorat: ⁊ facultates exhaurit. ⁊ ſic vult ꝙ cauſa cur illam ↄſtitutionē edidit eſt periculū animarū exercentium vſuram ⁊ tꝑale damnū recipientiū ad vſuram. Modo ſub vſuras exercentib9 de quib9 in ꝑmo caplo agiꝛ: comꝓhenduꝛ ſm doctores iudei etiam. igitur in illa ↄſtitutione pape fuit cura de peccato iudeoꝝ adeo vt eſſet ſibi cauſa illam cōſtitutionē edendi ſaltē partialis. ⁊ hec eſſet ſeptima ꝓbatio ſecūde ↄcluſionis. Itēꝫ in cle. vnica de vſuris. vbi ꝓhibeꝛ ne dictētur conficiant vel ſcribanꝛ ſtatuta quib9 diſponaꝛ ꝙ vſure ſoluanꝛ: ⁊ ſolute nō repetanꝛ. dicit ꝙ hoc eſt in offenſam dei et ꝓximi ac ↄtra iura diuina pariter ⁊ hūana. Et cām eiuſdēꝫ ↄſtitutionis aſſignans dicit. Nos igitur ꝑnicioſis his auſib9 obuiare volentes ⁊c. Innuit ergo ꝙ cauſa illius ꝓhibitionis eſt: quia eſt peccatū ↄtra deū ⁊ ꝓximū. Modo illa cle. ſm doc. etiam extendiꝛ ad vſurarios iudeos. igiꝛ eccleſie fuit cura de vſura iudeoꝝ: ⁊ hoc etiam inq̄ntū eſt in offenſam dei ⁊ ꝓximi: ⁊ inq̄ntū ē peccatū cōtra legem diuinā ⁊ hūanā: ⁊ hec eſſet octaua ꝓbatio ſecūde ↄcluſionis.

## Tertio arguitur

Si rōnes ſecūde cōcluſionis concluderēt eque ↄcluderent ꝙ eccleſia deberet iudeis eoꝝ ritus ꝓhibere ⁊ ſuper hoc eos punire. Nam ⁊ illi ſunt eis peccata quib9 offendiꝛ grauiter deus. Reſpondeꝛ. Non eſt ſimile q2 ꝓhibendo eis ritus eoꝝ ꝓhibereꝛ et cōſeq̄nti eis fides eoꝝ cui illi ritus ſunt cōnexi. ⁊ ſic ad fidem noſtram cogerenꝛ. modo nō ſunt cogendi. Unde beatus Grego. ait Qui ſincera intētione extraneos a xp̄iana religione ad fidem cupiūt rectam adducere: blandimentis debent nō aſperitatibus ſtudere. ne quoꝝ mentem reddita a plano ratio poterat ꝓuocare: ꝑcul pellat aduerſitas. xlv. diſ. Sed ꝓhibendo eis vſuras nō ꝑ hoc coguꝛ fidem vel religionem ſuam deſerere: quia ex religione ſua nō ſunt obligati ad exercendum vſuras ſed eas dimittere pn̄t: imo teneꝛ ad dimittendū eas.

## Quarto arguitur

Si cōcluderent rōnes ſecūde ↄcluſionis eque ↄcluderent ꝙ eis omē peccatū eſſet ꝓhibendū ſaltem aliud a ꝑtinente ad eoꝝ fidem ⁊ religionē. qđ eſt falſum. Reſpondeꝛ Nō eſt ſimile de omī alio. Nam poteſtas ſecl'aris nō ſe habet intromittere de oī peccato: q2 non de illo de quo ſibi iudicialiter ↄſtare nō poteſt: nec de omī etiam de quo poſſet ſibi iudicialiter conſtare: quia nō de venialib9: ſed limitata eſt eius poteſtas ad aliqua peccata: cuiuſmodi ſunt illa que rē publicam ledunt turbantqꝫ pacem ⁊ tranquillitatē: de quoꝝ numero eſt vſura. Nec etiam ꝑlatus eccleſiaſticus de omī peccato habet ſe intromittere in foro ↄtentioſo:

nec etiam rationes adducte ꝓ ſecūda con‑cluſione fundabant ſe tñ in hoc quod eſt vſuram eſſe peccatum dei offenſiuū: ſed q2 vltra hoc erat peccatū ledens rempubli‑cam natuꝫ cadere ad foꝝ ſeculare ⁊ eccleſia‑ſticum ꝯſimile ad rapinaꝫ furta ⁊ alia gra‑uia: ⁊ ſimile talibꝰ peccatis que eccleſia et poteſtas ſecularis in ſuis ſubditis punit: quia eſt ſimilis vſure chriſtianoꝝ quā vtra‑ꝗ̃ eccleſia punit in ſuis.

### Queſtio. XXVI.

## Vtrū poteſtas ſe‑

cularis ac p̄latus eccleſiaſticus licite poſſit in aliquo ex ſequentibꝰ caſibꝰ tolerare mu‑tuationem vſurariam iudeoꝝ atꝗ̃ conſen‑tire in eandem ſcꝫ ad vitandū maius malū ⁊ ad conſequendū maius bonū. Solutio queſtionis ſtat in tribꝰ ſuppoſitioibꝰ ⁊ octo concluſionibus: ⁊ totidem correlarijs: ac triū argumētoꝝ ſolutionibꝰ. Prima ſup‑poſitio. hic capitur poteſtas ſecl'aris ſicut in p̄cedenti queſtione in p̄ma ſuppoſitōe. ⁊ patet etiam ordo huius queſtionis ad p̄‑cedentem. Nam in p̄cedenti habetur ꝙ tā poteſtas ſecularis ꝙ̃ p̄latus eccleſiaſticus poteſt ⁊ debet iudeis prohibere vſuram ⁊ eos deſuper punire. ⁊ per conſequens non eſt ſibi licitum tolerare. ⁊ hoc eſt verum re‑gulariter loquendo. ſicut illud etiam lati‑us hic ꝓbabitur. ſed in preſenti queſtione queritur an ne hoc fallat in caſibus tactis in titulo queſtionis. Secūda ſuppoſitio Longe differūt tolerare peccatum ⁊ cōſen‑tire in peccatum. Primo. quia cōſentire in peccatum eſt actus voluntatis poſitiuus quo voluntas vult peccatum ⁊ ſibi com‑placet. ſed tolerare nō eſt actus poſitiuus: ſed eſt negatio poſitiui actus: eſt enim non punire. ⁊ ſic eſt negatio actꝰ puniendi. Vel ſi eſt actus poſitiuus ſcꝫ nolle punire vel velle nō punire: vl' quo nult punire (ſi grā‑matica patiat̃) tamen eſt reſpectu negatio‑nis. Secūdo differūt. quia nūꝗ̃ licet con‑ſentire in peccatū ꝓpriū vel alterius: vt pa‑tebit. ⁊ tamen ſepe licet tolerare peccatum alienū. Tertia ſuppoſitio. Differunt etiā querere an p̄latus eccleſiaſticus ⁊ poteſtas ſecularis licite poſſint tolerare. ⁊ an debe‑ant tolerare. nam m'lta licent que nō ſunt tamen debita ſeu precepta: ſed bene econ‑tra omē debitū ſeu preceptum eſt licitum ⁊ omne illicitum nō eſt debitum. ideo oſtē‑ſo aliquid eſſe illicitū habetur etiam ꝙ nō eſt debitum.

## Prima concluſio.

Poteſtas ſecularis: ⁊ prelatus eccleſiaſti‑cus nunꝗ̃ poteſt licite cōſentire in mutua‑tionem vſurariā iudeoꝝ. ꝓbat̃ octo rōnibꝰ Primo ſic faciens pctm̄ ⁊ ꝯſentiens digni ſunt pena. Ad Ro. j. ⁊ etiam equali pena: vt in. c. notuꝫ. in fi. q. q. j. ⁊ in. c. j. de offi. de legati. ⁊. xj. q. iij. qui ꝯſentit. ergo vtriꝗ̃ ſūt culpabiles ⁊ equaliter. tenet ꝯñ̃ quētia. q2 pena correſpondet culpe: ſed iudeus mu‑tuano ad vſuram peccat mortaliter. igitur conſentiens in eandeꝫ peccabit mortaliter.
Secūdo ſic. Nudus ꝯſenſus ad facien‑dum malū: etiaꝫ nullum p̄ſtans iuuamen eſt dānabilis ⁊ puniendus: vt in. c. felicis. de penis in ſexto. in. §. illud. Tertio ſic. Auguſtinus in ſermone de verbis euāge‑gelij. ⁊ habet̃. xxiij. q̄ōne. iij. in. c. a malis. ait. Cōmunicat̃ malo quādo facto eius cō‑ſortiū voluntatis vel approbationis adiū‑gitur. neꝗ̃ ergo conſentientes ſitis malis vt approbetis neꝗ̃ negligentes vt arguatiſ
Quarto ſic. Augꝰ. in ſermone de verbis euangelij. ⁊ habet̃. xxiij. q. iiij. c. recedite. in fi. vbi dicit. hoc eſt imundum nō tangere ⁊ voluntate nō ꝯſentire: ore nō parcere. igi‑tur ſecus agendo ſcꝫ ꝯſentiendo tangit̃ im‑mundū ſp̄ualiter intelligēdo. ⁊ ꝑ cōſequēs contra p̄ceptuꝫ dei dicentis. imundū noli‑te tangere. Leuit. v. ⁊. ij. Coꝝ. vj. Quinto ſic. Augꝰ. in libro ſcđo contra ꝑmenianū. ⁊ habet̃. xxiij. q. iiij. in. c. ita plane. dicit ꝙ quis ſociat̃ malis duobus modis: vel cō‑mittendo malū cū eis vel fauendo cōmit‑tentibꝰ. ſi autē neutrū facit nullo modo ſo‑ciatur malis dummodo addat tertium: vt nō ſit piger in corripiendo: ⁊ ſi iudex nō ſit piger in puniendo. dūmodo hec omnia fa‑cit cum dilectione corripiendi ⁊ nō odio ꝑ‑ſequēdi. Poſtea textꝰ ſic dicit in fine. Vbi autē cetera impediūt̃: illa duo ſemꝑ retenē‑ta incorruptum caſtūꝗ̃ cuſtodiunt: vt nec faciat malū nec approbet factum. Ille enī dicit̃ cōmittere malū qui eſt p̄nceps mali. Ille autē dicit̃ approbare maluꝫ factum ꝙ

preſtat conſenſum ⁊ approbationem malo iam facto. Sexto ſic. Auguſtinus in epiſtola facta cõtra donatiſtas. ⁊ habet. xxiii. queſtiõe. iiii. ſi quis a catholica. in fine. dicit ſic. Cõmunio maloꝝ non maculat aliquem participatione ſacramentoꝝ: ſed cõſenſio factoꝝ. Nam ſi malis factis nõ eis quiſq̄ que conſentiat: portat malus cauſam ſuam: nec preiudicat alteri quē in conſenſione mali operis ſocium nõ habet criminis. Septimo probatur ſic. Nunq̄ actus ex genere malus eſt licitus. ſed conſenſus in mutuationē vſurariam eſt ex genere malus. igit̃. Maior probatur. quia bonum eſt ex integra cauſa. Cauſarum autē requiſitarum ad bonitatem actus vna ē ꝙ cadat ſuper debitum obiectum quod dicitur genus actus. ad eſt materia circa quā Minor ꝓbatur. quia talis cadit ſup actuz malum ⁊ damnatū diuina ⁊ humana lege Modo taliter malum nõ eſt natum ſm rectam rationem terminare actum complacentie ⁊ volitionis voluntatis. Octauo ſic. Leo papa in ſermone. vj. de natiuitate dñi ait ſic. Quid eſt autem dilectiſſimi pacem habere ad deum: niſi velle qđ iubet: et nolle quod ꝓhibet. Si em̃ humane amicicie pares animos ⁊ ſimiles expetunt voluntates: nec vnq̄ diuerſitas moꝝ ad firmā poteſt venire concordiam: quõ diuine particeps erit pacis cui ea placent que deo diſplicent. ⁊ his appetit delectari quibus illum nouit offendi. Iterū. Nā ſi in ꝓgenie carnali ⁊ ſtirpe terrena clarꝫ parentibus genitos vitia male conuerſationis obſcurāt: ⁊ ipſo maiorū ſuoꝝ lumine ſoboles indigna confunditur: in quē exitum venient q̄ ꝓpter amorem mundi a generatione chriſti nõ metuūt abdicari. Si autē ad humanā pertinet laudez: vt patrum decus in prole reſplendeat. quāto magis glorioſum eſt ex deo natos in actoris ſui imagine refulgere ⁊ illum in ſe qui illos generauit oſtendere. Hec ille. Ex quo habetur ꝙ non poteſt quis amicus dei eſſe ⁊ filius ꝑ gratiam: niſi fugiat ⁊ nolit id quod odit deus: cuiuſmodi eſt peccatum.

## Secūda concluſio

Nec ꝓpter maius malum imo maximū ſpirituale malum vel temporale malū vitandum: nec etiam ꝓpter maius bonum: imo maximū boni conſequendū temporale vl' ſpirituale eſt licitum conſentire in mutuationem vſurariam. Probatur decem rationibus. Primo ſic. Actus ex natura vel ex genere ſuo exiſtens peccatum: non deſinit eſſe peccatum ꝓpter hoc qđ veſtitur illa vl' alia circūſtantia finis ſcꝫ optimi finis conſequendi vel peſſimi vitandi. Conſentire autez in mutuationem vſurariam iudeoꝝ eſt actus exiſtens ex ſuo genere peccatum. igitur nõ deſinit eſſe peccatuz ꝓpter hoc ꝙ ille cõſenſus fit ꝓpter talem finem ſcꝫ ad vitandum maius malum ⁊c̃. Maior ꝓbatur tripliciter. Primo exemplariter. Occidere innocentem ex quo eſt actus ex genere malus nõ deſinit eſſe malus ꝓpter hoc. quia fit ꝓpter bonum finem: ſcꝫ vt habeanť bona eius ⁊ fūdenť eccleſie. vel vt vitetur aliqđ malum: vt vult Aug⁹. in quadam omelia. ⁊ habetur. xiiii. qõne. v. in. c. forte. idem dicitur de rapina furto ⁊ ceteris. vnde errauit Cayphas ſm ſuū intellectum dicens. Expedit vt vnus homo moriať ꝓ populo ⁊c̃.

Secūdo. quia eſt regula magiſtral'. Intentio finis boni nõ iuſtificat factum ex ſe damnatū: ſicut tractat magiſter in ſecundo diſ. xl. c. iii. vbi vult ꝙ omnes actus ſm intentionem ſunt iudicandi boni vel mali. ꝑter quoſdam qui ſunt ita mali vt nūq̄ pñt eſſe boni. etiam ſi videantur habere bonaz cauſam. Intereſt em̃ plurimū (inquit Auguſtinus) qua cauſa: quo fine: qua intētione quid fiat: ſed ea que conſtat eſſe peccata nullo bone cauſe obtentu: nullo quaſi bono fine: nulla velut bona intentione faciēda ſunt. Et ponit Auguſtinus in libro cõtra mendacium multa exempla de vtroq̄ ſcꝫ de his que poſſunt eſſe bona ⁊ mala. et de his que ſunt ſm ſe peccata. Vtitur aūt Auguſtinus dictione quaſi: ⁊ dictione velut. quia peccatum nõ poteſt fieri bono fine nec bona intētione. quia nõ poteſt eſſe bonus finis: nec bona intentio que inducit hominē ad peccatum cõmittendum: licet hoc aliquādo videatur erronee opinioni hominū. Tertio ꝓbatur eadem maior quia bonū eſt ex integra cauſa ſm Dioni. in. c. iiii. in libro de diui. noib9. Malū aūt ex ſingulis defectibus. Et idem vult Ariſtoteles. ii. ethicoꝝ dicens. Bene agere cõ

tingit vno modo: peccare autẽ multipliciter. id eſt ad hoc q actus ſit bonus requirunt omnes conditiones requiſite ad eũ: ⁊ nõ ſufficit vna circumſtantia tm̃. ⁊ ſi vna deficit actus eſt malus. Modo ad bonũ actum ante omnia requiritur genus, id eſt obiectum debitum. igitur ſi circumſtantie eſſent bone: vtputa finis ⁊ hmõi. ſi tamen genus eſt indebitũ actus manebit malus. Minor ꝓbatur. quia conſentire in peccatum habet ꝓ obiecto peccatũ: igitur ex genere. id eſt ex obiecto ſuo habet q eſt inordinatus. quia cadit ſup indebitũ obiectũ. Secũdo ꝓbatur illa ſecũda concluſio ſpecialiter de malo temꝑali vitando: ⁊ hoc ſic. Nullus licite cõmittit peccatũ vt euadat periculum etiam mortis ⁊ vite. ſed conſentiens in vſuram iudeorũ cõmittit peccatum ex ꝑma concluſione. igitur ſi illum conſenſum ꝑſtet etiam ꝑpter vitare periculũ mortis ⁊ vite nõ licite id facit. ⁊ eadem rõne ⁊ a maiori ꝑpter nullũ aliud tꝑale malũ vitandum licebit cuiq̃ in eam conſentire. Maior ꝓbatur. tale cõmittere peccatum ſcʒ vt euadat mors venit ex radice ⁊ cauſa mala. igitur eſt malum. Antecedens ꝓbatur. q venit ex timore mundano. ille autẽ ex ꝓhibitione chriſti eſt malus: vt dicit magiſter in. iij. libro. xxxiij. diſtin. c. ⁊ quia de timore. vbi allegat Caſſiodoꝝ dicentẽ. quando timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi ꝑpter quod delinquimus: hic timor malus eſt quem dñs ꝓhibet in euãgelio dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Tertio ſic. conſentire in veniale peccatum nõ eſt cuiq̃ licitum etiam ad vitandum mortem temporalẽ proximi. igitur conſentire in mortale peccatum (cuiuſmodi eſt conſentire in mutuationẽ vſurariam iudeoꝝ) non eſt cuiq̃ licitum ꝑpter quodcũq̃ temꝑale malum vitandũ. tenet ꝯſequẽtia. quia omniũ temꝑalium maloꝝ mors eſt maximũ. Antecedens probatur. Nam mendacium officioſum eſt veniale: ⁊ tamen illicitum eſt illud cõmittere. ⁊ per conſequens in ipm conſentire etiam ad ſaluandũ vitam: vt dicit textus in. c. ſuper eo. de vſuris. ⁊. xxij. q. ij. c. ſi quis ad te confugerit. vbi ait Aug⁹. in libro de mendacio. Nunq̃ ꝓ cuiuſq̃ vita temporali mentiendum eſt. id eſt licitum mentiri. ⁊ idem dicit Iſidorus in ſinonimis eadẽ. q. in. c. omne genus. Idem dicit ibidem Aug⁹. in. c. ne quis arbitret. Et ex hoc ſequit correlarie q etiã ſi ꝑ mutuationẽ vſurariam iudeoꝝ ſuccurret pauperib⁹ ne fame perirent: nõ eſt licitum in eam ꝯſentire. Et Aug⁹. in li. de mendacio dicit q ꝓhibitũ eſt mẽdaciũ dicere: ne alius ab immũdicia corporali defendatur. id eſt ne eius virginitas vel caſtitas violetur. xxij. q. ij. c. j. ſic nõ liceret mutuanti obligare mutuatariũ ad dandum quid in elemoſynam pauperibus. Quarto ſic. Aug. in de ciui. dei li. ij. Et habetur etiã in c. iis ne. xxxij. q. v. dicit q quis debet poti⁹ omnia mala pati q̃ malo cõſentire. ⁊ idem habet in. c. ſacris qđ metus. Igitur ꝑpter nullum temporale malũ vitandũ licet conſentire peccato iudeoꝝ. Quĩto ſic. Iſidorus in libro de mendacio. Cũ ad hoc ventũ fuerit vt ſaluti hoĩm niſi peccando conſulere nõ poſſit iam ſe exiſtimet nõ habere quid faciat qm̃ id reliquũ eſſe proſpexerit qđ recte faciet. xxij. q. ij. c. faciat. Sexto ſic Aplus ad Ro. iij. Non (ſicut blaſphemamur: ⁊ ſicut aiũt quidam nos dicere) faciamus mala vt eueniant bona quoꝝ damnatio iuſta eſt. Modo conſenſus in mutuationem eſt facere malum. igitur non eſt ille conſenſus eliciendus vt inde eueniant bona etiam quecũq̃. Nam indiſtincte dãnat illud apoſtolus. Unde ſi quis malum faceret vt ſaluaret primus a dãnatione eterna: imo vniuerſus mundus: talis nõ ob hoc excuſaret. nullus em̃ animã ſuã debet alienis cõmodis impendere. qm̃ ordĩata charitas incipit a ſeipſa. plus etiam ſalutẽ anime ſue debet quiſq̃ velle q̃ cuiuſcũq̃ alterius. aliter agendo peruertit ordinẽ: ⁊ crudelis eſt in ſe: plus volendo eſſe in alium. maxima autẽ impietas eſt ſibiipſi eſſe impiũ. Miſerere (inquit ſapiens) anime tue placens deo. Eccleſiaſtici. xxx. ⁊ Math. xvj. ⁊ Luc. ix. dicit xp̃s. Quid ꝓderit homini ſi vniuerſum mũdum lucretur: ⁊ anime ſue detrimentũ patiat. Septimo ſic. participare cum excõmunicato (regulariter loquendo) nõ eſt mortale peccatum: ſed tm̃ veniale: demptis quattuor caſibus: de q̃bus alibi: ſaltem ſm̃ vnã ⁊ ꝓbabilem opinionem. ⁊ tamen illa participatio in caſu etiã in quo aĩs eſſet tm̃ venialis nõ deſinit

eſſe illicita: etiam ſi fiat ꝓpter vitare mortez ꝓprie perſone vel cruciatum corporis: vt in c. ſacris. quod metus cauſa. ergo nec conſentire peccato mortali alicuius redditur ꝓpter quodcumqꝫ temporale malum vitandum licitum cum in id conſentire ex ſuo genere ſit mortale ⁊ grauius veniali participatione cum excōmunicato. Octauo ſic. Si quis petendo mutuum occaſionaret mutuatorem ad hoc vt ſub vſuris mutuaret: puta ſi eum ad ſic mutuandum induceret vel ſibi ad hoc conſentiret: petens peccaret: etiā ſi id petiſſet quatenus captiuos chriſtianos de infidelium manibus ne occidātur temporali vel ſpirituali morte eriperet. ille inquā eſt caſus capituli. ſi fe. extra de vſuris. ſm vnum intellectum eius. ꝙ vult ꝙ conſenſus in peccatum vſure etiaz alterius nō deſinit eſſe malus: etiam ſi fiat ꝓpter magnū maluz tpale vel ſpūale, ꝓximi vitandum. Nono ſic. Si quis mutuaret ad vſuras finaliter vt de lucro vſurario redimeret captiuos chriſtianos de manibus infidelium ne occiderentur temporali vel ſpirituali morte: nō ob h̄ deſineret illa mutuatio vſuraria eſſe illicita: ille inquā eſt caſus eiuſdem capituli ſm alium intellectuz ⁊ vterqꝫ eſt verus. igitur eadez ratione nec licebit conſentire in illam ſi a ꝓximo fiat. Nam ꝓximū ſic̄ me debeo diligere. Decimo ſi nō eſſet ſecūda pars concluſionis vera: eodē ergo modo liceret maleficiato cōſentire vt fieret maleficium aliquod ꝙ ipſe liberari poſſet a maleficio ſibi inflicto qđ eſt falſum. vnde inter articulos cōdemnatos pariſius per theologicā facultatē. Anno dñi. M. ccc. xcviij. Quintus eſt ꝙ eſt error dicere ꝙ licituz ſit vti magicis artibus vel alijs quibuſcunqꝫ ſuperſtitionibus a deo ⁊ eccleſia ꝓhibitis pro quocunqꝫ fine bono. Sextus etiam ibidem eſt ꝙ ſit licitum aut etiam ꝙ ſit permittendum maleficia repellere: error. Septimus ꝙ aliquis cum aliquo poſſit diſpenſare in quocunqꝫ caſu vt talibus licite vtat̄: error. Ex hac concluſione ſequitur

## Primū correlariū

Propter loquēdo maledictū videt̄ ſi ſic dicatur vt quidaz ait: vbi quis inter duo mala eſt implicitus: ita ꝙ alterum omnino eſt facturus: conſulenduz eſt ei vt potius faciat minus malū ⁊ euitet malus: vt puta aliquis dicit ſe victum tāta paſſione amoris vt nō poſſit vitare adulterium niſi adulteram interficiat. cōſulendum eſt ei vt faciat adulterium quod eſt minus malum ꝙ̄ homicidiū. Unde etiam panor. in. c. ſuper eo de vſuris ait. Si quis nō exiſtens ad vſuram paratus mutuare in nō mutuando. incurreret maius peccatuz ꝙ̄ mutuando ad vſuram: poſſet ei quis ꝑſuadere ꝙ mutuaret potius ad vſuram. Probatur correlarium ſic. Qui conſulit alicui aliquod peccatum: conſentit in eius peccatum: ſed conſenſus in peccatum etiam alienum eſt ſemper peccatum. igitur talis conſulendo peccat. ⁊ per conſequens nō eſt verum ꝙ conſulendum ſit ei. Minor nota ex ꝓma concluſione. Maior ꝓbatur. quia aut cōſulendo vult ꝙ faciat ſicut conſulit. aut nō vult ꝙ id faciat. ſi ſcđm nō vere ſꝫ ſimulatorie cōſulit. Hic autem loquimur de vere conſulente: ⁊ ſi deniqꝫ tm̄ ſimulatorie cōſulit peccat. tum quia ſimulatio eſt peccatum: tum quia alius occaſionatur ad peccatuz eius ꝯſultatione licet ſimulatoria. ſi ꝓmū igit̄ ꝯſentit ꝙ faciat. velle em̄ eū facere eſt ꝯſentire eū in id facere. Et ſi dicat̄. ꝯſulit ſibi nō abſolute ſed ſub conditione ſi ſcꝫ non velit alr̄s maius peccatum dimittere. ⁊ per conſequens nō conſentit in peccatum eius niſi ſub conditione. Contra. Hoc nō ex toto excuſat conſulentem licet a tanto. Probat̄ Nam conſulens ꝓximo peccare vult eum peccare. igitur ſub conditione cōſulens ei peccare vult ſub cōditione ꝙ ꝓximus peccet. mō nō tm̄ is peccat ꝗ aliquod peccatū vult ſimpliciter ⁊ abſolute: ſed etiam ꝗ illud vult conditionata volūtate licet ipſum abſolute nolit. quod patet. Nam ſi quis abſolute odit adoratiōem idoli: ſed tamen vt euitet mortem vult illam: talis peccat nec excuſatur a toto licet a tanto: quia non ita grauiter peccat ſicut ſi non anxiatus illam vellet. Secūdo ꝓbat̄ idē correlariū. Nā perpetrator minoris mali peccat in h̄ qđ ſibi ipſi conſulit minus malum vt euitet maius. ergo eadem ratione extraneus ſibi idē conſulens peccat. tenet conſequētia: quia

nō eſt ratio diuerſitatis. Et ſi arguatur. beatus Gregorius ⁊ Auguſtinus conſulunt ꝙ implicitus inter duo mala quoꝝ alterū eſt commiſſurus faciat minus: vt ſic euitet maius. Nam Gregorius in moralibus parte. vij. libro. xxxv. c. xliij. tractans de eo qui diabolica fraude perplexus eſt inter duo mala ait ſic. Eſt quod ad deſtruendas behemoth verſutias ſubtiliter fiat: vt cum mens inter minora ⁊ maxima peccata conſtringitur: ſi omnino nullus ſine peccato aditus patet: minora ſemper eligantur. quia ⁊ qui murorum vndiqꝫ ambitu ne fugiat clauditur: ibi ſe in fugam precipitat vbi breuior murus ingeritur. Hec ille. xiij. diſtin. c. nerui. In hoc ergo quod ait ē ꝙ ⁊c. vult dicere ꝙ eſt dabile conſilium quo in illa perplexitate ſe habeat perplexus. Auguſtinus quoqꝫ de adulterinis coniugijs libro ſecūdo. ⁊ habetur. xxxiij. queſtione. ij. loquens de marito inclinato ad occidendum vxorem ſuam adulteratā niſi aliā ducat ea viuente. ſeu quod idez eſt niſi cōmittat adulterium: ait. ſi facturus eſt quod nō licet: iam faciat adulterium ⁊ nō faciat homicidium. Hec ille. In hoc ergo ꝙ ait faciat: loquitur conſultiue. Et vt habetur in capitulo. duo mala. diſtin. xiij. in decretis. concilium Toletanū dicit. Si neceſſitas cōpulerit vnum ex duobus malis perpetrare: debemus reſoluere illud quod minori nexu noſcitur obligari. Dicendum ꝙ hec dicta ⁊ ſi que ſimilia reperiantur non ſunt intelligenda proprie ſicut iacent: vt oſtendunt rationes facte ſed reſtringenda quoniā improprie dicta ſunt. ſenſus eīn vtriuſqꝫ eſt ꝙ ille qui agit minus malum minus incurrit damnū ⁊ vitat maius damnū: nō autē ꝙ volendum ſit eum facere vllum malum. Secūdo poteſt dici ꝙ ibi duo ſunt conſideranda ſcꝫ maioris mali vitatio ⁊ illa eſt obiectum natum conſuli ⁊ id conſulunt predicti. Secūdo eſt ibi incurſio mali licet minoris. ⁊ illud non eſt natum conſuli: nec reſpectu illius eſt eoꝝ conſilium: ſed nuda permiſſio. Unde ille qui conſulit ꝙ vitetur malum maius bene facit in hoc cōſilio: ſed in hoc quod etiam conſulit exerceri minus peccat conſulendo. Et ſic eſt ibi duplex conſilium: vnum malum: alterū licitum. Unde beatus Auguſtinus poſt predicta ſubdit. Si eſt vtrūqꝫ nephariū nō debet alterum per alterum perpetrare: ſed vtrunqꝫ vitare. ecce ꝙ nō vult ſe conſuluiſſe vt cōmittatur minus maluꝫ: ſed conſuluiſſe vt vtrūqꝫ vitet.

## Secūdū correlariū

Non oportet circa ſecūdam concluſioneꝫ diſtinguere: vt quidam faciunt an minus malum in quod conſentitur: vt vitetur maius ſit malum ex lege diuina prohibitum: vel ex humana tm̄ quaſi in primo caſu ſecūda concluſio habeat veritatem ⁊ non in ſecūdo. Patet. Nam etiam in ſecūdo caſu eſt verum. quia comedere carnes in ſexta feria eſt malum ex lege humana prohibitū ⁊ tamen ſi quis conſentiret in illud quatenus ipſe vel alius vitaret aliquod malum ſiue temporale ſiue ſpirituale ⁊ maius ꝙ̄ ſit comeſtio carnium talis peccaret ſuo cōſenſu. Nec valet ſi dicatur ꝙ illa diſtinctio pro tanto fit. quia ſi minus malum eſt etiam tm̄ humana lege malum: papa poteſt diſpenſare ⁊ facere ꝙ nō ſit malum: ⁊ tunc conſenſus in ipſum ſit diſpenſatum: vt vitetur maius nō eſt peccatum: hoc inquam nō valet. quia talis conſenſus ſi eſt diſpenſatio facta non erit conſenſus in malum: ſꝫ in licitum. Concluſio autez loquitur de cōſenſu in malū. Itē quia eodē mō poſſet dici ꝙ etiam cōſenſus in malum quod eſt ex lege diuina malum non eſt peccatum ſi fiat ad maius malum vitandum. quia ſcilicet deus poteſt circa illud malum diſpenſare. ⁊ per conſequens conſenſus in illud malum iam diſpenſatū nō erit peccatū.

## Tertia concluſio.

Poteſtati ſecłari ⁊ prelato eccleſiaſtico nō eſt licitum tolerare mutuationem vſurariam iudeorum. Probatur quadrupliciter. Primo ſic. Ubi quis delictum poteſt impedire vel ipſum facere corrigi ſi hoc non facit: grauiter peccat. quia pro approbante ⁊ conſentiente habetur. vt in. ca. error. ⁊ in. c. quid eīn prodeſt. ⁊ in. c. conſentire. lxxxiij. diſtinc. ⁊ in. c. ſicut dignum. de homicidio.

Modo poteſtas ſecularis ⁊ eccleſia poteſt impedire vſurariam mutuationem: et eam facere corrigi. igitur. Secundo ſic. Cicero in primo libro de offi. in capitulo de iuſticia dicit. ſi quis non defendit ſociū aut alius facit iniuriam: tam eſt in vicio ꝙ ſi parentes aut amicos aut patriaʒ deſerat. Et ad idē eſt. c. quanto. de ſententia excōmunicationis. ſed vſura eſt iniurioſa non tm̄ ſocio. id eſt proximo poteſtatis ſecularis ⁊ eccleſiaſtice ſed etiam deo. quia offenſiua dei. igitur talis poteſtas nō cohercendo peccat cum poſſit. Tertio ſic. quia eorum mutuatio vſuraria eſt crimen natum cadere ad forum ſecularem ⁊ eccleſiaſticuʒ vt probatuʒ eſt. Modo predicti tenentur ad punienda crimina ad ſuum forum pertinentia in illis in q̄s habent iuriſdictionē igitur tenentur ad non tolerandum. quia tolerare eſt non punire. Maior nota. Nā leges ſeculares ⁊ iura canonica diſponūt de vſurarijs puniendis: licet nō equaliter de omībus: qm̄ aliquos vſurarios leges ciuiles tolerant: ⁊ aliquos non. ⁊ ratione illius criminis etiam iudei efficiuntur de iuriſdictione vtriuſqꝫ fori illius loci in quo cōmittunt. igitur. Minor probatur octopliciter, diſcurrēdo per legem diuinam canonicaʒ atqꝫ ciuilem ⁊ dictaminis recte rationis. Primo. quia apoſtolus ad Roma. xiij. Principes non ſunt timore boni operis ſed mali. Vis autem nō timere poteſtatem: bonum fac ⁊ habebis laudem ex illa. dei enim miniſter eſt tibi in bonū. ſi autem malum feceris time. non em̄ ſine cauſa gladium portat. dei enim miniſter eſt vindex in iram ei qui malum agit. Et infra de p̄ncipibus loquens ait. Miniſtri em̄ dei ſūt in hoc ipſum ſeruiētes. Hec ille. Tunc ſic arguitur. Miniſter tenetur ſuum miniſterium fideliter explere. ſed punire crimina eſt miniſterium poteſtatis ſeclaris adeo vt niſi exerceat: ſine cauſa gladium portaret. Videmus enim imperatori ⁊ quibuſdam alijs preferri gladios in ſignum ꝙ eorum eſt punire crimina. Secūdo probatur minor. Nam Exodi. xxij. dicitur Moyſi tāꝙ habenti poteſtatem in iſrael. Maleficos ne patiaris viuere ⁊c̄. Tertio ꝓbatur. Nam Ciprianus in nono genere abuſionis: ait. Rex debet furta prohibere: adulteria punire: impios de terra perdere. parricidas ⁊ periuros non ſinere viuere: filios ſuos non ſinere impie agere. Quarto. Idem patet per legem. ita vulneratos ad. l. aquiliam. Quinto ꝓbatur. Nam in caplo irrefragabili. de offi. or. conciliuʒ generale mandat prelatis eccleſiarum punire exceſſus ſubditorum ne ſanguis eorū de manibus ſuis requiratur. Idem habetur in. c. finali de regu. Sexto. in capitulo. vt fame. de ſententia excōmunicationis dicit̄. prelati exceſſus corrigere debent ſubditorum ⁊ publice vtilitatis intereſt ne crimina maneant impunita: ⁊ per impunitatis audaciam fiunt qui necꝫ fuerant nequiores. Nec valet euaſio. dicēdo ꝙ iudei nō ſunt ſubditi. Nam oppoſitum eſt oſtenſuʒ in precedenti queſtione. Eadem enim euaſione diceretur ꝙ poteſtas ſecularis poſſʒ tolerare homicidia: furta ⁊ alia crimina iudeorum: ⁊ prelati eccleſiaſtici tolerare poſſent ſi iudei blaſphemias publicas exercerent aut ſubuerſiones fidelium machinarentur. Septimo ⁊ octauo probatur per auctoritates Auguſtini allegatas in quarta ⁊ quinta probationibus prime concluſionis huius queſtionis. Quarto probatur principalis concluſio. Poteſtas ſecularis ⁊ prelati eccleſiaſtici nō debent tolerare id quod eſt in opprobrium chriſtianoꝝ ⁊ in grauamen pauperum. ſed mutuatio vſuraria iudeorum eſt huiuſmodi. igit̄. Minor pro ſecūda parte eſt nota. quia exhaurit eorum ſubſtantiam vſqꝫ ad oſſa.

Pro prima parte probatur primo ſic. Illud quod lex Moyſi eſtimat vt maledictionem quādam: eſt in opprobrium patientis illud. Modo recipere mutuum ad vſuras eſt huiuſmodi. Nam Deutero. xxviij. Moyſes prophetando mala ventura contra non obſeruantes dei legem inter alia enumerat ꝙ non obſeruantes cogentur recipere mutuuʒ ab alio ⁊ ipſi nulli poterint mutuare, ergo ſaltem apud iudeos multi eſtimantes temporalia bona: erit receptio opprobrioſa chriſtianis: ⁊ ſibiipſi attribuent mutuationem in laudem ⁊ benedictionem ac ꝓmiſſionē obſeruantie ſue perfidie. Scdo, q2 eſſe quaſi ſeruū iudeoꝝ eſt chri-

ſtianis opprobrioſum. Modo recipiendo
a iudeis mutuũ efficiuntur quaſi coꝝ ſul
Nam qui mutuum recipit: ſeruus eſt fene
rantis. Prouerb. xxij. ⁊ in lege tertia. C. de
nouationibus.

## Quarta concluſio

Predicta toleratio nõ eſt eis licita etiam ꝓ
pter quodcũq; bonum temporale a ſe vel
ab alio conſequendũ maius q̃ ſit damnũ
temporale quod per vſuras inferunt chri-
ſtianis. Probatur. Nam nõ licet vendere
vſum poteſtatis ſecularis vel eccleſiaſtice
ſiue hoc fiat poſitiue ſcʒ illam exercendo ſi
ue negatiue: puta illum omittendo. Mo-
do ꝓdicta toleratio eſſet venditio vſus po
teſtatis. igitur. Maior ꝓbatur per. c. Ne-
mo p̃ſbyteroꝝ. de ſymonia. vbi nõ tm̃ pec-
catum: ſed etiam ſymonia reputatur ſi p̄e-
latus eccleſiaſticus abſtineat a punitione
ꝓpter temporalia ſibi data vel promiſſa. et
licet ſimilis caſus nõ ſit ſymonia in p̄ela-
to ſeculari: attamen eſt peccatuʒ: quod eñ
in talibus eſt ſymonia ſuperiori eccleſiaſti
co eſt ſeculari al's graue peccatuʒ. Minor
ꝓbatur. Nam perinde eſſet ac ſi diceret. ſi
dederis mihi vel alteri tm̃ bonum tempo-
rale: volo poteſtate mea punitiua non vti.
igit̃ vſum eius vendit. Secũdo ſic. Tranſ
actio in criminibus eſt illicita. igitur etiaʒ
p̄edicta toleratio. ↄſequentia nota. Ter-
tio ſic. Non eſt eis licitum tolerare maluʒ
vt conſequat̃ quis bonum quod eſt vili-
us q̃ ſit illud bonum quod aufertur per ꝓ
dictum malum: ſed per vſurariam mutua-
tionem licet tollatur aliquando bonũ tem
porale minus q̃ ſit illud temporale quod
per tolerantiam poſſet obtineri: tamen vl-
tra temporale ablatum etiã ꝑ vſuram tol-
litur bonũ virtutis ⁊ gratie. ⁊ omne tempo
rale bonũ eſt vilius bono virtutis ⁊ gratie
igit̃ nõ eſt illa toleratio licita. Maior no-
ta. quia nõ eſt per rectorem reipublice per
dendum maius bonũ ꝓpter habere minus
Minor probat̃. Quia ⁊ ſi iudei nõ habe-
ant gratiã actu. ⁊ ſic per eoꝝ vſuram nõ tol
latur gratia que ineſt: tamẽ tollitur que in-
eſſet ſi peccatum nõ cõmitterent: ſicut in ſi
mili de peccatore mortali dicimus q̧ ꝑ ſe-
cũdum peccatũ mortale tollitur gratia nõ
que ineſt: ſed que infuiſſet. Item ſtaret q̧
ſi mutuaſſet chriſtiano gratis ⁊ abſtinuiſſ
ab vſura meruiſſet de cõgruo per h̔ opus
illuſtrari ad gratiaʒ fidei. Nam pietas (cu
iuſmodi eſt mutuatio gratuita) eſt ad om̃ia
vtilis. j. ad Thimo. iiij. Ex quo ſequit̃

## Tertiũ correlariũ.

Qd dato q̧ iudei vellent maxima tributa ⁊
dona reipublice dare nõ ob ea eſſet toleran-
da eoꝝ feneratio. Unde q̃uis illud ex quo
bonum vtile reipublice multiplicat̃ (ſaluo
to tamen bono honeſto) licitum eſt ⁊ ꝑmiſ
ſum. tamen illud per quod multiplicat̃ bo
num vtile: ⁊ leditur bonum honeſtum aut
corrũpit̃. cuiuſmodi eſt vſuraria mutuatio
non eſt licitum. Unde non ſunt excuſandi
imperatores illi qui permiſerũt vſuras eti
am multiplices quẽadmodum habitum ẽ
ſupra queſtione. xxij. etiam dato q̧ ꝑmiſe-
rint ꝓpter bonũ temporale publicum. imo
adhuc longe magis ſũt culpabiles in hoc
q̧ etiam conceſſerunt eas: ſuuamen eis ꝓ-
ſtando.

## Quinta concluſio.

Predicta toleratio eſt illicita: etiaʒ ſi fiat ꝓ
pter temporale malum vitandum. ꝓbatur
Nam punire: ⁊ per conſequens nõ tolera
re eſt actus virtutis ⁊ debitus ſeu p̄ceptus
poteſtatibus ⁊ p̄elatis. Actus autem vir-
tutis preceptus: nõ eſt ꝓpter temporale ma
lum omittendus. Nam omiſſio eſt morta
lis. Mortale autẽ peccatum nõ eſt cõmit-
tendum ꝓpter temporale malum vitandũ:
ſed potius moriendum. Secũdo ſic. Au
guſtinus in p̄mo libro de ciuitate dei capi
tulo nono. vult q̧ ſi ꝓpter periculum mor-
tis vel bonoꝝ temporalium vitandum: vl
ne incurratur infamia omittitur correctio
maloꝝ: deus tales omittentes correctionẽ
facere flagellat penis temporalibus in hac
vita. q̃q̃ eis vita maloꝝ diſpliceat. ergo
**Tercia** ɔcluſio eſt. Ex q̄. A. ĩ mutuatiõe ꝑdicta vltra circũſtantiã irreuocabil'r adiecit etiã terciã ⁊ q̄r‑tam circũſtãtias. ſcʒ ꝙ. A. habeat caſtrũ B in pigñ⁹ ⁊ pcipiat fructus eius etiã non cõ‑putãdo eos in ſortẽ: talis ɔtract⁹ eſt cenſen‑dus ɔ̄ctus emptiõis: vl' ſaltẽ ɔtract⁹ inno‑minatus do vt des. Pꝛobat'. q: talis ɔ̄ctus nõ eſt mutuatio ꝓpter pꝛimã circũſtantiam adiectã. vt pbat' in pꝛima ɔcluſiõe. igit' eſt ali⁹ ⁊ non niſi ille ad cui⁹ naturam accedit. Nõ ꝓpter circumſtãtias adiectas accedit ad naturã emptiõis ex pte. A. ⁊ venditiõis ex pte. B. vel ſaltẽ ad naturã ɔ̄ct⁹ innoiat do vt des. Pꝛobat'. Nã ipa duo milia floꝛ. ſunt res nata habere rõnem pcij ⁊ ius pci‑piẽdi fruct⁹ caſtri eſt res nata habere rõneʒ mercis ⁊ interuenit ɔſenſus. A. ⁊. B. vt ſcʒ duo milia floꝛ. ſint irreuocabil'r ipius. B. ⁊ ecõtra ius pcipiendi fruct⁹ caſtri ſit ipi⁹. A igit'. Et q̃uis poſſet hic argui ɔtra pꝛimaʒ ɔcluſionẽ ⁊ etiã ɔ̄ hãc terciam ꝙ irreuoca‑bilitas adiecta mutuationi nõ tollat rõnẽ mutuatiõis. ⁊ ħ ſic. q: mutuans ad montẽ floꝛẽtinũ ſpõte ponẽdo ibi denarios mutu‑at irreuocabil'r ⁊ tñ ei⁹ datio eſt mutuatio: q: eſt vſuraria datio vt dicũt doctores. er‑go eſt mutuatio. q: ꝓpꝛia ſedes vſure eſt cõ‑tractus mutui ⁊c. De ħ argumẽto ⁊ de qui‑buſdã videbit' in ſequẽti qõne. Et ſi dicas. qõ illoꝝ eſt ſcʒ an ſit emptio vl' an ſit ɔ̄ctus innoiat⁹. Dicẽdũ ꝙ q̃uis alicui videri poſ‑ſet ꝙ poti⁹ eſſet dicendus ɔ̄ctus inoiatus do vt des. eo ꝙ pacta alludũt ei ⁊ etiã attẽ‑to ꝙ vbi ꝓbabil'r dubitat' an ɔuẽtio aliqua incidat in ſpeciẽ ɔ̄ctus noiati vel innoiati in dubio ſemꝑ iudicare debem⁹ ɔtractum innoiatũ ſ'm dños iuriſtas. vt in. l. j. ff. d te‑ſtib. ⁊. l. gratuitã. ff. de pſ. ⁊ bis. in ꝑn. At‑tamẽ videt' ꝙ poci⁹ ſit dicẽd⁹ ɔ̄ctus emptio‑nis. q: habet oĩa ſubſtãtialia emptiõis nõ mi⁹ q̃ꝫ ſi A dixiſſet emo a te ꝓ duob⁹ milib⁹ floꝛ. ius pcipiẽdi annuatĩ ⁊c. Sic g⁹ nõ dubi‑tat' quin ſi dixiſſet. emo eſſet emptio. ſic non videt' dubitãdũ quin ſit emptio qñ illa ea‑dẽ fiũt ⁊ ſolũmodo fit mutatio in ſtatu vo‑cis q̄ nihil habet mutare in re cũ ɔtingẽter ſignificet poti⁹ vnũ q̃ꝫ alterũ. ⁊ ꝑ hoc ceſſãt motiua ꝑme ptis: q: dicendũ ꝙ pacta ma‑gis alludũt emptiõi ⁊ ꝙ nõ ꝓbabil'r dubitat' an cõtract⁹ ſit noiatus vel innoiat⁹. Videt' ꝓpterea poſſe dici ꝙ miles emerit ipm caſtꝝ to tal'r tamẽ cũ pacto retro vendẽdi ita ꝙ fi‑nal'r ex ɔ̄ctib⁹ inchoatis deuẽtũ eſſet ad em‑ptionẽ caſtri. Vñ ⁊ ſi ꝑmo cepiſſet ɔtrahe‑re mutuo: tñ ꝓcedẽdo ad redẽptibilitatẽ pe‑cunie deuentũ eſt ad emptionẽ iuris fructu‑um caſtri. ĩmo toti⁹ caſtri. Quod ⁊ ſi dicat' impignoꝛari ſibi: tñ poteſt dici ꝙ licet ver‑bis illis vtant' non eſt aliud actũ q̃ꝫ ꝙ ipm eſt ſibi vt merx traditũ: attamẽ cũ onere ali‑quo ⁊ iure reſeruato in eo. ſcʒ vt ꝑnceps eti‑am eo ꝑpo ſſet vti ⁊ ſic de alijs. Nã ſicut ven

ditoꝛ poteſt ſibi velle reſeruare in merce vt repetat eã: ita nõ obſtat venditiõi ꝙ reſeruet ſibi aliqđ aliud ius aut ei imponat aliqđ onus ſeruari equitate inter ſe ⁊ emptorem ⁊ quomõ cõtingat ꝯtractũ aliquẽ incboari in vna ſpecie ⁊ cõſũmari in alia, patebit in ſequenti queſtione.

**Quarta** cõcluſio. Ex quo. A. in p̄dicta mutuatiõe vltra p̄dictas quattuoꝛ circũſtantias addit ſeptimã ſcꝫ ꝙ. A. ſit obligatus reſtituere. B. caſtrum. quãdo. B. reſtituet. A. ſortẽ mutuatam. ſcꝫ. ij. milia floꝝ. tũc debet cenſeri ex parte. A. ꝯtractus emptionis cũ pacto retrouẽdendi ⁊ ex parte. B. ꝯtractus vẽditiõis cũ pacto redimẽdi. Probat̃. qꝛ ex tercia ꝯcluſione p̄cedenti habet̃ ꝙ ibi eſt ꝯtract⁹ emptionis ⁊ venditionis ſi nõ adijcit̃ ſeptima cõditio, ergo ſi ſeptima adijcit̃ erit emptio cũ pacto retrouẽdendi ⁊ venditio cũ pacto redimẽdi, tenet ꝯſequẽtia. qꝛ ſeptima cõditio nihil aliud eſt ꝙ̄ obligatio mutua ad B vt. A. reuẽdat. B. redimẽti.

**Quinta** ꝯcluſio eſt receptio qua. A. recipit caſtrũ. B. ⁊ aſſignatio qua. B. aſſignat ſibi caſtrũ nõ eſt neceſſario dicenda impignoratio quando fit cũ quinta ⁊ ſexta circũſtãtijs ſeu ꝯditionibus tactis in p̄ma ſuppoſitiõe. Probat̃. qꝛ talis aſſignatio ⁊ receptiõ nõ fit cũ aliq̃ circũſtantia ꝓpria impignoratiõi ⁊ ꝯuertibili cũ ea. igit̃ nõ eſt neceſſe eam dicere eſſe impignorationẽ. tenet ꝯſequẽtia. qꝛ ex quo ex ſolo noĩe nõ põt argui ꝯtract⁹ taliũ: maxime videret̃ debere argui talis ex circũſtãtijs ꝓprijs ⁊ cõnaturalib⁹ alicui contractui. Antecedens ꝓbat̃ dupl̃r. Primo: qꝛ nulla talis appareret. Scd̃o qꝛ p̄dicta aſſignatio ⁊ receptio potius habet circũſtãtias que ⁊ ſi nõ repugnẽt ſimpliciter impignoratiõi ſeu nõ ſint ꝯtra eius ſubſtantiã ſic ꝙ eam faciant trãſire in aliã ſpeciẽ tamẽ ſunt ei omnino p̄ter eius naturã ita ꝙ non ꝯueniunt ei ex ſua natura. Nã quantũ eſt ex natura impignorationis ad ipm creditorẽ nõ ſpectat ꝑiculum pignoris emergẽs a fortuna vl̃ etiam ex culpa leuiſſima creditoris. Hic autẽ ad ipm. A. ſpectat omne periculũ caſtri vndecũꝗ emergat. Itẽ quantũ eſt ex natura vel ſubſtãtia impignoratiõis fruct⁹ pignoris cedũt debitori ⁊ nõ creditori niſi ꝓ quã to creditoꝛ eos vult cõputari in ſortẽ. Hic aũt oppoſitũ ſeruat̃. Et dici notãter ille circũſtantie nõ repugnant oĩmode ipſi impignorationi: ſic ꝙ transferant ꝯtractũ in aliam ſpeciẽ. quia aliud eſt aliquã circũſtantiam omnino repugnare ꝯtractui ſeu ſubſtãtie eius. ſic ꝙ ipm transferat in aliã ſpeciem ſicut fit in exemplis ſcd̃e ſuppoſitiõis. ⁊ aliud eſt circũſtantiã alicui ꝯtractui nõ cõuenire ex ſui natura ſicut eſt hic. ſicut in philoſophia dicim⁹ ꝙ indiuiſibilitas omnino et eſſential̃r vel ſubſtãtialiter repugnat quantitati: et albedo ei nõ ꝯuenit ex natura: non tamẽ ſibi repugnat. ſed eſt ſibi p̄ter naturam. Nã ⁊ ſi ex ipſa ſubſtãtia ſeu natura cõtractus impignoratiõis nõ cõueniũt ei p̄dicte circũſtantie: tamẽ ſi de facto aſſumantur ille circũſtantie ꝑ ꝯtrahẽtes ex pacto nõ ob hoc ꝑdit̃ ſubſtãtia impignoratiõis. Nã aliquãdo cõtingit ꝙ creditoꝛ recipit ꝑiculũ pignoris in ſe ⁊ nihilominus mãet pignoratio ⁊ aliqñ quis recipit fructus pignoris etiã nõ cõputandos in ſortẽ ſicut fit in vſurario ꝑcipiente fructus pignoris vt in p̄cedenti q̃ône tactũ eſt ⁊ tamẽ nihilomin⁹ manet impignoratio. De differẽtia aũt pactorum que ſunt ꝯtra ſubſtantiã ꝯtractus ⁊ q̃ ſunt ꝯtra mutua. patebit latius in quarto et quinto tractatib⁹ ⁊ de cõfuſiõe iſtoꝝ terminorũ. Et dictũ eſt notãter in hac ꝯcluſiõe ꝙ p̄dicta receptio ⁊ aſſignatio caſtri nõ eſt neceſſario dicenda impignoratio ⁊ non eſt dictũ ꝙ nõ ſit impignoratio vel ꝙ nõ poſſit ſuſtineri ꝙ ſit impignoratio. Nam vt in ſequenti ꝯcluſione dicet̃ etiã poteſt ſuſtineri certo reſpectu ꝙ ſit impignoratio nec illa cõtradicunt ſicut non cõtradicunt iſta duo ſcꝫ ſupꝑficies nõ eſt neceſſario alba et ſupꝑficies poteſt eſſe alba vel eſt alba.

**Sexta** ꝯcluſio ē. p̄dicta aſſignatio ⁊ receptio caſtri poteſt ſuſtineri ⁊ dici eſſe vera impignoratio. ꝓbat̃ aſſumendo antecedẽs trimẽbre ſic. ſcꝫ ꝙ oĩa requiſita ad pignorationẽ poſſunt dici ibi vere ꝯcurrere ⁊ nihil ibi inuenit̃ oĩmode repugnãs ꝯtractui impignoratiõis. ⁊ cũ hoc ſunt aliqua indicia apparentia ꝓ hoc ꝙ ibi ſit impignoratio. igit̃. ꝯcluſio vera. ꝯſequẽtia nota. antecedẽs ꝓbat̃ ꝑ p̄ma pte. Nam caſtrũ ⁊ dñium ei⁹ directum ⁊ dñium vtile atꝗ vſufructus vl̃ ius ꝑcipiẽdi fruct⁹ eius

poſſūt ſeparatim ꝯſiderari: ⁊ ſic ſeparatim ꝯſiderata etiā ſepatim cōcedi vel transferri ſic ſcʒ ꝙ vnū aliquo ꝯtractu transferaꝛ alio vel omnino nō trāſlato vel saltē nō trāſlato eodē ꝯtractu, ſed alio. Nō ius ꝑcipiendi reddit⁹ caſtri poteſt habere rationē mercis ⁊.ij. milia flo᷑. rationē ꝑcij. ⁊ ſic accedente ꝯſenſu erit ibi emptio iuris ꝑcipiēdi fructus caſtri ſine emptiōe ipſius caſtri. q̄ ſacto cū ſupſit ibi caſtrū diſtinctū ab omnib⁹ ꝑdictis ſup quo habet dn̄s ſeu ꝑnceps dominiū directū ꝙ illud nō vēdiderat ipſi. A. ſed ſibi retinuerat. ⁊ non tm̄ illud ſed etiam ꝑtim retinuit partiale dn̄ium vtile ꝑ quanto reſeruauit ius vtēdi caſtro ꝑ ſuis neceſſitatib⁹ vt in ſexta circūſtantia tactū eſt. ſeqꝛ ꝙ caſtrū cui⁹ adhuc habet dn̄ium directuʒ ⁊ etiā ꝑtim vtile poterit habere rationē pignoris. Maio᷑ ꝑbaꝛ dupl'r. Primo ſic. q̄a nemo dubitare pōt rōnabil'r quin ꝑnceps poſſit vendere ius ꝑcipiendi reddit⁹ ſui caſtri retento apud ſe dn̄io directo caſtri. Nā dn̄ium directū poteſt reſuare alienato dominio vtili ⁊ vſufructu vt in infeudatione patet. ſic fieri poteſt etiā ꝑ vēditionē. Secūdo ꝑbatur eadē maio᷑. Nā in. l. ſi q̄s argentū. §. ſi ꝓ. C. de donationib⁹. habeꝛ ꝙ ſi quis reddit⁹ ex poſſeſſionib⁹ donauit neceſſe habet fundos tradere tantū redditu ʒ valentes. Et dicit glo. ſm̄ vnū intellectū ꝙ fundus daꝛ in pignore ⁊ poſtmodū dic̄ donatariū h̄re ius in fundo inſtar vſufructuarij. Unde h̄ etiā videꝛ actū ſic ꝙ miles licʒ velit tm̄mō emere dn̄ium vtile illi⁹ caſtri vl' ius ꝑcipiendi fruct⁹ eius inſtar vſufructuarij: tamē ex quo nō eſt ita cert⁹ d' reddit ib⁹ ſi princeps caſtrū poſſideret eo ꝙ multa impedimēta interuenire poſſent: ideo nō vult emere illud ius niſi etiā caſtrū ſibi in pign⁹ tradaꝛ ꝑ ſecuritate ꝯtract⁹ ſicut ⁊ pignora i huc finē traduntꝛ. Antecedēs ꝓ ꝑ ſcōa pte ꝑbaꝛ ſcʒ ꝙ nihil inueniaꝛ ibi repugnās impignoratōi. quia ſi ſic: maxime circūſtantie ꝑdicte ſcʒ ꝙ oē̄ piculū caſtri ptinet ad. A. ſed hoc n̄ arguit. qꝛ piculū pignoris ſpectare ad creditorē c̄uis nō inſit pignoratōi ex natura ſua tn̄ etiā ei nō repugnat oīmode ſic ꝙ faciat ipam tranſire in aliā ſpeciē contractus vt ꝑbatū eſt. Nec ex ſcōa circūſtantia ſcʒ ꝙ. A. ꝑcipit fruct⁹ pignoris nō cōpu-

mo qꝛ nō ꝑcipit illos vt fruct⁹ pigno᷑. ſed vt fruct⁹ mercis empte ſcʒ iuriʒ ꝑcipiēdi qd̄ ius fuit merx ⁊ res diſtincta a caſtro. Sic in ſimili ſi h̄ns dn̄ium directū rei emphiteotice ipignoret eā emphiteote quo ad dominiū directū qd̄ habet. Nā tūc emphiteota nō ꝑcipit fruct⁹ pignoris vt pignoris ſed fruct⁹ rei ſue vt ſua eſt ſcʒ vt habʒ ei⁹ dn̄ium vtile an̄ oē̄m impignorationē. Scd̄o q̄a dato ꝙ eos capet vt ſūt fruct⁹ pignoris tamē talis ꝯditio nō repugnat oīmode ꝯtractui pignoratiōis ſic oīmode id eſt ſubſtātialiter. ſcʒ ꝙ tollat ſpeciē talis cōtract⁹ faciendo eū tranſire in aliā ſpeciē ſicut nec receptio incremēti vſurarū tollit ſubſtātiam mutui. licet ſit ꝯtra naturalia mutui qꝛ debet eſſe gratuitū. nō eſt tn̄ ꝯtra ſubſtantiaʒ mutui. Tercia ps antedētis ꝑbaꝛ. qꝛ aliqua ſiūt in ꝑdicta aſſignatiōe ⁊ ei⁹ receptione q̄ aliqual'r indicāt pignorationē. Unū eſt ꝙ tenor inſtrumēti ſonat de ipignoratione. Scd̄m ꝙ ꝑnceps expſſe in ꝯctu ſibi reſeruat ius ꝙ illud caſtruʒ debeat ſibi eſſe aptum ꝑ ſuis neceſſitatib⁹ ⁊ ita nō renūciauit dominio directo imo nec totaliter vtili. ſicut etiā impignorās māet dn̄s ſui pignoris directe ⁊ etiā vtiliter. Terciū ꝙ miles nō debeat exercere caſtrum ꝯtra ꝑncipem.

Quartū ꝙ debet caſtrū in debita ſtructura tenere. Nō illa indicāt ꝙ ꝑnceps reſeruauerit ſibi dn̄ium nō ſolū directū ſed etiā aliq̄d de dn̄io vtili gr̄a quo᷑ dn̄io᷑ impignorare potuit caſtrū militi ⁊ nihilomin⁹ eidē vēdidiſſe reliquū dn̄ium vtile eiuſdē.

**Septima** cōcluſio ⁊ rn̄ſiua ad ꝯcluſioneʒ eſt ꝙ ca⁹ qōnis veſtiꝛ illis circūſtātijs que in titulo ſūt poſite ⁊ lati⁹ declarate in ꝑma ſuppoſitione videꝛ eē licit⁹. Probaꝛ quadrupl'r. Et ꝑme tres ꝑbatōes ſūt excluſiōes argumēto᷑ ꝑpter q̄ videreꝛ ille ꝯtract⁹ eſſe illicitus

Primo ḡ ꝑbaꝛ ꝯcluſio ſic. qꝛ ſi nō maxime qꝛ talis mutuatio eēt vſuraria eo ꝙ mutuādo vellet cū ſibi reſtitueꝛ ſors fruct⁹ caſtri ꝑceptos nō cōputare in ſortē ⁊ ſic recipere vltra ſortē qd̄ eſt mutuare ad vſuram Sed hoc nō arguit qꝛ ibi nō eſt mutuatio igiꝛ nō eſt vſuraria mutuatio nec vſura. tenet ꝯſequētia. qꝛ vſura ꝑſupponit mutuationē. Antecedēs ꝑbaꝛ. qꝛ illi mutuatiōi adijciꝛ ꝯditio irreuocabilitatiʒ. Itē in illa mu

tuatiõe obligat̃ mutuatari⁹ ad reſtituendũ
nõ idẽ i genere qḋ phi vocãt idẽ i ſpẽ ſʒ ad
aſſignãdũ aliḋ i genere. ſ. ius pcipiẽdi reddi
tus vl' fruct⁹ caſtri. Hec aũt ↄditões faciũt
illũ ↄctũ trãſire i aliã ſpeciẽ vt oñſum eſt in
pma ſcḋa ac tercia ↄcluſionib⁹. Scḋo ſic
q2 ſi nõ: marie q2. A. pcipit fruct⁹ pigñ; nõ
cõputãdo eos i ſortẽ qḋ eſt reglariter illicitũ
ſʒ h̃ nõ arguit. qḋ ptʒ dupl'r. Primo q2
dici põt q̃ ibi caſtꝝ nõ hʒ rõem pignoꝝ vt
oñſum eſt in q̃nta ↄcluſiõe ꝛ p ↄſeq̄ns ſi p
cipiat fruct⁹ ei⁹ nõ tñ dicet̃ recipe fruct⁹ pi
gnoꝝ. Scḋo q2 dato q̃ eſſet pigñ⁹ ſic di
ci põt ſm ſextã ↄcluſionẽ tñ fruct⁹ nõ pcipit
vt ſũt fruct⁹ caſtri hñt; tõnẽ pigñ; ſʒ vt ſunt
fruct⁹ merc; empte. Dõ licitũ eſt pcipe fru
ctus merc; empte nõ cõputãdo eos i ſortẽ.
igit̃. Tercio ſic q2 ſi eẽt illicit⁹ marie q2 da
to q̃ nec ibi mutuatio eẽt nec ĩpigratio ſed
p̃ cõe emptio ꝛ vẽditio cum pacto redimẽdi
tñ videret̃ nõ eẽ debita ꝓportio p̃cij ad mer
cem. puta q2 vl' merx nimis mag̃ ꝛ p̃ciũ di
minutũ. vl' ecõtra ſed h̃ nõ. qḋ dupl'r patet
Prĩo q2 cõiter i emptõib⁹ reddituũ ppe
tuoꝝ ſi cũ pacto redimẽdi emit̃ ius pcipiẽ
di. j. floꝛ. p. xx. floꝛ. ꝛ apḋ cõiter ↄhẽtes eſti
mat̃ debita ꝓportio. Dõ ſic etiã eſt in p̃di
cto ↄctu. q2 duo milia correſpõdẽt iuri pci
piẽdi. c. ſicut. xx. correſpõdet iure pcipiendi
vnum. Scḋo q2 in tali emptione non eſt
melioꝛ ↄditio nec deterioꝛ i. A. q̃z in. B. et
ecõtra ſʒ eſt vtriuſq; ↄditio eq̃: ↄditõne ipa
tẽdẽte ad gr̃az ꝛ vtilitatẽ vtriuſq; ita q̃ nec
miles ↄq̃rit̃ de p̃ncipe tanq̃ʒ nimis paꝝ ſi
bi dãte nec eɔ p̃nceps ḋ milite: alioq̃n neu
ter cũ alio iret ↄctũ p̃dictũ eo q̃ ſtat q̃ neut̃
ſit ncc̃itate p̃ſſus notabili ꝓpt̃ quã cogat̃ ta
lẽ ↄctũ ſubire. Hec ãt pitas ↄditõis nõ eẽt
ſi ñ eẽt ḋbita ꝓportio int̃ mercẽ ꝛ p̃ciũ. Nec
illũ ↄctũ ſubirẽt ſi eẽt alt̃i pti oneroſ⁹ iiuſte
niſi illa ps eẽt ncc̃itate ĩdigẽtie p̃ſſa. Et ſi di
catur. miles pro ſuis. ij. milibus non ſolũ
vult habere ius percipiendi valorẽ. c. floꝛ.
ſed etiam vltra quia vult habere inhabita
tionem caſtri. Dicendum q̃ inhabitatio
licet ſit res eſtiabil' p̃cio tñ recõpenſat̃ p̃nci
pi p militẽ i h̃ q̃ miles tenet ipʒ i ſtructura
ꝛ p h̃ q̃ ſe obligat ñ exercere caſtꝝ ↄ p̃ncipẽ
ſo nihil ſupaccipit qḋ ñ recõpẽſet̃. ſuppõi
tur eñ illa int̃ ſe equalere ad recõpẽſationẽ
vt ñ ſit melioꝛ ↄditio vni⁹ q̃z alt̃i⁹. Si di
caſ. ij. milia valẽt red ditũ. c. floꝛ. dãdo ꝑ ſine

laboꝛib⁹ ꝛ cur; emptoꝛ; h̃ ãt miles ſuis cu
ris ꝛ laboꝛib⁹ ſuoꝝ hʒ fruct⁹ colligere. igit̃
nimis modicũ dat̃ militi. Dicẽdũ q̃ h̃ nõ
argueret militẽ peccare ſʒ p̃ncipẽ. h̃ ãt ḋ mi
lite loq̃mur. Preterea ſtat q̃ vltra expẽſas ꝛ
labores colligẽdi ĩportʒ caſtꝝ valorẽ. c. flo.
Si ãt adhuc ḋficeret notabil'r ꝛ ſic ñ eẽt iu
ſtũ p̃ciũ hodie tñ ſi miles ſciẽs ꝛ volẽs reci
pit eũ redditũ ñ fit ſibi iiuria niſi mixta vo
lũtate ꝛ q̃ſi coactõis faceret. ḋ iuſt; ãt lati⁹ pa
tebit i tercio ꝛ q̃rto tractatib⁹. ſufficeĩ p nũc
q̃ ſit ↄct⁹ ſic licit⁹ q̃ ñ ſit vſurari⁹ an ãt iuſta
eẽ emptio patebit ex dicẽdis alibi. Quar
to ꝓbat̃ p q̃ndã ſic. q2 ↄct⁹ ad firmã ẽ licit⁹.
Dõ caſ⁹ qõis mote ẽ ille idẽ. igit̃ ẽ licitus.
Maioꝛ nota. mioꝛ ꝓbat̃ dupl'r. Prĩo q̃a
q̃cq̃d facerʒ miles ſi p̃dictũ caſtꝝ hr̃et a p̃n
cipe p ↄceſſionẽ ad firmã h̃ etiã facit hñdo
ipm p p̃dictũ ↄctũ. igit̃ ſignũ ẽ q̃ p̃dict⁹ ↄ
ct⁹ ẽ ↄct⁹ ad firmã. tenet ↄſeq̄ntia. q2 ĩdẽ ef
fect⁹ hñt reduci ad eãdẽ cãʒ. Añcedẽs ꝓbat̃
q2 ſi miles hr̃et p̃dictũ caſtꝝ a p̃ncipe p cõ
ceſſiõʒ ad firmã pcipet fruct⁹ ei⁹ faciẽdo eoſ
ſuos ꝛ nõ teneret̃ eos cõputare i ſortẽ atq;
ỽtute illi⁹ ↄceſſiõis p̃ſentaret ad bñficiũ c⁹
ius p̃ronat⁹ fuiſſʒ ãnexũ eidẽ caſtro niſi i cõ
ceſſiõe ad firmã illḋ ius fuiſſʒ exp̃ſſe reſua
tũ p ↄcedentẽ vt ptʒ i. c. ex l'ris extra. ḋ iure
p̃ronat⁹. Dõ illa eadẽ fac miles p̃dict⁹ ſi
hẽat caſtꝝ p p̃dictũ ↄctũ. Nã p̃ſentare ſolʒ
ad bñficia caſtri qḋ nõ poſſʒ ſi int̃ ſe ꝛ p̃nci
pẽ eẽt tm̃mõ ꝑact⁹ ↄct⁹ mutui ꝛ pigñ;. vt ibi
dẽ vult glo. eo q̃ tũc nll'in dñium etiã vtile
illi⁹ caſtri fuiſſʒ trãſlatũ i militẽ ꝛ p ↄñs nec
ius p̃ronat⁹ i eũ trãſijſſet qḋ al's cũ vniuer
ſitate reꝝ trãſiret. Scḋo ꝓbat̃ eadẽ mioꝛ
ex vocabulo theutonico q̃ tal' ↄct⁹ vocatur
ſatzwig vl' ſatz. Dõ ↄct⁹ ad firmã etiã tali
vocabulo theutonico vocitat̃. Hec tñ q̃r
ta ꝓbatio h⁹ ↄcl'iõis videt̃ iualida ꝓpt̃ duo
Prĩo mioꝛ eñ videt̃ falſa ex eo quia ſi eẽt
contractus ad firmã ergo eſſet contractus
locatiõis ꝛ conductõis. ſʒ ↄñs eſt falſũ. igit̃
mioꝛ falſa. ſeq̄la ꝓbat̃ q2 ↄct⁹ q̃ ḋr cõceſſio
ad firmã ẽ locatio ꝛ ↄductio ſaltẽ lõgi tpis
Vñ panoꝛ. i. c. vr̃a. extra ḋ loca. ꝛ ↄducãti
Nota q̃ res ↄcedit̃ ad firmã cũ ↄcedit̃ ad
ãnuũ cẽſũ ſeu locat̃ ꝛ ẽ vl'gare ãglicoꝝ bec
ille. Et idẽ i. c. ex l'ris ḋ iure p̃ronat⁹ tractã
do glo. p̃mã dic̃ q̃ gloſa videt̃ velle q2 i cãu
capl'i ex l'ris. i q̃ fit mẽtõ ḋ ↄctu ad firmã fu
it inte⁹ ↄct⁹ p quẽ trãſiuit. vtile dñiũ ville ve

puta ꝙ locatio fuit facta ad magnū tp̄s iura notata ꝑ Innoc.i.c.ꝑpt.ſ.ꝺ locatōib⁹ ⁊ ſic cū ꝯductio hēat h.ſ.in caſu capl'i ex līis loco dn̄i r̄ſpectu vtil' dn̄ij trāſit etiā ius patronat⁹.hec ille.⁊ ita i vtroq; loco patz ſm Panor.ꝙ ꝯceſſio ad firmā ē ꝯct⁹ locatōis.

Falſitas āt ꝯn̄r; ptz.ꝗ i tercia ꝯcl'iōe habitū ē ꝙ ē ꝯct⁹ emptōis ⁊ vēditōis vl' innominat⁹ do vt des int' milite ⁊ ꝑncipē.igitur nō ē ꝯct⁹ locatōis vl' ꝯductōnis cū illi ꝯct⁹ ſīt diſtīcti. Niſi diceret ꝙ aliq̄d locat' alicui ad lōgū tp̄s coincidit cū ꝯctu illi⁹ vēditōis q̄ tn̄ trāſfert' vtile dn̄itz rei eo ꝙ in vtroq; ꝯctu nihil trāſfert' niſi dn̄ium vtile tn̄ dato ꝙ ib ꝯueniēt illi ꝯct⁹.i.ꝙ ſicut i vēditione q̄ vtile dn̄iuz tn̄ trāſfert' nihil trāſfert' niſi vtile dn̄iuz ſic i locatōe lōgi tp̄is etiā vtile dominiū tn̄ trāſferet' tn̄ adhuc nō cēſent' idez ꝯct⁹ i iure ꝑpt alias diuerſitates int' eos q̄a i emptiōe p̄ciū ſil' ſoluit' vl' dz ſolui a pncipio.i locatōe āt fit annuati ſolutio ⁊ ꝑ pres

Scd̄o videt' iualida.ꝗ ꝓbatōes mīoris ſūt iualide. Ad p̄mā eīn dicēdū qd̄ ſepe a diſtīctis cauſ' idē effect⁹ emanat vt a luce ⁊ caliditate ꝓcedit caliditas.ſic ꝑ diſtīctas cōceſſiōes diſtīctoꝝ ꝯctuū ſtat ꝙ ꝯhens idez agere valeat.qd̄ ptz etiā i caſu eiuſdē capl'i ex līis. Nā ſimiles villā ꝺ q̄ idē caplm loquit' habuiſſ; a monaſterio ꝑ aliquē ꝯctuz q̄ tn̄ vtile dn̄iuz fuiſſ; trāſlatū i eū potuiſſet p̄ntaſſe ad bn̄ficia ⁊ alia feciſſe ꝺ q̄b⁹ ꝓcedit argumētū ⁊ illa eadē potuiſſ; feciſſe ꝑ ꝯctū aliū puta ꝑ oīmodā vēditionē q̄ tam directuz q̄; vtile dn̄ium fuiſſent tranſlata in ipſ;.⁊ ſil'r ſi ꝑ donationē habuiſſ; eā ⁊ tn̄ tales ꝯct⁹ fuiſſent diſtīcti. Preterea ꝙ miles i caſu qōnis p̄ntat ad bn̄ficiū caſtri diceret aduerſari⁹:id nō ſibi de rigore cōpetere ſic nec cōpetit ſibi recipe fruct⁹ caſtri nō cōputādo i ſorte ſ; vtrobiq; pctm̄ cōmitter; ibi vſurā ⁊ alibi ſimoniā qn̄ ex pacto vl' intētiōe dediſſet pecuniā vt illā p̄ntationē haberet. Ad ſcd̄am ꝓbationē dicēdū ꝙ vulgare nō arguit vt ex ſcd̄a ſuppoſitōe ptz. Nā i theutonico m'ti ꝯct⁹ eodem noīe generali noiant'. Vn̄ ⁊ ꝯctū h⁹ ꝯcluſiōis vocāt mutationē ⁊ ipigrationē ⁊ tn̄ tal' nō eſt. Ex dictis ⁊ etiā dicēdis i hac ⁊ ſeq̄nti qōne ptz ꝙ ſnia docto. Joh. ꝺ frāckfordia i tractatulo ſuo ꝺ ꝯctib⁹ ꝯcluſione ſeptiā aliq̄d h; ꝟitat; ⁊ ē ꝑ nob. aliq̄d aūt falſitat;. Et idē i ꝯcl'iōe.ſe. De ſeptiā ꝯcl'iōe patz.ꝗ ait ſic.

Dubitat' ciuitas heidelbergē obligat mihi mille flo.⁊ petit a me ꝙ ꝑmittā ſolutiōem ſtare ⁊ oī āno quādiu nō ſoluerit mihi integre mille flo. vult dare mihi.c.flo.tāq; cenſus ꝺ mille flo.q̄s tenet' ſoluere ⁊ nos facim⁹ pactū ſil' ⁊ placz mihi ꝙ ita fiat Querit' an ſit ꝯct⁹ licit⁹. Rn̄deo ꝙ non. niſi ſit iuſta emptio ⁊ iuſtū p̄ciū ⁊ n̄ intueiat fraus nec auaricia ſtimulās:⁊ intētio ſit rctā ꝗ tūc eſt licitū ꝗ dat' tātū ꝑ tāto ⁊ vtrobiq; fit trāſlatio veri dn̄ij. Si aūt nō ſit ꝯct⁹ iuſte ēptōis ⁊ vēditōis ꝗuis ſolū hēat nomē ſ; in ꝟitate ꝯceſſio ⁊ ſolū ꝑ expectatiōe dant'.c.flo. ⁊ ꝙ ille mutuās expectat ⁊ tacz a repetiōe vl' ſalte renūciat iuri ſuo repetēdi ꝑ.c.flo. annuis ⁊ tādiu donec ꝑſoluāt' mille flo. dico ꝙ ſimpl'r ē vſura q̄cq̄d inde leuat' etiaz ſi ꝺ mille flo.n̄ daret' niſi vn⁹ flo. i āno.imo niſi vnic⁹ obol⁹. hec ille. In q̄b⁹ ꝟbis p̄dict⁹ mgr̄ poīt tria dicta Primū ꝙ ſit licit⁹ ꝯct⁹ ſi ſit iuſta ēptio ⁊c.⁊ ſic inuit ꝙ pt eē ibi ꝯct⁹ emptōis ⁊ tn̄ ex forma caſ⁹ i dubio videt' ꝙ ille cui mille flo. debent' etiā vtat' nō niſi verbo equiualēte verbo mutuo.quia i hoc ꝙ dicit permittā ſolutionē ſtare idē dicit ac ſi diceret expectabo de illis mihi debitis.expectare aūt de pecunia debita ē eaz mutuare debitori.igit'. In h aūt ꝙ dicit.ſi ſit iuſta inuit ꝙ req̄rit' ꝙ intueiat iuſtū p̄cium ⁊ cū dic.ſi ſit iuſta ptz ꝙ nō dic eē iuſtū ꝗ p̄ciū ē nimis ꝑuū.ꝗ ſi emptio ē emptio reddit⁹ redimibil' mō ꝑ redditu redimibili tp̄ib⁹ ſuis fuit ⁊ nr̄is tp̄ib⁹ iuſtū p̄ciū ē vt ꝺ mille dent' tn̄.l. Scd̄m ei⁹ dictū eſt ꝙ etiā ſi eēt emptio ⁊ tn̄ eēt ꝑ nimis ꝑuo p̄cio ꝙ eſſet illicit⁹ ꝯct⁹. Et i hac ſcd̄a ꝯcl'iōe ver; dic An āt ſit ſolū iniq̄ emptio ⁊ nō etiā ſit vſurarius ꝯctus ſaltē p̄ſumptus patebit qōne lxxxiiij.ꝯcl'iōe ſcd̄a tn̄ deficit in h ꝙ p̄cium ſuo tpe notorie iniuſtū reuocat in dubiuz ſi ſit iniuſtū. Terciū aūt ei⁹ dictū tāgit ibi ꝙ ſi ibi n̄ ſit ēptō ſ; tn̄ ꝯceſſio ⁊c. In hac ꝯcl'iōe ꝺfic ꝗ iplicat ꝯdictoria. Nā ponit ꝙ poſſibile ſit ꝙ p̄dict⁹ creditor dici poſſit illa mille mutuare ciuitati etiā ſi nō ſolū non repetat ſed etiā renūciet iuri repetēdi. h aūt ē falſum vt patuit.⁊ ꝯfirmat' ex p̄mo ei⁹ dicto. Nā ꝯcedit ꝙ i ꝯctu p̄dicto pōt eſſe ꝟa emptio.q̄ro qn̄ ſit dicēda ibi ꝟa emptio:nō equidē niſi q n̄ ea dat irreuocabil'r.ꝗ qn̄ re-

nocabil'r ea dat eſt vez mutuũ. igit potius
caſus tercie ↄcluſiõis eſſet exemplũ p̄mi di
cti. Ita q̄ tũc eẽt ꝓa emptio lʒ eẽt ꝑ nimis
puo p̄cio ⁊ ſic iniq̄. Sed vez eẽt terciũ di
ctũ qñ creditoꝛ haberet facultatẽ reperẽdi
pecuniã ſine cõputatõe fructuũ i ſortẽ. In
nr̃a aũt ↄcluſiõe dĩc q̄ ſi p̄nceps dedit mili
ti heidelbergã in pign⁹ eo q̄ miles dederit
ei mille floꝛ. ⁊ miles leuat oẽs ꝓuẽt⁹ q̄ al's
cederẽt p̄ncipi de heidelberga donec ſoluã
tur militi mille tũc licit⁹ ẽ ↄct⁹ dũmõ ꝓuen
tus equaleãt expẽſis laborib⁹ ⁊ p̄icl'is q̄ et
q̄s ſubire hʒ in defendẽdo ciuitatẽ ⁊ miles
illos recipiat nõ ꝓ mille ↄceſſis. ſʒ ꝓ p̄dict
laborib⁹ ⁊ expẽſis refundẽdis dũmõ ad il
los labores nõ al's tenebat. hec ille. Et ſic
a ↄtͦ ſenſu dãnat militẽ ſi plus recipiat q̄
aſcẽdãt expẽſe labores ⁊ p̄icl'a. Item etiã ſi
nõ i relatõe ad illas expẽſas recipiat. Itẽ
tercio ſi al's tenebat miles ad illos labores
Mõ lʒ illa eẽnt ꝓa qñ reuocabil'r dediſſet
mille principi. q̄ tũc eẽt mutuatio nõ autẽ
qñ irreuocabil'r. q̄ tũc eſt emptio redditus
redimibil' ſup ꝓuẽtib⁹ heidelberge ⁊ tũc
nõ optet recurrere ad vidẽdũ ſi annui ꝓuẽ
tus equaleãt expẽſis ⁊c. ſʒ an equaleãt pre
cio dato puta ſi ãnui ſũt pl⁹ q̄ʒ. l. q̄ tunc eſt
illicit⁹ niſi illõ vltra qd̄ accipit accipiat ꝓpt
expẽſas ⁊ labores p̄dictos eo q̄ ad illos ñ
tenet rõe ꝓuẽtuũ q̄s recipit ſic nec ali⁹ em
ptoꝛ redditũ tenet ad culturã p̄dij i q̄ ſũt
ↄſtituti ſi dat iuſtũ p̄ciũ vt patebit. q. lxxxiij

# Octaua
ↄcluſio. dato q̄ i p̄dicto
ↄctu eſſet ꝓa mutuatio
in datõe. ij. m iliũ floꝛ. ⁊ ꝓa p̄ignano i caſtri
aſſignõe ⁊ ꝑceptiõe fructuũ p̄igris. adhuc
poſſet ſaluari miles in ꝑceptiõe aliq̄z fru
ctuũ caſtri etiã nõ cõputãdo z i ſortẽ q̄uis
nõ oĩm. Probat q̄ ex forma ↄct⁹ tenet mi
les caſtꝝ tenere i debita ſtructura. Mõ cre
ditoꝛ põt fruct⁹ p̄ignoꝝ ꝑcipiẽdo nõ cõpu
tare i ſortẽ ad tãtã quãtitatẽ quãte fuerũt ex
pẽſe neceſſarie ⁊ etiã vtiles q̄s fecit re ſibi ipi
gnorata dũmõ nõ ſint imoderate. Scdo
ꝓbat ↄcluſio. q̄ ſtaret militẽ pati intereſſe
dãni emergẽtis vl' lucri ceſſãtis ex ipa mutua
tõe dõ q̄ p̄nceps teneret ſibi ſatiſfacere ꝓ q̄ ſa
tiſfactiõe poſſet tãtos fruct⁹ ꝑceptos nolle
cõputare i ſortẽ q̄ntũ fuiſſʒ intereſſe ꝑpeſſũ.
Sʒ tñ ꝑ hãc ↄcluſionẽ nõ ſaluaret miles
vniuerſal'r ſi oẽs fruct⁹ caſtri ꝑcipe vellʒ nõ
cõputãdo eos i ſortẽ q̄ ſepe tales fruct⁹ ex
cedũt oẽs expẽſas ac intereſſe ⁊ penã.

# Nona
ↄcluſio. Si i ↄctu q̄õnis eſ
ſet ꝓa mutuatio ⁊ pignora
tio nõ poſſʒ miles q̄ ad id qd̄ recipit vltra
expẽſas ⁊ intereſſe mõ tacto i p̄cedẽti ↄcluſio
ne ſufficiẽter excuſari. Sic tñ q̄dã nitit eũ
excuſare ꝑ h̄ p̄cise q̄ ille ↄct⁹ cõiter obſuat
ut p̄ncipes tã eccl'iaſticos q̄ʒ ſecl'ares alios
q̄ʒ potẽtes ⁊ palã freq̄ntat q̄ hmõi ↄctum
credũt licitũ ⁊ eũ bona fide q̄tidie tãq̄ʒ lici
tũ celebrãt paſſim q̄ʒ abſoluũt a ↄfeſſorib⁹
⁊ qd̄ pl⁹ eſt raro eiſdẽ deſup ↄſcia formatur.
Probat q̄ nec cõis obſuãtia ſe ſola acce
pta ſufficit excuſare eũ. q̄ tũc cõis obſuan
tia excuſaret intrãtes lupanaria. nec bõa fi
des ſeu ↄſcia ſe ſola vl' etiã cũ cõi obſuãtia
accepta. q̄ tũc ſeq̄ntes doctrinã hereticoꝝ
erroneã i fide vl' morib⁹ q̄ dicũt aliq̄ credẽ
da vl' aliq̄ licere q̄ tñ nõ licẽt excuſarẽt. eoꝝ
in talib⁹ ſeq̄cib⁹ hereticoꝝ iueniũt ambo. ſ.
obſuãtia cõis ⁊ fides q̄ credũt illa eis ſicli
cere. Et dato q̄ p̄dicti ↄhẽtes ꝓpt obſuan
tiã ⁊ bonã fidẽ excuſarent a pena foꝛi exterio
ris eo q̄ nõ reputarent vſurarij nec vt tales
punirẽt eo q̄ i dolo nõ fuiſſẽt tal'r ↄhendo
tñ ꝑ h̄ nõ eẽnt imũes a culpa ⁊ ꝑ ↄñs nec a
pena i foro dei. ⁊ q̄uis illa coꝝ igrãtia atte
nuaret culpã ⁊ penã i illo foro nõ tñ i toto
tolleret. Vñ ⁊ tpe q̄ leges ↄcedẽtes expſſas
vſuras obſuabãt cõiter multi exercebãt vſu
ras credẽtes ſibi licere nec tñ h̄ excuſabãt
a peccõ. Dico ãt notãter i ↄcluſiõe p̄ciſe ꝑ h̄
⁊c. q̄ poſitis certis ↄdictõib⁹ vltra h̄ tactas
poſſet q̄s excuſari a culpa ⁊ pena i foro dei
ↄhẽdo ↄctu etiã i ſe dãnato lege diuina ſed
he ↄditões patebũt i q̄one vltia h⁹ opis.

Cõtra hãc ↄcluſionez arguitur q̄ p̄dicta
cõis obſuãtia ſufficiẽt excuſarz. q̄ cõis ob
ſuãtia ẽ q̄dã ↄſuetudo: ↄſuetudo aũt valz
excuſare. Dicẽdũ ↄſuetudo ñ valet excuſar
aliquẽ a delicto ſi eſt delictũ lege diuia dãna
tũ. Mõ ↄct⁹ p̄dict⁹ ſi eẽt ibi ꝓa mutuatio ⁊
i pigratio eẽt dãnat⁹ lege diuia q̄ vſurar⁹
q̄ dãnat Luc. vj. igit nõ valeret ↄſuetudo
eũ excuſare q̄uis ↄſuetudo ↄ legẽ mere po
ſitiuã iducta ⁊ ſufficiẽter p̄ſcrip̄ta excuſet il
los q̄ poſt eã iductã agũt ↄ talẽ legẽ. q̄ ta
lis lex nõ eſt am pli⁹ lex ſʒ abrogata ⁊ inter
p̄tatiue reuocata ꝑ legiſlatorẽ ꝓ quãto tole
rauit ↄſuetudinẽ. Et ſi ꝓbat q̄ etiã qñ eſt

cõmunis obſeruãtia vel cõſuetudo ꝯtra legẽ diuinam excuſetur quis. quia (vt arguũt quidam) conſuetudo cõtra matrimonium legitime ꝯtractũ excuſat vt eſt textus. in. c. fi. de ſponſa duoꝝ. vbi erat ꝯſuetudo ꝙ licz q̃s ꝯtraxiſſet matrimoniũ ꝑ verba de pñti cũ vna ⁊ poſt ſilr̃ ꝯtraxit cum alia: carnali copula ſubſecuta: tenebatᷣ ex cõſuetudine manere cũ ſcd̃a. ⁊ dicit ibi glo. ⁊ doctores ꝙ iſta ꝯſuetudo licet de iure nõ valeat: tñ ex q̃ erat tolerata excuſabat matrimonia precedentia hãc reprobationẽ ⁊ etiam ꝓlem ſuſceptam. Ex quo infertur ꝙ ꝓbabilis error iuris cauſatus ex tolerãtia ꝯſuetudinis cõtra ius: ⁊ que nõ valet: habet excuſare. Ad hoc glo. in. c. cũ venerabilis. de ꝯſuetudine. ⁊ quod notat Panor. in. c. cũ dilectus eo. tit. vbi notat ꝙ lege exiſtẽte dubia debem⁹ recurrere ad cõſuetudinẽ loci. ⁊ ſi de ea appareat: nõ eſt ab ea recedendũ ab illo intellectu quem ꝯſuetudo tribuit: etiã ſi ex poſt facto appareat ꝙ ille intellectus nõ ſit bon⁹. nam debet illud ſatis valere rõne cõſuetudinis. Dicendũ ꝙ hoc argumentũ deficit in quinqȝ. Primo qꝛ q̃uis cõſuetudo ſaltem ſufficienter inducta ⁊ preſcripta contra aliquã legem mere poſitiuã diſponentẽ aliquid circa matrimoniũ: viuentes tali ꝯſuetudine excuſare poſſet nõ obſtante ꝙ ageretur contra talẽ legem eo ꝙ amplius non eſſet lex ſed abrogata ⁊ interp̃tatiue reuocata per tolerantiã legiſlatoris: tamẽ ꝯſuetudo contra legẽ diuinã inducta nunq̃ȝ valet excuſare ſiue circa matrimoniũ ſiue circa alia negocia. niſi eſſet ibi ignorantia inuincibilis. modo nos loquimur hic in caſu vbi actus qui conſuetudine inualuiſſet eſſet lege diuina damnatus. Scd̃o deficit quia falſum aſſumit. ſ. ꝙ predicta cõſuetudo excuſauerit cõtrahentẽ cũ ſcd̃a quam cognouerat: primã dimittendo cũ qua prius cõtraxerat per verba de p̃ſenti. imo nõ obſtante cõſuetudine illius dioceſis peccabat cũ ſcd̃a ſtando ⁊ deſerendo primã. qꝛ ĩ re ⁊ in foro dei erat nullũ matrimoniũ inter ſe ⁊ ſecundã. ſed tñ cum prima. Nã de lege diuina eſt ꝙ nõ ligatus cõtrahens cum nõ ligata per verba de preſenti ⁊ cũ ꝯſenſu vtriuſqȝ efficitur marit⁹ illi⁹ ⁊ inhabilis ad contrahendũ cũ ſcd̃a ita ꝙ nihil facit cum ſcd̃a cõtrahendo ſaltẽ ꝓ tempore legis euangelice. Nec illius diuine legis ignorãtia cũ ſit vincibilis excuſat. Tercio deficit quia dicit ꝙ hoc aſſumpſit habeatur in. c. fi. de ſponſa duorũ. Nam hoc ibi nõ habetᷣ papa eñ tantũmodo recitat illã conſuetudinem. ſed nõ dicit ꝙ excuſauerit contrahentes ſed tñmodo recitata ea diſponit quomodo de cetero debeat epiſcopus ſe habere in matrimonijs cõtrahẽdis. Sed ꝑ hoc ꝙ dicit de cetero: nõ ſequitur ꝙ ergo voluerit ꝙ huc uſqȝ contrahẽtes fuerint excuſati a culpa coram deo q̃uis potuerit eſſe excuſati a pena fori exterioris ⁊ etiam proles potuerit fuiſſe legitimata per papã. Unde in re proles nõ fuit legitima ſed quo ad effectum legitimitatis potuit ratione illius erroris prouenientis ex conſuetudine tali haberi vt legitima. Non enim poteſt papa facere ꝙ preteritum non ſit preteritum ⁊ ſic illum qui vere fuit de concubitu viri cũ non ſua ⁊ per cõſeqnens illegitime nat⁹ facere ꝙ nõ fuerit illegitime natus. Effectus quidem legitimitatis ſibi cõueniens ex iure poſitiuo poteſt cõcedi illegitimo. ⁊ indiſpoſitiones conuenientes ex iure poſitiuo illegitimitati poſſunt tolli ab illegitimo ꝑ papam. Quarto deficit qꝛ dicit ꝙ glo. dicat ꝙ illa conſuetudo excuſauerit cõtractũ matrimonij. Nam glo. hoc nõ dicit vt patet intuenti. ⁊ ſi diceret non eſſet verum niſi quo ad penam fori exterioris. imo videtur ꝙ poſtq̃ȝ cõſtitiſſet pape de aliquo tali matrimonio ex tali conſuetudine cõtracto ante emanationẽ illius capituli: nihilomin⁹ debuiſſet laboraſſe ad eius ſolutionem et inter perſonas diuortium celebraſſe ⁊ ſi noluiſſent diſceſſiſſe: debuiſſet eos puniuiſſe. ſicut Eſdras ſeparauit Iſraelitas a cõiugibus quas cõtra legem moſaicam duxerant. vt patet. j. Eſdre vltimo. niſi per viã diſpenſationis potuiſſet deobligaſſe maritum a priori coniuge ⁊ etiam eum ſic cum effectu liberaſſet. ſed an hoc potuiſſet papa non eſt parua diſputatio: de qua alibi.

Quinto quia allegat ꝙ ꝓbabilis error iuris cauſatus ex tolerantia excuſat: verũ eſt iuris mere poſitiui: non aũt diuini. niſi vbi eſſet error inuincibilis. vel intelligitur d̃ excuſatione non a toto ſed a tanto. Argumẽta autem que fieri poſſent cõtra concluſionem primã terciam ⁊ ſeptimam patebunt

in ſequenti queſtione.

Queſtio. XXXIIII.

**Utrum ipſi A. vtputa** alicui militi mutuāti irreuocabiliter ipſi. B. vtputa alicui principi duo milia florenorū liceat obligare ipm. B. ad dandū ſibi ex camera ſua annuatim. c. flor. donec reſtituatur ſibi integraliter ſors mutuata: nō cōputatis in ſortē illis. c. flor. quos annuatim pcepit: data facultate ipi. B. ⁊ ſuis ſucceſſoribꝫ ſeſe liberandi ⁊ cenſum pdictū extinguendi p reſtitutionē ſortis mutate. Solutio qōnis ſtat in qttuor ſuppoſitiōibꝫ. tribꝫ ꝯcluſionibꝫ et ſex argumētoꝝ ſolutionibꝫ.

**Prima** ſuppoſitio. Caſus huius qōnis ⁊ caſus pcedentis cōueniunt ⁊ differūt. Cōueniunt qdrupliciter. Primo qꝛ in vtriuſqꝫ qōnis caſu mutuatio fit irreuocabiliter. Scdo qꝛ vtrobiqꝫ fit cū obligatiōe ipſius. B. ad dandū. A. ius pcipiendi annuatī. c. Tercio qꝛ ſors mutuata ⁊ annui fructus ſūt vtrobiqꝫ equales. Quarto qꝛ vtrobiqꝫ. B. habet facultatē ſe liberādi ab obligatiōe dādi. A. ānuos fructus. Quinto qꝛ vtrobiqꝫ fructꝰ medio tpe pcepti nō cōputantur in ſortē mutuatā cum ſors reſtituitur. Sed differūt tripliciter. Primo qꝛ in pcedenti fuit mutuanti aſſignatū pignꝰ p ſorte mutuata hic nō ſaltem ex forma caſus. Scdo qꝛ in pcedēti fuit mutuanti aſſignatū ius pcipiēdi centū annuatim ex poſſeſſione aliq: hic autē aſſignatur ex camera. Tercio qꝛ in pcedenti fuit mutuās obligatus ad varia ex pte poſſeſſiōis ſcilicet caſtri ſibi ipignorati hic aūt ad nullum illorum eſt obligatus.

**Secunda** ſuppoſitio ⁊ tercia ſūt ille eedē q̄ poſite ſūt ⁊ declarate in pcedēti qōne. Uñ ⁊ ideo hec queſtio in h loco eſt poſita pter vicinitatē reſolutōis eiꝰ ad pcedentē. alioquin ſeqns que de pignore mutuatarij ſonat īmediate debuiſſet fuiſſe ſecuta.

**Quarta** ſuppoſitō. Cauſa cur hec queſtio mouetur eſt qꝛ eiꝰ caſus cū pdictis ſuis circūſtantijs ſepe accidit in noſtra puincia inter nobiles ex vna pte ⁊ aliquē dñm vel principē ex alia ita qꝙ vtūtur illo termino mutuatio in pdicto caſu nedum verbo ſed etiā ſcripto. puta in inſtrumentis deſup confectis. circūſtātie aūt huius ꝯtractus ſatis patent ex titulo ⁊ prima ſuppoſitione.

**Prima** cōcluſio. Caſus ꝯcluſionis veſtitus illis circūſtātijs que in titulo ⁊ prima ſuppoſitione ſunt poſite: videtur licitus. pbatur tripliciter. Primo quia ſi nō: maxime qꝛ ibi eſſet mutuatio vſuraria. p quanto mutuās reſtituta ſibi ſorte vult habere aliquid vltra ſortem ſcꝫ annuos florenos medio tpe perceptos ſed hoc nihil arguit quia ibi nō eſt mutuatio quod dupliciter probatur. Primo qꝛ ſi ſic: maxime quia ab ipis cōtrahentibꝫ ſic vocitatur tam ſcripto qꝫ verbo. ſed hoc nihil arguit vt patet ex ſcda ⁊ tercia ſuppoſitionibus. Scdo quia illa mutuatio fit cū duabus circūſtantijs repugnātibꝫ omnino nature mutuationis ⁊ ſubſtantie eiuſdē. Prima quia fit irreuocabiliter ita qꝙ mutuatarius nō eſt obligatus ad reſtituendū ſortem mutuatā. Scda quia qꝫuis fiat cū obligatione mutuatarij ad dandū mutuatori annuatim centum florenos: tamē in hoc habetur qꝙ illud quod mutuatarius dat mutuatori reſpectiue ad. ij. milia eſt ius percipiēdi annuatim. c. Modo hoc ius eſt res alteriꝰ generis qꝫ ſint duo milia flor. Modo mutuatio debet fieri cum obligatione mutuatarij ad reſtituendū ſibi idem in genere et tantundē in numero pondere ⁊ mēſura ⁊ ſic etiam obligatur ad reſtituendum rem cōſiſtentem in numero. pondere ⁊ mēſura. igitur. Et ſi nō eſt mutuatio propter circumſtātias repugnantes ei: ſequitur qꝙ erit alius cōtractus ⁊ talis cui tales circūſtantie ꝯueniunt cōcurrentibꝫ ſubſtātialibus illius alterius. Modo circūſtantie ille conueniūt emptioni ⁊ venditioni ⁊ aſſūt hic ſubſtantialia illius ꝯtractꝰ quia ibi eſt reperire precium ſcilicet duo milia ⁊ mercē ſcilicet ius percipiendi annuatim cētum et conſenſus vtriuſqꝫ. ⁊ ibi agitur per contrahentes qꝙ reddatur genus pro quantitate ſcilicet ius percipiendi pro duobus milibꝫ et econtra quātitas ſcilicet duo milia p genere ſcilicet p pdicto iure ⁊ quādo tale qd agitur inter cōtrahentes: tūc eſt indiſtincte emptio ⁊ venditio ſm iuriſperitos vt Bartho. in. l. mutuum in principio. Secundo ſic quia ſi eſſet illicitus: maxime quia cum

mutuanti reſtituitᷣ ſors:ipſe vult habere aliquid vltra ſortē ſcꝫ fructus medio tpe ꝑceptos, ſed hoc nihil arguit quia q̄uis illicitum ſit vltra ſortem vere mutuatam aliquid velle habere:nō tamē vltra ſortē que nō eſt vere mutuata ſed tradita vt precium Modo ꝑdicta duo milia nō ſunt ſors mutuata,imo ſūt preciū traditū principi ꝛ ius percipiendi annuatim.c.flor.eſt merx empta cuiꝰ meras fructus ſūt.c.annui florenī quos percipit tanq̄ȝ fructus ſortis ſue ꝑ ſe empte.ꝛ illi etiam nō cenſentᷣ eſſe quid vltra ſortē:quia ſunt incluſi in ſorte empta.ſꝫ bene ſunt quid vltra precium datū qđ ſibi reſtituitᷣ.ꝛ hoc non eſt incōueniēs:qꝛ emēs vineam p.x.florenis:ſi ꝑpter longitudinem temporis ꝑcipiat fructus tanti valoris q̄n tum fuit preciū:nihilominus poterit eandem vineā reuendere ſuo venditori pro.x. Tercio ſic.Si.A.dixiſſet.B.ego do tibi duo milia florenorū obligando te vt des mihi ex camera tua annuatiȝ.c.floꝛ.donec ꝛc.vt in queſtione:contractus diceretᷣ licitus,quia diceretᷣ eſſe emptio redditus pro precio iuſto cum pacto redimendi que emptio eſt licita,vt patebit infra.qōne.lxxxiiij. Et etiam patet ex.l.fi.C.de rerum permutatione,vbi habetur illum ꝯtractum eſſe licitum per quē dominus vel donās ex cauſa transferret rem aliquā ꝛ cōuenit vt donatarius vel recipiens eam preſtet ſibi quid annuum vel menſtruum.igitur etiā nūc eſt licitus quādo dixit mutuo ꝛc.tenet conſequentia,quia tunc eſſent iidē contractꝰ.qđ probatur ſic.quia cōtrahentes ſunt iidem numero ꝛ extrema illius cōtractus ſūt eadem ſcꝫ datū ꝛ illud pro quo datur ꝛ pacta ac circūſtantie ſunt eedem.Modo vbi eadem extrema ꝛ circūſtantie eedem:ibi idē actus.ſicut ab eodē homīe in vno oculo reſpectu eiuſdē coloris elicitur eadem viſio ī ſpecie et nō diſtincte viſiones ſpecie vel genere. Nec obſtat diuerſitas nominis quo vtebatur.A.in primo ꝛ ſecundo contractu propter duo.Primo quia ſicut propter noſtrum affirmare vel negare nō mutatur aliquid in re:ſic ꝑpter noſtrū appellare nō mutatur res in ſui natura ꝛ verba debēt ſeruire intentioni ꝛ nō ecōtra.Nam Plato ait: Sermo ſubiectus eſt rei:non res ſermoni: Vnde ſi nigredinem corui vocē nigredinē et nigredinē ethiopis vocem albedinē nō erunt ꝑpter hoc diſtincte nigredines ſpecie et latius hoc patuit in ſcđa ſuppoſitione et tercia precedentis queſtiōis. Secūdo qꝛ illud verbū mutuo nō eſt omnino diuerſū ab illo verbo do.Nam etiā omne mutuare eſt dare.ꝛ ecōtra dare eſt mutuare.Et ſi dicis ꝙ ſaltem nō omne dare eſt mutuare Dicendū ꝙ ſiſtendo preciſe in virtute vel deriuatione vel ethimologia illius nominis mutuare etiā omne dare quo ſcꝫ transferre dominiū rei in aliuȝ eſſet mutuare.qꝛ mutuare dicitᷣ de meo facere tuū q̄uis appropriate accipiēdo mutuare addit vltra hoc aliquid aliud ſcꝫ ꝙ res talis ſit vſu cōſumptibilis ꝛ ad talē vſum cōcedatur ꝛ ꝙ obligetur recipiēs ad reſtituendū idē in genere. Et ex hoc patet reſponſio ad argumentū quo quis diceret interꝑtatio ꝑdicti cōtractus vt nō ſit mutuū,ſed ſit emptio: nō poteſt fieri:niſi impropriando vocabulum mutui.igitur nō eſt talis interpretatio valida.Nam dicendū dupliciter.Primo ꝙ dato ꝙ eſſet cū impropriatiōe:tamē negatᷣ cōſequentia,quia etiā talis interpretatio ad aliū contractū fieri poteſt ſi fiat cum aliquali impropriatiōe vocabuli vt patuit per panor.in primo exēplo tercie ſuppoſitionis.Idē etiā patet ꝑ ſcđm exemplū eiuſdem ſuppoſitionis. Scđo dicendū ꝙ illa impropriatio nō eſt magna quia etiā mutuare poteſt ꝑdicari de omni dare quo trāſfertur dominiū rei quia iam dictū eſt ſiſtendo in virtute ꝛ deriuatione nominis:nulla eſt impropriatio vt patuit.

**Secunda** ꝯcluſio.dato ꝙ eſſet ibi ꝟa mutuatio:adhuc.A.poſſet ſaluari quo ad aliquos florenos annuos perceptos quos nollet reſtituta ſorte ſibi computari in ſortē. Probatur qꝛ ratione intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis poſſet tot florenos retinere in refuſionē ſui intereſſe quantū fuiſſet intereſſe:ſaluis tamē ꝯditionibus ad h̄ requiſitis ꝛ tactis in queſtione.xxx.hec cōcluſio eſt ſimilis partim octaue cōcluſioni precedentis queſtionis.

**Tercia concluſio** Dato ꝙ eſſet ibi ꝟa mutuatio:ipſe.A.ꝑcipiendo aliquid vltra ſortem.ꝛ vltra intereſſe non poſſet ſaluari

per hoc q̄ eſt cōmunis obſeruātia in terra noſtra ⁊ bona fides in cōtrahētib⁹. probaṫ ſicut probata eſt nona cōcluſio p̄cedentis queſtionis.

Contra primā ↄcluſionem arguiṫ ſextupl'r. Prio ſic. Mutuās ſpōte ſup montē florētinoꝝ ſeu ſup loca ianuenſiū: vere mutuat. ⁊ tñ tal' etiā irreuocabil'r mutuat. igiṫ irreuocabilitas non eſt circūſtātia repugnās mutuatiōi faciendo eā trāſire in aliā ſpeciē. ſic tñ ꝑ fundamēto habeṫ hic ⁊ habitū eſt in p̄cedēti queſtione. Maior ꝑbaṫ. q: talis mutuās cōmittit vſurā: vt tenēt doctores: q̄ determiauerūt ꝺ talib⁹ mutuis: ⁊ noīatim ſctūs Bernhardin⁹ tenet talē cōmittere vſurā. vt patebit infra qōne. xlv. Nō vſura nō cōmittiṫ niſi in mutuatiōe q̄ eſt ꝓpria ſedes vſure. igitur Maior vera. Minor ꝑbaṫ: q: tal' mutuans nunq̄ꝫ pōt repetere a cōmunitate florētinoꝝ ſortē mutuatā. ſicut nec illi q̄ coacte deſup mutuāt: ſic docet p̄ctica eiuſdē ↄct⁹.

Dicendū ꝑ duas ſolutiōes. Prima: dato q̄ maior eſſet vera ⁊ ſil'r minor: tñ ꝑ hoc nō ↄclūdiṫ oppoſitū fundamēti p̄dicti. q: irreuocabilitas illa q̄ repiṫ in mutuo ſup montem florentinoꝝ aliter eſt ibi ⁊ aliter in nr̄o ↄctu. ⁊ h̄ patet aſſignādo duplicē diſſimilitudinē vel differētiā. Nā in nr̄o ↄctu eſt cū talib⁹ circūſtātijs q̄ ↄueniūt emptiōi ⁊ venditiōi. q: hic mutuāti aſſignaṫ res certa et potens habere ratione mercis ⁊ cōſenſus vtriuſq̄ꝫ. ⁊ ꝑ ↄſequēs cū accedit irreuocabilitas q̄ al's diſcōuenit mutuatiōi pōt talis ↄctus interp̄tari vt nō ſit mutuatio ſed emptio. Sꝫ in mutuatiōe ſup montē florentinoꝝ nō aſſignaṫ mutuāti aliq̄d certū: q: regentia ciuitatis pōt ſi vult vni pl⁹ alteri minus ꝑ centenario ↄſtituere: alteri oīno nihil. nec poſſūt mutuātes ↄtradicere. Et ſic deficit vnū ex ſubſtantialib⁹ emptiōis. ſcilicet q: debet eē res certa q̄ debꝫ dici merx. Ideo nimirū q̄ talis mutuatō nō cenſetur vel interp̄taṫ eſſe emptio ſicut mutuatio in nr̄o caſu. Scđa diſſimilitudo q: in caſu argumēti ipi ↄtrahentes intendūt (nō obſtāte ↄditiōe irreuocabilitatis) ↄtrahere cōtractu mutui. Nā poteſtas in hūc modum iponit ipis ciuib⁹ ſcꝫ vt mutuēt ⁊ ciues etiā ꝑ modū mutui p̄ſtant pecunias ſup montem. ⁊ ideo nimirū ſi iudicenṫ ſm intentionem principaliter intentā. ſicut ſi. A. corrupta intentiōe recipet aliq̄d a. B. A peccaret etiā ſi. B. incorrupta ⁊ ſincera intentiōe ſibi daret: nō obſtāte q̄ eadē receptio fuiſſet licita ipi. A. ſi non tali intentōe ſed alia recepiſſet. ſicut ſi quis nuncio deferēti ſibi munera rapet vl' furareṫ: illicite recipet: q̄ꝫuis in re fuiſſet ſibi ea donatur⁹. ⁊ hoc propter intentionē corruptā ⁊ ſi q̄s ↄferēs beneficiū ipi. B. recipet ab eo tpalia ꝑ modū p̄cij. cū tñ ali⁹ obtuliſſet illa mere gratis et ſincere. Ita etiā cū. A. in caſu argumēti intendit mutuare ꝓpter lucrū ⁊ ptās intendit etiā recipe vt mutuū: nimirꝫ ſi A. peccat recipiēdo aliq̄d vltra ſortē ſtante tali intētiōe.

Sed hec ſolutio videṫ inſufficiēs. qđ patet quadrupliciter. quia dato q̄ vtraq̄ꝫ diſſimilitudo aſſignata eſſꝫ valida: tamen ꝑ h̄ nō infringiṫ q̄n argumētū ↄcludat ſuū ꝓpoſitū. q: ꝓpoſitū argumēti eſt ↄcludere q̄ irreuocabilitas nō ſit cōditio vl' circūſtantia repugnās oīno mutuatiōi: faciēdo ipaꝫ trāſire neceſſario in aliū ↄctū q: ſtat cū mutuatiōe. et illud ſuū ꝓpoſitū ſufficiēter ↄcluderet nō obſtāte aſſignatiōe vtriuſq̄ꝫ diſſimilitudinis. Nā q̄ tu recurris ad alia que obſtāt ne p̄dicta mutuatio interp̄teṫ eē emptio. nō ꝑ h̄ defendis ipaꝫ irreuocabilitatē obſtare p̄dicte interp̄tatōi. Scđo deficit q: dato q̄ mutuāti florēne ſup montē non aſſignareṫ certa res vl' ſumma vt dicit ſolutio: tñ ſaltē ↄtingit aliq̄n aſſignari certaꝫ rem vel ſummā. quo poſito: argumētū procedit vt prius: nō obſtāte p̄dicta diſſimilitudine q: etiā aſſignatōe certe ſūme facta adhuc doctores tenēt ſpōte ſic mutuātem cōmittere vſurā. Tercio deficit q: nō eſt verum q̄ mutuantib⁹ ſup montē nō aſſigneṫ certa ſūma. Naꝫ in ſtatuto ciuitatis exp̄ſſe habeṫ q̄ ſtatuit ciuib⁹ q̄uſq̄ꝫ reſtituat ſortē ſeu capitale ſuū: quinq̄ꝫ dandos ꝑ centenario ⁊ ita de facto diu obſeruauit obſeruatq̄ꝫ quottidie. vt patet in ſūma archiepiſcopi florētini parte. ij. ti. j. c. xj. in principio. et ſimil'r per be. bernhardinū ſermōe. xlj. circa principium. Q̄uis vero ſit q̄ in venetijs quādoq̄ꝫ denṫ. x. vel. viij. pro. c. vt dicit idē ſanct⁹ bernhardin⁹. Quarto q: ſic in ſcđa diſſimilitudine cēſet mutuantē florentie ſuper mōtē iō peccare: q: intēdit ↄhere ↄctu mutui ⁊ ſic ꝑ illū habere aliq̄d vltra ſortē:

Ita etiam in caſu qōnis noſtre ɔdemnaret
A. qꝛ intēdit mutuare ipi. B. ⁊ ſic rehabe-
re aliquid vltra ſortē. Nā A ita vtit verbo
mutuo ſicut mutuās ſuꝑ montē florētie. et
ſic tu velles excuſare. A. dicēdo ꝙ ⁊ ſi vtat
verbo mutuo: tamē in re ɔſentit in ɔtractū
qui in re eſt emptio. ita dico etiā excuſaret
mutuās florētie ſuꝑ montē qꝛ que neceſſi-
tas eſſet vt mutuās florētie ſuꝑ montē vel-
let in animo ꝓciſe intēdere ɔtractū mutui ⁊
ꝑ illū quid lucrari cū pnitie anime ſue: cū
tantūdē vtilitatis haberet ſine ꝑiculo ani-
me habēdo oculū ſuꝑ illū ɔtractū vt eſt em-
ptio. Scōa igit ſolutio eſt. Maior vide
tur negāda. Unde ſpōte mutuās irreuoca
biliter ſuꝑ montē volēdo recipe de centum
quinq ꝑ annū: remanēte facultate apō ciui
tatē redimēdi ꝓdictū cenſū ꝑ reſtitutionem
ſortis: nō videt agere ɔtctū ex ſe illicitū. nec
eſt ille ɔtctus mutuatio ſed in re eſt emptio
reddit annui cū pacto redimendi ⁊ dat iu-
ſtū ꝓciū: qꝛ centū cēſent iuſtū ꝓciū ad emen
dū ius ꝑcipiēdi annuatī quinq. Ad ꝓbati
onē maioris: negandū eſt ꝙ ibi ſit vſura. et
ꝗuis aliq doctores. ſ. Bernhardin id di-
xerit tū nō oēs hoc ſenſerūt: vt patebit īfra
qōne. xlv. Dixi notāter non videt ɔtctū ex
ſe illicitū facere: qꝛ de ꝑ accidēs pōt ei eſſe il
licitus in duobꝫ caſibꝫ. Primo ſi mutuās
eſſet in illa corrupta intentione ꝙ crederet
ſibi mutuationē eſſe in re ⁊ ꝑ cōſequēs cre-
deret ſibi illicitū eſſe quid recipe vltra ſortē
et nihilominꝯ vellet recipe: ille ūnqꝫ eſſet ex
intentiōe vſurarius ſicut declaratū eſt exem-
plis in ſiꝰ in ſolutōe. i. nō aūt a ꝑte rei ⁊ in
actu exteriori: qꝛ nō feciſſet ɔtctū ꝗ vere eēt
mutuatio ⁊ ꝑ ɔſeqns nec vſurā cōmiſiſſet
exteriorē. Scōo ſi mutuaret ꝓ nimis ma
gno incremēto habēdo: vt cū iuſtū ꝓciū ſit
c. ad habēdū ius ꝑcipiēdi annuatī. v. ipſe
nō vellet ponere. ſꝫ qñ dat. x. vl. viij. ipe cu
piditate ductꝯ mutuat ſeu dat. c. Nā tūc ta
lis emit magnā mercē ꝓ ꝓcio nimis pūo. ⁊
in iſtꝭ caſibꝫ haberet dictū ſcti Bernhardi
in veritatē.

**Secundo** arguit. Si mutuo
tibi. c. flor. ita ꝙ eos teneas ad libitū tuū: et
tū ſinglis annis qbꝫ teneb debeas mibi da
re. x. ſaluo nihilominꝯ capitali: vſurariꝯ ſūt:
vt ait Bernhardinꝯ ⁊ tū ī tali mutuo etiā
nō poſſū repetere ſortē. igit irreuocabilitas
nō facit mutuatiōē trāſire in aliū ɔtctū. Di
cendū negādo añcedēs. Nā eo ipo ꝙ ad-
iicio ꝙ ad libitū tuū teneas: renūcio repeti
tiōi: ⁊ ꝑ ɔſeqns nō obligaris reſtituere: ꝗ nō
es ꝓ̄ me mutuatariꝯ. Unū qō ſubdit. i. ſal-
uo nihilominꝯ capitali. ſi itelligat ſic ꝙ ego
nihilominꝯ velim abſolute rehabere ſortē
qñ placuerit mihi: tūc caſꝯ iplicat ɔdictōē
ſi aūt itelligat ſic ꝙ qñ volueris te liberare a
decē annis debeas mihi ſortē reſtituere: tūc
caſus nō iplicat. ſꝫ añcedēs eſt falſū. Ad ꝓ-
bationē dicēdū ꝙ pecco extꝗ ibi eſt emptio
iuris ꝑcipiēdi annuatī. x. qꝛ vt eēt licita em-
ptio deberet ſeruari eqlitas ꝓcij ⁊ mercis.
Nō nimis pūū ꝓciū eſt dare. c. ꝓ iure ꝑci-
piēdi āñuatī. x. qꝛ cōiter eſtimat iuſtū ꝓciū
c. ꝓ iure ꝑcipiēdi āñuatī qnq. ⁊ ſi fieret hꝫ i
caſu añcedētis nō ſolū nō eēt vſura ſꝫ etiā nō
eſſet illicita emptio. Ad auctoritatē aūt. ſ.
Bernhardini volētis ꝙ etiā ſit vſura Dicē-
dū ꝙ fuit illiꝯ opinionis eo ꝙ credebat ibi
remanere rationē mutui quod nō eſt

**Tercio** arguit In caſu qōis neuter
cogitat ō ɔtctu emptionis
vl' venditōis. igit nō eſt int eos emptio vel
venditio. tenet ɔſeqntia a ſimili. ſi. A. ani-
mo donādi det ipi. B. duo milia: ⁊. B. rece
pit ea nō aīo donādi ſꝫ ꝑ modū mutui: nō
erit ibi donatio nec mutuatio. qꝛ nec. A. cō
ſenſit in mutuationē nec. B. ɔſenſit in do-
nationē. ⁊ hꝫ eſt: qꝛ ɔhētes nō cogitauerunt
nec ɔſenſerūt in vnā ſpeciē ɔtcꝯ. ⁊ hꝫ etiā fū-
dat in. l. ſi pecunia. ⁊. l. nō oīs. ff. ſi certū pe-
tat. Multo magis nō erit emptio vl' ven
ditio qñ neuter cogitauit de ɔtctu emptio-
nis vl' vēditionis. Dicendū ꝙ virtualiter
vterq cogitauit ⁊ ɔſenſit in ɔtctū emptiōis
⁊ venditiōis: qꝛ vterq cogitauit ⁊ cōſenſit
in mutuationē veſtitā talibꝫ circūſtātijs ꝗ
bus ipſa eſt facta emptio ⁊ vēditio. igit cō
ſenſit virtualr in eā. tenet ɔſeqntia a ſimili
ſi quis plene ɔſentiat ad dandū tibi ter no
uem ⁊ tamē neſciat ꝙ ter nouem ſint vigin
tiſeptē: ille virtualiter ɔſenſit ad dandū tibi
xxvij. ſic ſi. A. ⁊. B. neſciant illā mutuatio-
nē in ſui natura eſſe emptionē ⁊ venditionē
⁊ tamē conſentiant in eam taliter veſtitam
qualiter veſtita eſt emptio iam conſentiūt
virtualiter in emptionē. ⁊ quia bona fide
faciunt illum contractū ⁊ contractus in re
eſt licitus ſequitur ꝙ excuſentur.

**Quarto** arguit͛. In caſu queſtionis. A. ꝛ B. ꝯſentiūt in mutuationē credēdo eſſe mutuū ſic ſepe accidit eo ꝙ nō ſūt tāti ingenij vt ſciāt diſcernere differētias ſpecificas ꝯtctuū. Et ſi eſſꝫ mutuū nō liceret ipi A recipe fruct⁹ medio tpe nolēdo eos cōputare i ſorte. igit͛ A peccabit q̄diu ſtat i illa credulitate q̄ credit eē mutuū. tenet ꝯſequētia a ſili. ſi q̄s cognoſcat vxorē ꝓpriā: ille act⁹ ex ſe eſt licit⁹ ꝛ tamē ſi credat eā eſſe alienā ꝛ nihilomin⁹ cognoſcat eā peccat mortalr̄. ſic eſt hic qꝛ q̄uiſ cōtract⁹ ex ſe ſit licit⁹: tn̄ qꝛ A credit eū eē mutuū tūc ꝑ ꝯſequēs credit ſibi nō licere recipere q̄d vltra ſortē eo ꝙ ſcit dictū eſſe Luē vj. Mutuū date nihil inde ſperātes. Dicēdū nō eſt ſile qꝛ cognoſcēs ꝓpriā credendo eā eſſe alienā ꝯ ꝯſcientiā agit q̄ edificat ad gehennā. qꝛ q̄ntū in ſe eſt vult facere actū illicitū. qꝛ ex q̊ credit eā eſſe alienā ꝛ nihilomin⁹ agit actū. igit͛ de⁹ ꝑinde ſibi iputat ac ſi in re eſſet aliena qꝛ nō ſtat ꝑ ipm̄ q̊ minus cognoſcat i re alienā. ſed nō ſic eſt i caſu ꝯcluſiōis noſtre qꝛ A. agēdo ꝯtractū in ſe licitū q̄uis credat eū eſſe mutuūꝫ: tn̄ nihilomin⁹ credit illō mutuū nō eſſe de nūero illoꝝ de quibꝰ Luc. vj. dicit͛. ſed credit illud mutuū eſſe alteri⁹ caſus ꝛ ō nūero illorū in quibꝰ licꝫ recipe vltra ſortē. quoꝝ caſuū vn⁹ eſt ille ſcꝫ cū nō manet rō mutui et bona fide id agit nō ſic pōt cogitare q̄ cognoſcēdo ꝓpriā quā credit alienā qꝛ nō eſt caſus i q̊ ꝯceſſū ſit cognoſcere alienā quāꝫ credit cognoſcens eſſe alienā.

**Cõcluſio** rñſiua ē ꝙ nõ reqritur Nā ſufficit ꝙ mutuator re vel ſpe conſequatur aliquod temporale cõmodum: non curādo a quocūqȝ id conſequaꝛ et etiam nõ curādo an id prius fuerit i rerū natura vl' nõ ꝛ an fuerit i dñio mutuatarij vl' alteri⁹. ꝛ an icipiat mutuatari⁹ carere aliq̄ tꝑali qḋ pri⁹ habuerit ꝛ ſic cõtigat eū dānificari vl' nõ. Aſſumptū ꝑbaꝛ dupl'r. Prio. Nā xp̄s ait Luc. vj. Mutuū date nihil inde ſperātes: volēs īdiſtīcte ꝙ ſi q̄d ſperareꝛ tꝑale ꝑpt' qḋ fieret mutuatio eſſet vſuraria. Dõ nõ ait. nihil a mutuatario ſperātes: ſꝫ ait nihil inde. id eſt ō mutuatiõe. Jō ſi qḋ tꝑale cõmodū ꝑ mutuatiõez ꝯſeqꝛ re vl' ſpe ad qḋ mutuatio fuit ordiata vñcūqȝ id obtineaꝛ: nihilomin⁹ erit mutuatio vſuraria. Scḋo ꝑbaꝛ ꝙ in ſeqntibus octo exēplis ē mutuatio vſuraria ꝛ tñ i eis nõ ꝯſeqꝛ re vl' ſpe vſurari⁹ aliqḋ tꝑale cõmodū a mutuatario q̄ ille carere icipiat.

**Primū** exēplū. Petr⁹ rogat Paulū vt ſibi mutuet. Paulus ꝯſētit nõ tñ niſi adiecto pacto ꝙ petr⁹ emere debeat ab eo q̄ſdā res nõ bn̄ vl' facili vendibiles. vtputa paul⁹ hꝫ aliqs res ſteriles q̄s nõ bn̄ pōt vēdere. aut hꝫ antiq̄s currus bigas colliꝑendia ꝛ frena vl' hmõi: aut hꝫ ius exigēdi debita a q̄buſdā debitorib⁹ nõ bn̄ potētib⁹ ſolueꝛ ꝛ natꝭ fallere qḋ ius vēdere vlt petro. Jn h̄ igr̄ exēplo mutuatio pauli eſt vſuraria. ꝛ h̄ i duob⁹ caſib⁹ qꝛ nõ ſolū in caſu q̄ paul⁹ vēdēdo petro hmõi res ꝑ pluri ꝑcio q̄ȝ valeāt: iō ſibi ꝑ pluri vēdit qꝛ. ſ. ei mutuauit. Sꝫ etiaꝫ in caſu quo venderet ei ꝑ digno et iuſto ꝑcio. De primo in q̄ȝ caſu patet ꝙ eſſet vſuraria mutuatio quia mutuat propter aliquid habere vltra ſortem mutuatam. ſcilicet propter illud pl⁹ ꝑ quo vēdit ſibi res adiectas i pacto. Nec exēplū datū in illo caſu eſt de ꝯcluſiõe rñſiua ſꝫ in ſcḋo caſu. Nam venditorē inuenire emptorem rerū ſuarū quas vendere deſiderat eſt quid tꝑale eſtimabile precio. igiꝛ paul⁹ mutuans tali pacto vt Petrus emat ab eo res

p̄dictas: mutuat ꝓpter aſſequi tēporale ali⸗
quod eſtimabile p̄cio. Antecedēs ꝓbat̄ du⸗
pliciter. Primo, nã venditor ſepe dat mer⸗
ces ſuas remiſſiori precio ꝙ̄ valeant donã⸗
do partē precij emptoribꝫ vt emant: illã au⸗
tem donationē nō facit niſi ꝓpter tēporalez
vtilitatē que nō alia eſt niſi illa ſcʒ vt habe⸗
at emptores rerū ſuaꝝ. Scḋo quia com⸗
muniter venditor remiſſius dat merces ſu⸗
as quãdo emunt̄ in magna quãtitate ꝙ̄ ſi
i parua emerent̄. Hoc autē nō eſt niſi quia
diſtrahere merces eſt ſibi temporale cōmo⸗
dum. igit̄. Differūt tamē mutuatio Pauli
in primo caſu ꝛ in ſcḋo q2 licʒ vtraqꝫ ſit vſu⸗
raria tamē in ſcḋo nō tenet̄ aliquid reſtitue⸗
re petro eo ꝙ nihil ab eo recepit quod pe⸗
trus prius habuerit ꝛ quo carere inceperit
quin equiualēs ei aſſignauerit ꝛ ſic eū non
dãnificauit. ſed in primo caſu tenetur ei re⸗
ſtituere illud plus ꝓ quo vendidit ei res p̄⸗
dictas ꝛ hoc duplici iure. Primo quia illō
plus accepit ratione mutui et ſic eſt vſura.
igit̄ ſubiacens reſtitutioni. Scḋo etiã q2 ven⸗
didit rem plus iuſto p̄cio: quod aūt eſt plꝰ
iuſto precio tenet̄ venditor reſtituere etiam
ſi ſit citra dimidiū iuſti precij ꝛ hoc in foro
anime: Attamē in primo caſu debet Pau⸗
lus tantundē erogare pauperibꝫ ꝙ̄ti precij
eſtimauit hoc qḋ eſt inueniſſe emptorē reꝝ
ſuaꝝ hoc enī fuit vſura.

**Secundū** exēplū. mercator vl̄ venditor aliquarūz
rerū mutuat alicui: nō adiecto pacto ꝙ obli⸗
get euʒ vt a ſe emat merces potiꝰ ꝙ̄ ab alio
attamē principalr̄ in illū finē facit vt talis
potius ad eū declinet in emptionibꝫ rerum
ſuaꝝ ꝙ̄ ad aliū venditorē: etiã ſi ille res ſint
al's bene ꝛ nō difficulter vēdibiles vt in p̄⸗
mo exemplo ꝛ etiã dato ꝙ vēdat ei ꝓ iuſto
precio. In tali caſu mutuatio ē vſuraria, ꝛ
probat̄ ſicut ꝓbatꝰ eſt ſcḋs caſus primi ex⸗
empli. Et tñ in tali exēplo mercator ipm̄ in⸗
cremētū vſurariū nō recipit a mutuatario
ſic ꝙ mutuatariꝰ id p̄habuerit ꝛ nūc incipi⸗
at eo carere nec mutuatariꝰ in aliquo dãni⸗
ficat̄.

**Terciū** exēplū. doctor mutuat ſco⸗
lari principalr̄ illa intētiōe vt acq̄rat beni⸗
uolentiã illiꝰ ſcolar̄, nō q̄d ibi ſiſtendo q2 h̄
eſſet licitū vt dictū eſt. q. xxix. ſʒ vlteriꝰ ordi⸗
nãdo illã beniuolentiã i lucrū tp̄ale ſcʒ ꝙ̄te⸗
nus ille viſitet ſcolas eiꝰ vt ſic augeat̄ nūe⸗
rus auditoꝝ ꝛ ſic aucto numero augeat̄ fa⸗
ma ꝛ ꝑ ꝯſequēs ſtipendiū tp̄ale, ꝓpter qḋ fi⸗
naliter ꝛ p̄ncipalr̄ mutuauit. Et tñ in tali
exēplo ipm̄ incrementū vſurariū nō recipit
de ſcolari mutuatario ſic ꝙ ſcolar̄ mutua⸗
tariꝰ illa p̄habuerit ꝛ nūc incipiat carere il⸗
lo nec mutuatarius in aliquo damnificat̄.

**Quartū** exemplū. piſtor mutuat petro p̄ncipalr̄ illa intē⸗
tiōe vt panes ſuos pinſi faciat apḋ eū: non
apud aliū: vt ſic habeat p̄ciū piſture etiaʒ ſi
nō accipiat niſi ꝯdignū p̄ciū ab eo In q̄ ex⸗
emplo etiã piſtor nō recipit aliq̄d a petro i
cuiꝰ carētia petrus dãnificet̄. Nam ꝛ ſi reci⸗
piat p̄ciū piſture tñ ecōtra piſtor petro cō⸗
dignas op̄as impēdit ꝓ eodem.

**Quītū** exēplū. Molitor mutuat pi⸗
ſtori p̄ncipalr̄ illa intētione
vt frumēta ſua apḋ eū molat vt ſic ip̄e habe⸗
at p̄ciū moliture: etiã ſi nō accipiat niſi iu⸗
ſtū p̄ciū ꝛ de h̄ dic vt de precedēti.

**Sextū** exēplū. Si paulus habēs frumētū qḋ timet ſibi perire.
ſi diutiꝰ ſeruaret̄ mutuet illud petro, q̄ ſtatī
eſt ipm̄ ꝯſumpturꝰ: motus tñ p̄ncipalr̄ ideo
vt recipiat futuro tp̄e aliud qḋ eſt tantum⸗
modo eq̄lis p̄cij tp̄e redditōnis: tñ eſt diu⸗
tiꝰ māſuꝝ. In h̄ inquã caſu eſt mutuatō
vſuraria: etiã ſi mutuator nō fuiſſet ſuū fru⸗
mentū diutiꝰ retenturꝰ ꝛ ſic ꝯſecuturꝰ lucrū
quo iã priuet̄ ꝑ mutuationē. Immo mutu⸗
ator etiã cōſumpſiſſet ſtatim in illo p̄cio ſi
non mutuaſſet. Scḋo circa hoc exemplū
dic diſputatiue ꝙ etiã ſi nō intendat ſe ha⸗
biturū frumentū diutius māſurum: ſed tā⸗
tūmodo equalis duratiōis. vl̄ ſi erit maio⸗
ris duratiōis: tamē nō inquantū tale ipm̄
appetit habere: eo ꝙ quando reddet̄ ſtatim
illud conſumet anteq̄ꝫ pereat. illud autē qḋ
mutuat non ita ſtatim poteſt conſumere:
quin pereat ꝛ ſic ſolum intendit principali⸗
ter vitationē ſui damni. Et i ꝓmo dicto hu⸗
ius ſexti exempli cōtradicit̄ opinioni Jo⸗
han. de lignano qui ꝯtrarium aſſerit dicēs
ꝙ in p̄mo caſu nō eſt vſura niſi eſſent circū⸗
ſtãtie vſure mentalis. puta ſi crederet plus va⸗
liturum vel niſi id qḋ mutuaret eſſet putre⸗
factum ꝛ parum valens. In ſecundo di⸗
cto contradicitur etiã multis aliīs: ſed hoc
nō obſtãte predicta duo dicta ſtāt i veritat

te. Primum probatur. Nam ſi Paulus vult frumentū exiſtens equale in qualitate et precio tempore redditionis habere loco frumenti mutuati propter hoc principaliter quia reddendum eſt diutius manſurum q̄ id quod mutuat quod eſſet ſtatim periturum: q̄uis ſi etiam reddenduꝫ deberet vendi tempore redditionis nō eſſet pluris precij q̄ fuerit frumentum mutuatum. ergo intendit aliquod cōmodum temporale conſequi ex mutuo, non obſtante ꝙ frumentum reddendum non plus valeret in precio tēpore quo redditur q̄ valuerit frumentum mutuatum. Nam ex quo reddendum eſt diutius manſurum: etiam natū eſt aliquam maiorem bonitatem ꝛ vtilitatem afferre paulo q̄ frumentū mutuatum natum fuerit ei afferre. Et confirmatur quia etiam ipſe Johan. de lignano addit dicēs: niſi eſſent circumſtantie ꝛc. Nā talis circūſtātia eſt hic. Ex quo eñ principaliter mouetur vt rehabeat frumentū diutius manſurum: ergo mouetur principaliter vt rehabeat melius frumentum. ſecus ſi non principaliter moueretur vt rehaberet frumētuꝫ diutius manſurum ſm quod tale: eo ꝙ nō curaret an illud eſſet diutius manſurū puta quia intendit ipſum tempore redditiōis ſtatim ꝯſumere. tunc eñ poſſet contingere ꝙ non eſſet vſura ꝛ etiam ꝙ eſſet vſura vt ī probatione ſecūdi dicti ſtatim iam dicetur.

Secundū autē dictū (cuius contradictorium magis videretur verum q̄ contradictoriū precedentis dicti) probatur ſic. Nā paulo non perire frumētū ſuum quod al's natum eſt perire eſt quid eſtimabile precio adeo ꝙ ſi poſſet cum vno vel duobus ſolidis facere ꝙ non periret ſibi: ipſe id ageret. ergo ſi principaliter mutuat ad hoc vt non pereat ſibi: erit vſuraria mutuatio. Confirmatur. Nam illud damnum quod intēdit vitare per mutuationem nō eſt damnū iniuſtum. quia naturale eſt. igitur ſi mutuet principaliter propter illius damni vitationem: erit vſuraria mutuatio. tenet conſequentia ex dicendis in ſequenti queſtione.

Et ſi arguat. Mutuans poteſt velle vitare intereſſe damni emergentis. vt patuit q̄ſtione. xx. igitur mutuās frumentū poteſt intendere ꝙ vitet deſtructionem ſui frumēti quod al's ſibi periret. Dicendum antecedens eſt verū de intereſſe emergenti ex mutuo. hoc autem intereſſe emergit ex natura ꝛ non ex mutuo: imo mutuans conatur illud per mutuum vitare. Dico autem notanter in ſcdo dicto. ſi principaliter intēdit vitationem predicti damni. Nam ſi nō intendit hoc principaliter. imo principaliter mutuat propter bonum proximi petentis mutuum: ſecundario autem propter vitationem damni. puta cum vult mutuare incidit ei illa vitatio damni. et propter eam eo libentius mutuat: non tamē obmitteret mutuationē etiā ſi nō ſubeſſet vitatio damni. imo ſi vitatio damni eſſꝫ cauſa ſine qua non mutuaret dummodo tm̄ eſſet ſecundaria adhuc mutuatio propter eam facta nō eſſet vſuraria. quia adhuc maneret gratuita vt probabitur a ſimili de collatione beneficij eccleſiaſtici ī fine octaui exempli. Quia tamen plures tenerent probabiliter contrarium ſecundi dicti ſcilicet vbi principaliter mutuaret propter ſolam vitationem damni predicti dicentes etiā tunc non eſſe mutuationē vſurariaꝫ: ideo ne ſim ille de quo dicitur. qui nimis emungit elicit ſanguinē Ideo non omnino reſiſto ſed tamen quod dictum eſt habet apparentiam ꝛ diſputationem atqꝫ etiam tutius eſt. Circa tamē iſta nota caſū in quo quis licite poſſet mutuare vetus frumentum volendo ſibi reddi nouum in maiori menſura q̄ fuerit vetus ꝛ hoc in recompēſam preiudicij quod al's mutuans vetus pateretur ſi dumtaxat in equali quantitate menſure ſibi nouum reſtitueretur. vt puta quia frumentum vetus iam aruit et ſic vltra non diminuitur ſicut nouum, quod cum nondum aruerit diminuetur in tempore ꝛ etiam vetus ſi non ſit putrefactū plus valet q̄ nouuꝫ. de hoc etiam dicetur in queſtione. xxxviij. in fine.

Dicitur autem notanter in principio huius ſexti exempli petro qui ſtatim eſt ipſuꝫ conſumpturus. Nā ſi petrus non eſſet ſtatim conſumpturus ſed retenturus ꝛ ꝑ conſequens incurſurus damnum: tūc paulus adhuc grauꝰ peccaret. quia preter hoc ꝙ mutuatio eſſet vſuraria: etiam damnificaret petrum. vbi ſi morꝰ petrus conſumeret frumentum non ſic damnificaretur. Et cōfirmatꝰ. Nam ſi vēderet petro tale frumētū ſimilr̄ credēdo ꝙ añ q̄ Petrꝰ poſſꝫ ꝯſumere

aut diſtrahere ipm periret ſibi vl' al's nota biliter in precio deſcenderet. vtputa ſcit q̄ꝫ totius ſuper venturam maximam copiam frugū ſil'lū ob quā deſcēdet ꝓciū: paulꝰ ꝑm probabilem opinionem non excuſaretur a peccato. vt patebit in queſtione. lxij. Itez ſextum exemplum etiam ſic probatur. quia ſi quis haberet pecuniam quā timeret futuro tempore minus valituram per ſtatuta legis poſitiue vel domini terre: ⁊ mutuaret eam alicui hoc pacto: vt ſibi reddatur i equali precio in quo eſt cuȝ ab eo datur: dicit Alexander de alexandria multis videri ꝙ hoc ſit illicitum ⁊ vſura. igitur etiaȝ ſic eſt in predicto ſexto exemplo. Et q̄ꝫuis etiā idem dicat ꝙ ecōtra multis videatur ꝙ nō ſit illicitum qui habent pro fundamento ꝙ mutuās non intendit lucrum ſed tm̄ damni vitationem. tamē illud non cōcludit vt patuit ⁊ etiam patebit infra queſtiōe. lxij. in ſimili de vendēte mercem que in precio veriſimiliter q̄ꝫtotius decreſcet. Nec eſt verum qđ dicunt ꝙ qui vitat damnū ſuū: nō facit iniuriam proximo ſuo nec ledit eum. Nam verū eſt ꝙ vitando damnū ſuum in quantū hoc facit: non ledit proximum. ſed quando vitat damnū ſuum ⁊ hoc mediante illatione damni proximo: facit ei iniuriā ſi enim eſt leo me inuaſurꝰ nec euadere poſſum niſi te poſito loco mei: nō ob hoc excuſabor ꝙ damnū meū vitare volo.

Septimū exemplū. Si paulꝰ mutuat petro ſꝫ pacto adiecto: ꝙ petrus ſit obligatꝰ ad remutuandū paulo futuro tempore. hoc exemplum probant aliqui ſic. quia q̄ꝫuis mutuatarius ſit naturali obligatione obligatus mutuatori ad antidota vt ſcȝ ſibi indigenti pariformiter remutuet: tamē non tenet̄ ſibi obligatione ciuili; ita ꝙ eum ad hoc cogere poſſit. ſȝ ſi ducit hoc in pactum ſcȝ promittendo remutuare ex hoc inſurgit ciuilis actio qua mutuās poteſt cogere mutuatarium vt ſibi remutuet ⁊ ſic recipit vltra ſortē aliquid. ſcȝ illā obligationem ciuileȝ. Sed hec probatio non videt̄ valida. Nā q̄ꝫuis in foro anime mutuatariꝰ qui promiſit remutuare teneatur ad remutuandum iuxta promiſſa non ſolum ſi iuraſſet ſed etiam ſi ſimplici verbo promiſit intendens illam ꝓmiſſionem ſeruare quia apud deum etiam promiſſio ſine iuramento facta ligat: tamē in foro exteriori non poteſt ad illud cogi ꝑ iudicem quin excipiēdo poſſit eludere actionem actoris ⁊ inanem eam facere. quod patet. quia etiam ſi iuraſſet poteſt abſolutionem petere ſi nondū adeſt terminꝰ ſeruandi ꝓmiſſum ⁊ ſic non cogetur. Si etiaȝ nō iurauit, poteſt excipere coram iudice dicendo illam obligationem eſſe vſuram ⁊ ꝑ cōſeq̄ns nō teneri ſe ad illā obligationeȝ. Et iudex non poterit iudicare cogendo eū ad obſeruantiam obligationis. ſicut non licet iudici iudicare vt vſure ſoluantur. Aliter igitur ſic probari poteſt exemplū quia p̄dicta obligatio eſt res eſtimabilis precio quia ſepe quis daret ⁊ dat pecuniam vt haberet vel habeat ſibi remutuātē cum indiget. Immo hoc exemplum habet veritatē ſi etiam paulus non adijcit pactum predictum ſed principaliter ideo mutuat vt aliꝰ futuro tēpore ſibi remutuet. Attamen hoc exemplum non eſt de caſu huius queſtionis quia mutuatarius īcipit carere aliquo temporali ſcilicet libertate recuſandi mutuum. Nam nō eſt ita liber ad recuſandū mutuum ſicut ſi non promiſiſſet q̄ꝫuis illā obligationem in foro exteriori elidere poſſet ⁊ recuperare libertatē quia etiam ſi pecuniaȝ aliquā promiſiſſet per modū vſure ſe daturum elidere poſſet in foro exteriori exactionē promiſſi aut ſi dediſſet repetere ſolutū.

Octauum exemplū. Si dominꝰ alicuiꝰ agri mutuat ruſtico certam quantitatem pecunie ob hoc vt colat eius poſſeſſionem pro quo tamen cultu vult ſibi dare mercedem. In hoc exemplo eſt mutuatio vſuraria in quattuor caſibus. Primus. Si dominꝰ vult aliquo minus iuſta mercede dare ruſtico pro cultura agri eo ꝙ ſibi mutuauit. propter partem operarum ruſtici ſine mercede habendarū que tamen opere ſunt res eſtimabiles precio. Nā ex quo non dat ſufficientem mercedem ruſtico ſequitur ꝙ alique opere ruſtici non ſoluuntur ruſtico et per conſequens illas ſine mercede impendit domino. et cum dominus hoc intēdat intendit lucrū ex mutuo. multo magis q̄n do mutuat ſibi vt omnino ſine mercede poſſeſſionem ſibi colat. Secundus caſus ſi dominus vult a ruſtico ſibi reſpōderi ꝗ alı

quo pluri in fructibus ꝙ dignū ſit ⁊ hoc ꝓpter mutuum impenſum ei. Nam illud plꝰ in fructibus eſt vſura. Tercius ſi vult ꝙ ruſticus propter mutuū ſibi plures vel diligentiores operas impendat ꝙ debeat ſm mercedis quantitatē. Nam illud plꝰ in operis vel diligentia eſt res eſtimabilis ꝑcio. Et illi tres caſus ſunt indubitati: nō tamen ſunt ꝺ caſu huius queſtionis quia in eis mutuatarius incipit carere aliquo temporali ſibi debito. Et dixi notanter in tercio caſu: ꝙ debeat ſm mercedis quantitatem. Nam ſi dominus mutuaret ſibi ideo quia timet ꝙ niſi mutuet ſibi ruſticus non adhibebit diligentiam tantā ad quantā tenetur ratione mercedis tunc non eſſet vſuraria mutuatio, qꝛ mutuatio fieret ad redimēdū vexationē iniuſtā, qꝺ licitū ē vt patebit in ſeqnti qōne. Quartꝰ ꝯo caſus eſt ſi dominꝰ nil plus recipit ratione mutui, et ꝺ hoc caſu ait Gregorius ꝺ arimino ꝙ nō eſt vſura. qꝺ ꝑſuadet ab eo ⁊ ab alijs quadrupliciter. Prio ſic: qꝛ niſi ſic: maxīe ideo quia mutuat ſibi vt colat poſſeſſionē alꝭ nō mutuaret ſibi. ⁊ ecōtra ruſticus colit et alꝭ nō coleret qꝺ colere eſt res eſtimabilis ꝑcio. ſꝫ hoc nihil arguit quia cultura nō eſt dn̄o lucrum eo ꝙ illā cōdigna mercede ſoluit: dādo equiualēs ꝓ ea ⁊ ſic nihil vltra ſortē mutuatā recipit. Scd̄o ſic ꝑ ſimile. poſito ꝙ dn̄s conducat colonum ad certum tempꝰ ꝓ iuſto ꝑcio ⁊ illud tradat anteꝙ colonꝰ incipiat operari eidē: poſtmodū nolente colono laborare niſi dn̄s mutuet ei certā q̄ntitatē pecunie: dn̄s mutuat vt operet̄: alꝭ nō mutuaturꝰ, colonus impēdit opas quaꝝ preciū prius acceperat. equidem in hoc caſu nō erit mutuās vſurarꝰ quia nil ex tali mutuo lucrat̄ ſed recipit operas ſibi debitas ex ꝑcij ſolutione. Tercio patet. qꝛ licitū eſt alicui detinēti ꝯtra iuſticiā poſſeſſionē ſibi debitam mutuare ⁊ hoc in illū finē vt recuperet poſſeſſionem vel ſaltē fructus eiꝰ etiam vltra ſortem mutuatā vt patet in caplo j. de vſuris. igitur etiā ſic erit hic de dn̄o reſpectu coloni. Quarto ſic. Si tu occupaſti rem meā vel ꝑ potentiā tuam vim facis mihi in rebꝫ meis vel nō reſtituis mihi rem ꝑ me tibi mutuatā locatā vel cōmodatam, nec vis deſiſtere a violentia nec etiam reddere rem reddendā niſi mutuē tibi mille. quo facto vis deſiſtere vel reſtituere debitum. ⁊ ego ideo tibi ꝙ mutuē vt deſiſtas vel reddas nō cōmitto mutuationē vſurariam quia nihil lucror ſed redimo vexationē. ⁊ nil acquiro niſi quod alꝭ mihi debebatur et forte cū hoc patior intereſſe lucri ceſſantis quia cum illis mille fuiſſē lucratus aliquid. Sed circa illum octauū caſum diſtinctius videtur loquendū. Nā ꝙuis vera ſit opinio Gregorij in caſu quo colonus ante mutuationē tenebatur colere agrum ⁊ nunc nō vult colere niſi ſibi mutuet. Nam tunc dominus nihil ſibi indebitū lucrat̄ ſꝫ tm̄ redimit vexationē. ⁊ de hoc latius in ſequenti queſtione patebit. ⁊ ſoluꝫ in hoc caſu ꝓcedunt tres vltime ꝑſuaſiones vt patꝫ intuenti casꝰ ⁊ per ꝯſequens patet ſolutio earūdem. Sed nō eſt vera quādo colonus ante mutuationē nō tenebatur colere agrū ſed liber erat ad ſubeūdum culturam vꝉ nō dominus autē ei mutuauit pricipaliter vt eum ſibi obligaret ad colendū agrum ⁊ ſic per ſuam mutuationē adeptus eſt obligationē coloni. Hec aūt obligatio eſt res eſtimabilis precio adeo ꝙ mutuatio redditur vſuraria que ꝓpter eam acquirendā exercetur quod ꝓbatur. quia dominus ſepe vltra mercedem culture daret aliquantulā pecuniam vt poſſet habere colonū eo ꝙ omnes vel quaſi omnes coloni locauerūt operas ſuas alijs ⁊ ita difficulter poteſt habere colonuꝫ. Scd̄o ꝓbatur idem. Nam nō dubitatur apud doctores quin ſit mutuatio vſuraria ſi quis mutuet cū pacto quo obligat mutuatarium vt alia vice ſibi velit remutuare cum indigeat. ⁊ hoc quia obligatio remutuandi eſt res eſtimabilis precio quia ſepe quis daret pecuniā vt inueniret mutuantē ſibi. hic tamē caſus nō eſt de caſu preſentis queſtionis ſicut nec precedēs exemplū. Et dixi notāter quādo dominus ei mutuauit principaliter vt eū ſibi obligaret. Nam nō eſſet vſura ſi principaliter mutuauit in bonū ruſtici nō ſibi in adeptionē obligationis culture puta: etiam mutuaſſet ſi ſciuiſſet eum nō culturum ſibi agrum attamen ſecūdario ex hoc mouetur ad mutuandum ſperans ꝙ eum habebit beniuolum vt ſibi potius ꝙ alteri colat pro iuſta tamē mercede: ⁊ ſic illud ſecūdario mouens nō cauſat volitōeꝫ mutuādi ſꝫ tm̄ ꝓmouet

imo nõ audere͂ ꝯdemnare factũ illud in caſu quo etiam illa obligatio eſſet cauſa ſine qua nõ: dũmodo ſolum eſſet ſecũdaria cauſa. Nam ſi eſſꝫ cauſa ſine qua nõ: dũmodo ſolũ ſecũdaria ſicut poſſibile eſt illa duo ſimul ſtare adhuc videret̃ mutuatio gratuita quia collatio beneficij eccl'iaſtici eſt gratuita cenſenda q̃ p̲incipalr̃ ſolum fit ꝑpter ſpiritualē idoneitatē pſone ad gloriã dei et eccleſie vtilitatē ꝛ ſecũdario fit ꝑpter ꝯſanguinitatē vel obſequia: etiã ſi illa ſecũdaria intentio eſſet cauſa ſine qua nõ declinaſſet patronus vl' collator ad illã pſonã potius q̃ ad aliã que fuiſſꝫ eque idonea. ſecus vbi ad min⁹ ydoneũ declinaret ꝑpter obſequia vel conſanguinitatē. Nã illicitũ eſt in reb⁹ eccl'iaſticis p̃ferre min⁹ idoneũ magꝭ idoneo ſ̃m tutiorē opinionē etiã ſi min⁹ idoneus ſit ſufficiēter idoneus. ꝛ intelligo de idoneitate oĩmoda reſpectu beneficij vl' officij eccleſiaſtici nõ de idoneitate in tITate. Nã aliquãdo min⁹ ſanctus põt p̃ferri magis ſancto in collatiõe beneficij ſi magꝭ ſanctus ſit in alijs requiſitis ad beneficiũ eccleſiaſticuꝫ inabilis: vbi tamē min⁹ ſanctus ſit abilis ad exercendũ tale officiũ. ſed de h̃ latius in tractatu de ſymõia ꝛ de ꝯtraria opinione ſi ne eſſet defenſabilis. Ad argumētum aũt primũ Gregorij dicenduꝫ negãdo maiorē. Nam in caſu quo diximꝰ dñm peccare nõ dicimꝰ ꝙ ideo peccet qꝛ mutuet ꝑpter culturã ſꝫ ideo qꝛ mutuat ꝑpter habere obligationē a ruſtico vt ſubeat culturã que obligatio eſt quid diſtinctũ a cultura ꝛ eſtimabile p̃cio vltra eandē eo ꝙ ſepe quis daret vltra mercedē ꝯdignã culture aliquam pecuniã vt in ꝓmpto haberet aliquē qui ſibi coleret.

**Ex predictis** ſequit̃ ꝙ petrꝰ peccat pctõ vſure qui paulo vineatori mutuat pecuniã natiuitatis xp̃i vl' paſce vl' penthecoſtes ſup̱ vinũ leuandũ p̱ vineatorē in autũno. futuro ꝛ adueniēte autumno cõueniunt petrus ꝛ paulꝰ ꝛ cõputãt ꝛ inueniũt ꝙ petrus mutuauit paulo. xxx. floꝛ. p̱ quibus petrus a paulo exigit tria plauſtra vini que tũc valēt bene. xxxvj. floꝛ. ita ꝙ ſi petrus vellet ea emere: etiã ꝓ ꝓmpta pecunia oporteret eum dare de cõmuni foro. xxxvj. floꝛ. Nã tũc petrus cũ nullũ intereſſe poſſit allegare veraciter vt ſupponit̃: nõ p̃ſumitur valorē ſex floꝛ. quē exigit vltra valorem xxx. floꝛ. exigere niſi ꝓ hoc ꝙ ante terminũ dedit. xxx. floꝛ. ꝛ ſic eos mutuaſſe cenſet̃. Q; ſi in foro ꝯſcientie dicat ſe tantũdē ꝛ amplius intereſſe ſuſtinuiſſe agat ꝯfeſſor ſecũ ſicut in q̃one. xxx. dictũ eſt. Q; ſi dicat nõ ſe illos. xxx. mutuaſſe paulo. ſed vt p̃cıũ ei dediſſe ꝓ vino futuro in quãtitate triũ plauſtrorũ qđ ſibi loco. xxx. floꝛ. debet dari ꝛ ſic nõ eſt mutuũ qꝛ idem in genere debet reſtitui in mutuo tũc ſi fuit veriſil'e ꝙ tria plauſtra tũc tp̃is eſſent valitura pluſq̃ꝫ. xxx. puta xxxvj. vt dictũ eſt: iterum p̃ſumit̃ ideo p̃ciũ ante dediſſe vt ſic ꝓ anticipatã ſolutionē q̃ includit implicitam mutuationē lucret̃ ſex floꝛ. peccat pctõ vſure. ſi aũt nõ fuit veriſimile nec ſpe illꝰ lucri ꝯſequendi ſolutionē anticipauit ſed pietate motꝰ dat nõ cogitãs ſe plus habiturũ in valore vini q̃ ſint. xxx. floꝛ. ꝛ emit eo mõ quo q̇s emit iactuꝫ retis non eſt damnandꝰ de hoc patebit infra. q. lx. Ex illis etiã patet quid ſit dicendũ de illis qui mutuant pecuniã vineatori ſup̱ vino futuro ꝛ hoc ad ordinariũ ꝛ publicum computũ fiendũ vt dici ſolet ꝛ ſciunt vineatores habere in ſuis vineis vites ꝓducentes vina notabiliter meliora q̃ ſint vina cõmunia cadentia ſub cõputo ꝛ nihilominus volũt plauſtrũ hr̃e ſ̃m cõem rõnē. Naꝫ illi cõmittũt vſurã eo mõ vt petrꝰ i p̃dicto caſu.

**Contra** quicq̃ꝫ prima exempla arguit̃. Predictꝰ paulꝰ mutuator poſſet donare petro aliquid vt emeret ab eo aliq̃s res iuſto p̃cio aut apud ſe faceret pinſi vel moli. igit̃ etiam põt eidē mutuare ꝑpter p̃dicta. tenet eõſequētia qꝛ non apparet ratio diuerſitatis cũ tã mutuatio q̃ donatio ſit ꝯtractus gratuitꝰ. Dicendũ ꝙ p̃dicta donatio nõ eſſet cõtractus donationis ꝓut eſt cõtractus gratuitus ſed eſt alterius ſpeciei. eſt eñi cõtractus innoĩatus ſcꝫ do vt facias. Mutuatio aũt eſt cõtractus qui debet eſſe gratuitꝰ ꝛ manet mutuatio etiã ſi fiat ꝑpter vſurã capiendã. Et ſi dicas Cur poſſum aliq̇d dare. B. vt ſit meus notus vt puta ꝙ apud me pinſat aut a me emat neceſſaria ꝛ nõ poſſum ei tantũdē mutuare vt a me emat. Dicēdũ ratio eſt quia ſi ei do vnũ floꝛ. vt ſic ſit notus meus: nõ exigo aliquid ab eo qđ excedat valorē dati ſed cum ſibi mutuo. j. floꝛ. obligo eũ ad reddendum

equiualentē: ⁊ vltra hoc etiā volo habere aliquid eſtimabile ꝑcio. igit̄. facio ꝯtra iuſticiā cōmutatiuā. nō ſic in priori caſu.

Queſtio. XXXVII.

# Utrum mutuatio

facta ꝑncipalr̄ ꝑpter vitationē damni iniuſti aut vexationis iniuſte ſit vſuraria. Dicē dum per duas ꝯcluſiões.

Prima Si damnū eſt iniuſtū ſimiliter vexatio. mutuatio nō eſt vſuraria. Probat̄. Nā tūc mutuās nō intēdit aſſequi ex mutuatiōe aliqđ tēporale cōmodū al's ſibi indebitū. imo illđ al's ſibi debebat̄. Naʒ ſi damnū ⁊ vexatio ſibi iniuſte inferēda erāt mutuans habebat ius vt nō ſibi inferret̄: ⁊ ꝑ ꝯſeqns obtinēs ꝑ vitationē nihil noui ſibi al's indebitū obtinet. Et de hac ꝯcluſiōe ſunt q̄ttuor exempla ſeqntia. Primū ſcđm terciū ſunt illa tria q̄ poſita ſūt in ꝑcedēti queſtiōe in octauo exēplo circa opionē Gregorij. Quartum eſt. Si ab aliq̄ patior ꝑſecutionē iniuſte ⁊ ne mihi noceat cogor cōducere armigeros in meā defenſionē ⁊ ſic incurro damnoſas expēſas ad quas vitandū mutuo ſibi vt ceſſet a ꝑſecutionib⁊ iniuſtis q̄ten⁹ ſic vitem damnū iniuſtū ⁊ vexationē iniquā.

Secunda ꝯcluſio. Si damnū eſt iuſtū ſil'r ⁊ vexatō mutuatio facta ꝑncipalr̄ ꝑpter talis damni vel vexatiōis vitationē eſt vſuraria. Probat̄ qꝛ eſt principal'r facta ꝑpter tpale cōmodū al's indebitū vltra ſortē obtinēdū. Nā ſi mutuatari⁹ iuſte potuiſſet dānum vel vexationē intuliſſe ei time t̄ illđ damnū. c. flor. tunc vitatio illi⁹ dāni fuiſſet cōpata. l. flor. igit̄ talis mutuat vt ꝯſequat̄ rem valentē. l. flor. que res nō fuit ſibi debita. nā ad illā ceſſationē nō tenebat̄ mutuatari⁹ ex quo ꝑ caſum mutuatari⁹ potuiſſet iuſte ei illđ dānum intuliſſe. Dictū eſt notāter: principal'r facta ⁊c. qꝛ ſi ſecūdario ꝑpter id fieret ita q̄ ad hac mutuaret ſi illud nō ſubeſſet ſec⁹ eſt vt patꝫ ex dictis. in ſexto exemplo. ꝑcedentis queſtionis.

Ex hac ꝯcluſiōe ſequit̄ q̄ neceſſario eſt addēda limitatio tribus dictis quorūdam doctoꝝ. Primū eſt laur. de ridol. dicētis q̄ illa mutuatio non eſt vſuraria q̄ fieret i ſeqnti caſu. ſcʒ ſi quis iniuriat̄ alicui ꝑpter qđ recipiēs iniuriaʒ eſt inimicat̄. ⁊ ſic illū qui iniuriā fecit oportet ſubire certas expēſas puta. x. flo. in mēſe. in famulis quos opꝫ tenere armatos ſi is q̄ fecit iniuriā mutuat iniuriā paſſo eo pacto vel illa principali intentiōe vt remittat iniuriā vt eius gratiā querat: ⁊ ꝑ ꝯſequēs veniā. qua obtēta ceſſant expenſe ꝑdicte talis mutuās nō videt̄ cōmittere vſurā. qꝛ licitū eſt cuilibet redimere vexationē ſuā. đ ſymonia. c. dilectus: ⁊ ita faciſte. Nec obſtat ſi dicas dedit cauſam delicto: igit̄ nō redimit vexationē ſuā. quoniā ſi ille peccauit iniuriam dādo ⁊ ille etiā peccabit in vindicando qꝛ ꝯtra dei precepta eſt inferre vindictā iſte etiā nō lucrat̄ ſed tm̄ euitat damnū qđ ſubire oporteret. xiiij. q. iiij. quoniā multū. hec ille. Hoc tn̄ dictū deficit quintupliciter. Primo qꝛ ſi mutuās eſt pri⁹ iniuriat⁹. igit̄ paſſus iniuriā habʒ ius ꝑſeqndi actionem ſuā ꝯtra iniuriantē ſeruato ordine iuris in qua ꝑſecutione damnificabit̄ iniurie illator. illius aūt iuſte ꝑſecutiōis ſiēde vitatio eſt res eſtimabil' ꝑcio. igit̄ iniurie illator mutauit iniuriā paſſo ꝑpter tēporale cōmodū ſibi indebitū vltra ſortē obtinendū. ergo eſt vſurarius. Et confirmat̄: qꝛ eo ipſo q̄ iniuriatus eſt alteri: eſt debitor ei⁹. igitur ſi mutuat vt remittat illud debitū: mutuat vt ſibi q̄d donet̄. qꝛ i omi remiſſiōe obtinē quedā donatio: adeo q̄ ſicut dato alicui⁹ tēporalis reddit collationē ſpūaliū nō gratuitam ſed ſymoniacā ſi fuit facta ꝑpter eā: ſic etiā remiſſio debiti reddit eā nō gratuitam ſed ſymoniacā. ergo etiā hic reddet remiſſio actionis mutuationē nō gratuitam ſed vſurariā. Scđo deficit qꝛ ⁊ ſi ꝑdictus doctor videat̄ velle loqui de dānificatione bellica vl' armoꝝ ⁊ nō de iudiciali tn̄ per hoc nō habet̄ q̄ velit loqui de vexatiōe inordinata vl' iniuſta. Nā ꝯtingit etiā vexationē que ꝑ arma ⁊ bellū infert̄ eſſe iuſtā ordinatam ⁊ iuridicā. ꝑ cui⁹ ceſſatione nō min⁹ contingit dari q̄ꝫ ꝑ ceſſatiōe vexatiōis iudicialis. ideo nec ꝑ illius ceſſatōe eſt mutuandū ſi ſit iuſta. Tercio deficit qꝛ indiſtincte allegat q̄ liceat redimere vexationē. qđ tn̄ nō eſt verū indiſtincte ſed dūtaxat qn̄ vexatio eſt facti nō iuris ſed iniuſta. In caſu autē ſuo ꝯtingit vexationē qua iniuriā paſſus ꝑſequit̄ actionē ſuā ꝯtra iniuriantē eſſe iu-

ris ⁊ iuſtā. licitū eſt em̄ alicui actionē ſuam pſequi etiā agēdo ad penā rei ſi ꝑ ſui indēnitate ad refuſionē ſui damni ⁊ zelo iuſticie ad penā agat. ꝙuis rancorē dimittere teneatur. Quarto qꝛ allegat ꝙ mutuās nil lucrē. Nam dico ꝙ lucraꝛ remiſſionē debiti ſi em̄ mutuās mutuaret ſuo creditori cui ex ꝯtractu aliq̄ teneret̄ vt remitteret ſibi debituꝫ ſcꝫ. c. flor. quos ei ex ꝯtractu deberet: nemo diceret quin eſſet vſurari⁹. Agiꝛ etiā qñ mutuat alicui vt remittat ei debitū qḋ ſibi debet ex maleficio vel q̄ſi ex maleficio. Quinto deficit cū dicit ꝙ iniuriā paſſus peccat vindicādo iniuriā ſ. em̄ nō eſt verū ſi iniuriam paſſus vindicet ordine iuris ſeruato. Nam vindicare de ſe nō eſt malū, alioquī nō diceret a plus de terrena poteſtate. Dei miniſter eſt vindex in irā ei qui malū agit. ad Roma. xiij. Ꝗuis ꝓpria auctoritate vindicare ſine ordine iuris vel etiā cū ordīe iuris ſed libidine ſatiſfaciēdi, ꝓprio odio ſit cōtra legē dei. Scḋm dictū eſt ſpeculatoris dicentis ꝙ cū quis mutuat vniuerſitati eo pacto ꝙ vniuerſitas ei nō imponat collectas quas al's ſibi interim poſſet iponere: nō cōmittit mutuationē vſurariā. hec ille. Nō dico ſi ille collecte potuiſſent ſibi iuſte fuiſſe impoſite (ſicut pōt ꝯtingere) ipſe eſt vſurarius vt patet ex p̄cedentib⁹. Terciū eſt Johā. an. ⁊ Johā. de lignano. ac Johā. de cal. dicentiū ꝙ dictū ſpeculatoꝛ; licꝫ nō habeat veritatē qñ collecte ſūt certe: tamen quādo nulle certe ſtatute ſunt eſt verū. hec illi. Modo ſi etiam nulle certe ſunt ſtatute ſi tamen iuſte potuiſſent ſibi fuiſſe impoſite: ipſe eſt vſurarius vt patet ex p̄dictis rationibus.

## Queſtio. XXXVIII.

# Utrum ſi mutuās

B. ip̄m. S. reſtituendū in tpe. D. in quo tñ tpe. S. plus valebit q̄ᵹ valuerit tpe mutuationis cōmittat mutuationē vſurariā. Solutio hui⁹ queſtiōis ſtat in vno exemplo et quinꝗ ꝯcluſiōib⁹. Exemplū eſt. A. mutuat B. frumentū qḋ nunc valet mediuꝫ. flor. ⁊ in. D. valebit mediū flor. et quattuor ſolidos. ſil'r dari poteſt de vino. ⁊ de moneta. Nam aliquādo cōtingit (q̄ᵹuis nō ita frequēter ſicut de frumentis ⁊ vino) ꝙ moneta aliquo tēpore pluris eſtimatur q̄ᵹ alio.

Prima ꝯcluſio. Si ꝯſecutio illi⁹ pluris quod valebit. S. in tpe. D. vltra illud qḋ valuit tpe mutuationis fuit principale motiuū ꝓpter qḋ. A. mutuauit. B. mutuatio fuit vſuraria. patꝫ ex diffinitiōe mutuatōis vſurarie ſupra. q. xxi. Et eſt hec ꝯcluſio vera: ſiue. A. cū effectu ꝯſequaꝛ illud plus ſiue nō: puta ſperabat. S. plus valiturū in. D. licet nō valuerit plus quia ſufficit principalis intētio cōſequēdi lucrū ex mutuo ad reddendū mutuationē vſurariā. q̄ᵹuis in primo caſu teneaꝛ reſtituere aliquid: non autē in ſcḋo q2 nil percepit.

Secunda ꝯcluſio. Si cōſecutio illius pluris non mouit. A. ad mutuandū ſed ſola charitas, attamen veriſil'r erat. S. plus valiturū in tpe. D. q̄ᵹ tēpore mutuatiōis valuerit mutuatio non erit vſuraria vere. q̄ᵹuis poterit eſſe p̄ſumptiue vſuraria: p̄ſumptiōe debili vel forti ſm circūſtantias pſone. A. Prima pars patet quia non eſt facta ꝓpter lucrū q̄ᵹuis lucrū acceſſerit p̄ter intētionē. A. acceſſus autē lucri nō intenti nō arguit mutuationē vſurariā al's nō liceret mutuanti ex charitate recipe poſtea aliq̄ dona a mutuatario: qḋ tamē licet ſeruatis certis circūſtātijs tactis in queſtiōe. xxix. Nec oportet ꝙ in eius intētiōe fuerit (ſicut tamē quidā dicit oportere) ꝙ ſi talis res mutuata fuiſſet facta vilior: illā viliorē ſic recipe voluiſſet. Nā hoc nō oportet ſꝫ ſufficit qꝛ ei⁹ intentiōe ſit ꝙ ſi res mutuata ſolū tantūdem tūc eſſet valitura ſicut nūc: adhuc mutuaſſet ei, nō em̄ teneꝛ ī mutuādo intēdere velle perpeti damnū. Scḋa pars ꝯcluſiōis pbaꝛ. Nam ex quo plus veriſil'r erat. S. valiturū in tpe. D. q̄ᵹ in tpe mutuationis: tūc ſi. A. al's ꝯſueuit mutuare ad vſuras: p̄ſumetur etiā nunc mutuationē illā feciſſe vſuraria in intētiōe eo qḋ ſemel malus ſemꝑ p̄ſumiꝛ malus. Unū in tali caſu quātūcunꝗ A. q̄ ꝯſueuiſſet hucuſꝗ eē talis vellet mutuare nūc ex ſincera charitate: tamē abſtinere deberet ab illa mutuatiōe q̄ᵹdiu nata eſſet oriri p̄ſumptio ꝯ eū de corrupta intentione qꝛ abſtinendū eſt a ſpecie mali donec ceſſet pbabil' origo ſcādali ſic tactum eſt in queſtiōe. xxix. ⁊ xxx.

Tercia ꝯcluſio. Si cōſecutio illi⁹

pluris nō mouit. A. ad mutuandū ſed ſola charitas ⁊ etiā non fuit veriſimile ꝙ. B. erat valiturū plus in. D. ꝙ̄ tēpore mutuatōis valuerit. Illa mutuatio nec vere erit vſuraria nec ꝓſumptiue etiam ſi in effectu plus valebit. Prima pars patet ex ꝯcluſione ꝓcedenti. Scḋa pars ꝓbatur quia ceſſat cauſa preſumēdi ſcꝫ veriſilitudo maioris valoris qui mouiſſe potuiſſet. A.

Quarta cōcluſio. Si ꝯſecutio illius pluris nō mouit A ad mutuandū ſed ſola charitas ⁊ tamē veriſimile fuit ꝙ erat plus valituꝫ in. D. ꝙ̄ tēpore mutuatōis: qḋ plus etiā. A. intendebat cōſequi: nō erit mutuatio vere vſuraria ꝙ̄uis poſſet eſſe aliqualr̄ preſumptiue vſuraria. Prima pars quo ad ſuppoſituꝫ ſuū quo ſupponit ꝙ illa ſe ſimul cōpatiantur ſcꝫ ꝙ. A. intēderit conſequi illud plꝰ qḋ B. valebit in tēpore. D. ⁊ tamē ꝙ illud plꝰ nō mouerit ipm ad mutuādū ꝓbatur. Nā ſtat ꝙ. A. erat reſeruaturꝰ. B. vſqꝫ ad. D. ꝙ̄ erat veriſimile ipm plus valiturū ita ꝙ nō intēdebat. B. ꝯſumere vel diſtrahere ante D. Iam. A. intendit cōſequi illḋ plus que intentio eſt ſibi licita. quia nō tenetur quis rem ſuā diſtrahere tēpore quo non niſi vili ꝓcio venditur. ⁊ tamē ex quo. B. petit. B. ſibi mutuari. A. ductus charitate mutuat ei B. cogitans tu interim mitteres iacere. B. vſqꝫ ad. D. melius eſt ꝙ ꝓximo tuo charitatiue ꝑ. B. benefacias: ex quo illud potes ſine dāno tuo. quia in tēpore. D. reſtituet tibi equale in bonitate ⁊ ſic nō perdes lucrū quod alˀs eras obtenturus in. D. ⁊ ita ſimꝉ ſtant ꝓdicta duo ſcꝫ ꝙ cōſecutio illius pluris nō mouerit eum ad mutuandū ⁊ tamē cōſecutio eius fuerit intenta. Hoc ſuppoſito igitur ꝓbato probatr̄ prima ps cōcluſionis. quia ſtantibꝫ ꝓdictis. A. mutuat ex charitate ⁊ cū ꝓuidentia ſeipm cōſeruādo indemnē: qḋ vtiqꝫ licet ꝑ regulā Iohā. de gerſo. ſup̄ allegatā. q. xxx. Et ꝙ̄uis in illo caſu ſit. A. imunis a peccato vſure. attamē nō eſſet ab omni peccato imunis ſi. B. tpe mutuationis fuiſſet in ea indigentia ꝯſtitutus ꝙ. A. debebat ei mutuare nūc etiā renūciando lucro ſibi ceſſanti ⁊ nolle reſeruare. B. vſqꝫ ad. D. put tactum eſt. qōne. xxx. Scḋa pars ꝓbatur primo ſic. quia ſi alˀs A. cōſueuit ad vſuras mutuare ⁊ ex aliqua circūſtantia appareat ꝙ. A. diſtraxiſſet vel cōſumpſiſſet. B. ⁊ nō reſeruaſſet vſqꝫ ad. D tunc cōtra eū ꝓſumeretr̄ de mutuatiōe vſuraria. ⁊ ꝙ̄uis ꝓſumptioni illi nō ſubſit veritas: attamē a ſpecie mali abſtinēdū eſt donec ceſſat origo ſcādali poſſibilis. Scḋo ꝓbatur ſic. quia ſi. A. nō eget. B. libertatē reſtituendi. B. ante. D. ꝓſumetr̄ ꝙ. A. velit per ſuū mutuū conſequi aliquod lucrū qḋ cōſequi nō poſſet ſi. A. retinuiſſet. B. vſqꝫ ad. D. Nā ſi nō id intēderet nō referret apḋ A. an. B. reſtitueret ſibi. B. añ. D. ⁊ ſic. A. cōſeruaret. B. vſqꝫ. ad. D. vꝉ an reſtitueret ſibi in. D.

Quinta ꝯcluſio. Si quis frumētum hoc tpe quo eſt cariſſimū ⁊ ſub eſtimatione precij nūc currentis mutuet obligās mutuatariū ad reſtituendū ſibi aliḋ frumētum futuro tēpore quo erit viliſſimi precij: ſed tamē illud aliud debeat ſibi reſtitui i tāta quātitate ꝙ tantū valeat quātū mō valet frumētū qḋ ſibi tradit. ⁊ ita obligat eū ad dandū ſibi plꝰ frumentū in quātitate ꝙ̄ mutuauerit: nō cōmittit vſurā: qꝛ illḋ plus qḋ recipit licꝫ ſit plus in quātitate molˀ ſeu mathematica nō tñ in quātitate ciuili vel valoris ſed equale. ideo nullū lucrū intendit. Unde etiā equiualēter vēdit ei frumentū nūc ⁊ mutuat ꝓcium gratis qḋ ſibi vult reſtitui equale in frumēto tēpore ſolutiōis Sicut etiā mutuans frumentū vetus recepturus nouū: licite pōt exigere ꝙ nouū ſibi dandū detur in maiori mēſura ꝙ̄ ipſe ei dederit de veteri ſi hoc facit nō ſpe lucri ſꝫ rōne damni vitādi qḋ ſibi accideret ſi nouum in equali mēſura acciperet. Nā ſi mutuans intendebat ſuū vetus diutiꝰ retinere (eo ꝙ erat bonū frumentū) ꝙ̄ diu adhuc cōſeruari poterat: et reciperet nouū in equali menſura: ipſe pateretur hoc ꝓiudiciū ꝙ cōſeruādo nouū loco veteris: in fine cōſeruationis minus inueniret de frumēto nouo ꝙ̄ de veteri cōſeruato inueniſſet. qꝛ frumētum nouū tpe intermedio areſcit: ⁊ ſic diminuitr̄: vetus aūt iam aruerat ⁊ fecit ſuā diminutionē ⁊ ſic nō amplius diminuitr̄. Uñ in tali caſu licet recipiat maiꝰ in mēſura ⁊ q̄ntitate mathematica nō tamē in ciuili quantitate valoris. Si tamen illud cauſa lucri exigeret ꝑ vt de hoc eſt caſus poſitꝰ ſupra. qōne. xxxvj. peccaret mutuans vt ibidem

patuit.

**Ex dictis** In hac qõne patet ꝙ nõ eſt indiſtincte verũ id ꝙ doctor Johãnes de frãckfordia ĩ tractatulo ſuo de ꝯctib⁹ dicit ꝯcluſiõe.xiiij. dicens ꝙ illicitũ eſt ſi Johannes in meſſe qñ blada ſũt in vili ꝑcio mutuat petro maldrũ bladi obligãs eũ ad reſtituendũ aliud maldrũ paſce qñ ſcʒ maldrũ veriſilr̃ valet amplius puta ĩ meſſe valet dimidiũ flor̃.ꝛ paſce valet vnũ flor̃. Et idẽ dicendũ ſi adijcit ꝙ paſce debeat ſibi dare vnũ maldrum vl̃ pecuniã tantã quantã tũc maldrũ valebit. Ita ꝙ ſtet in optiõe Johĩs recipe pecuniam vel bladũ.hec ille. Nã primũ dictũ licʒ habeat veritatẽ in caſu prime ꝯcluſiõis huius qõnis nõ tñ in caſu quarte ꝯcluſionis. Nec valet ꝓbatio ſua cũ ait ꝙ in caſu ꝑmi dicti tantũ dẽ agit Johs.ac ſi diceret ĩ meſſe:ꝯcedo tibi dimidiũ flor̃.vt paſce amplꝰ mihi reddas. Nã ad hoc dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile.qꝛ pecunia nõ reſeruat̃ a meſſe vſqʒ ad paſca vt amplꝰ valeat aut vẽdat̃ ꝓ maiori ſicut bladũ in caſu q̃rte ꝯcluſiõis. Vñ ſi ꝯtingeret ſilr̃ alteratio in valore pecunie ſicut bladi:nõ video q̃n in caſu q̃rte ꝯcluſiõis etiã aliq̃s habẽs certũ genus numiſmatis ꝛ ꝓbabiliter credẽs id valiturũ paſce plus q̃ꝫ nũc valeat ꝛ intẽdebat oĩno illud vſqʒ ad paſca ſeruare:poſſet velle mutuatariũ eſſe obligatũ ad ſatiſfaciẽdum de ſorte ꝛ de illo pluri:defalcatiõe tñ facta ſm dubietatẽ lucri.qꝛ mutuator ꝓ intereſſe lucri ceſſantis põt aliq̃d exigere a mutuatario vltra ſortẽ: ſaluis tamẽ ꝯditionib⁹ tactis q̃ſtiõe.xxx. Scđm aũt dictũ eius habʒ veritatẽ.ſi optio illꝰ diſiũcti ſit quid eſtimabile ꝑcio vltra valorẽ ſortis mutuate: ſic nãtũ eſt ꝯtingere ꝙ mutuatario ſoluẽte ſortẽ mutuator mallet habere pecuniã, adeo ꝙ etiã aliquãta pecunia carere vellet vt potius haberet pecuniã q̃ꝫ bladũ.

Queſtio.XXXIX.

**Vtrum paulo liceat** petro nauiganti vel eũti ad nũdinas mutuare centũ tali pacto ꝙ paulꝰ recipiat in ſe ꝑiculũ illoꝝ.c.ꝛ ꝓ hoc det petrꝰ paulo aliquid vltra ſortẽ ſcʒ quinqʒ. Solutio queſtionis ſtat in duab⁹ ſuppoſitionib⁹.q̃ttuor concluſiõib⁹ ꝛ duoꝝ argumẽtoꝝ ſolutiõib⁹

Prima ſuppoſitio ꝓnomen hoc in titulo queſtionis cũ dicit̃ ꝓ hoc põt referre ipm mutuare vl̃ dũtaxat ipm recipe ꝑiculũ vel vtrũqʒ. Scđa ſuppoſitio paulũ recipere in ſe ꝑiculũ nihil aliud eſt q̃ꝫ paulũ velle ſi ſors ꝑdatur ſcʒ.c.flor̃.vel etiã merces inde empte:ꝙ illa ſint ſibi ꝑdita ita ꝙ vult h̄ dãnũ ſuſtinere:adeo ꝙ petrus non teneat̃ ſibi ſortẽ mutuatã reſtituere neqʒ aliquas merces inde emptas.

**Prima** ꝯcluſio. Si ꝓnomẽ hoc refert dumtaxat mutuare: mutuatio pauli eſt vſuraria: qꝛ ꝓ ea recipit vel recipe intẽdit paulꝰ aliq̃d temporale ꝑ modũ precij. Vnõ ꝓ precio mutuaſſe vere dicit̃. Et in hoc caſu eſt in foro ꝯſciẽtie decretalis nauigãti.extra de vſuris.intelligẽda.vbi ſic dicit̃. Nauiganti vel eũti ad nũdinas certã mutuãs pecunie quantitatẽ eo ꝙ ſuſtineat in ſe ꝑiculum.receptur⁹ aliquid vltra ſortẽ:vſurarius eſt cẽſendus. Et ſi arguat̃.C.de nautico fenore.l.prima dicitur talem ꝯtractũ ad obſeruationẽ cõmunium vſurarũ liberũ eſſe:qꝛ ꝛ ſi non ſit cõmunis vſura:eſt tamẽ vſura. Vnde glo.ſup verbo cõmuniũ vſuraꝝ dicit.ſed nõ centeſimarũ Dicendũ ꝙ leges approbãtes aliquas vſuras nõ valẽt vt patet ex qõne.xxij.

**Secunda** ꝯcluſio. Si h̄ refert dũtaxat recipe periculum:mutuatio pauli non eſt vere vſuraria de lege diuina vel naturali. Probat̃ dupliciter. Primo ſic. Quia ſi q̃s nõ mutuaret ꝛ tamẽ ꝑiculũ ſortis ꝑ aliũ ꝛ alteri mutuate ſuſciperet in ſe:poſſet aliq̃d recipe ꝓ illa ſuſceptione citra peccatũ vere vſure.igitur etiã ſi mutuat ꝛ ſuſcipit ꝑiculũ poterit ſic ꝓ illa ſuſceptiõe aliq̃d recipe.tenet ꝯſequẽtia quia dato oppoſitũ ſequeret̃ ꝙ ꝑ hoc ꝙ mutuaſſet ꝛ ſuccurriſſet ꝓximo:factꝰ eſſet peioris cõditionis q̃ꝫ ſi ei nõ ſuccurriſſet.qd̃ eſt incõueniẽs:qꝛ de beneficio nõ incõmodũ ſed cõmodũ reportare debʒ. Alia igit̃ intẽtionis directio petri in caſu ſcđe ꝯcluſiõis q̃ꝫ in ꝑmo facit de vſurario nõ vſurariũ ꝑut in ſimili in materia ſimonie accidit. ſicut bene inquit Petrus de aleaco cardinal̃ cameracẽ. dicẽs hoĩes ſi dirigerẽt intẽtionẽ ſuã in ſpiritualiũ datione ꝛ receptiõe multi ſunt ſimoniaci qui nõ eſſent. Scđo probat̃ quia licet tũc mutuãs recipiat aliquid

vltra ſortem: nō tamen ratiōe mutuatiōis: ſed ratione alicuius alterius: ratiōe cuiꝰ cō tra vſuram potuit tēporale recipere. Nam ex quo mutuās nō tenetur ſubire periculū rei mutuate: imo quantū eſt ex naturalibꝫ cōtractus mutui: res mutuata ſtat periculo mutuatarij. ergo ſi vltra hoc ꝙ mutuat: etiam ſubit periculū: ſeruit mutuatario ī re eſtimabili precio. ꝓ qua re nō eſt vſurarius quid recipere ſicut pro mutuo recipere ꝑ cium. Nam ſepe poſtꝗ̄ quis recepit mutuum daret alicui ſiue mutuāti ſiue alteri aliquantā pecuniam ꝙ cuꝫ aſſecuraret de nō perdendo rem mutuatā vel de ſubeūdo piculum rei mutuate. Nec ꝓ illo ſeruitio vl' beneficio ſcꝫ ſubeundi periculū eſt indiſtīcte prohibitum quid recipe ſicut ꝓ mutuare. Unde in hoc caſu paulus contrahit cū petro duobus cōtractibꝫ. Primo cōtractu mutui gratuiti. Scḋo cōtractu innominato quo paulus facit vt petrꝰ det. facit inꝗ̄ periculū eius id eſt ſubit periculū vt petrꝰ det precium. Confirmatur. Si aliꝗs alius a paulo mutuatore ſubeat illud periculum pro petro cū predicto pacto: non cenſetur ille alius cōmittere vſurā. eo ꝙ nullū interueniſſet mutuū. igiẗ etiam idē erit dicēdum hic ſi ꝑſe ſiſtat in cōtractu illo ſcꝫ facio vel ſubeo vt des. vl' do vt facias vl' ſubeas. Et ꝗ̄uis recipere aliquid ꝓ receptiōe periculi in ſe in ꝑdictis caſibꝫ nō ſit vſura. an tamē ſit aliud peccatū videbiẗ infra q̄ſtione. lxxj. Ubi videbiẗ an ne illud ſit turpe lucrum.

**Contra** hanc cōcluſionē Arguitur ſic. ponderādo hn̄ verba decretalis ſcꝫ nauigāti. extra de vſuris. videtur papa velle ꝙ etiā mutuans eſt vſurarius cenſendus ſi pro receptōne periculi in ſe aliq̄d accipiat vltra ſortē. ait em̄ ſic. eo ꝙ ſuſtinet in ſe piculum recepturꝰ aliq̄d vltra ſortem. Dicendū ꝙ in foro conſciētie nō eſt iudicandus vere vſurariꝰ qui ſibi cōſcius eſt ꝙ nō ꝓ mutuaſſe recepit quid vltra ſortē ſed pro ſola receptione piculi vt ſatis probant rationes adducte. Necꝫ etiam in foro cōtentioſo eſſet iudicādus vere vſurarius ſi ſufficienter ꝯſtaret de predicta eiꝰ intentione ſecus vbi non ſufficienter conſtat ⁊ cum hoc ſūt preſumptiōes cōtra mutuantem quarū vna eſt ſi al's ꝯſueuit exercere vſuras manifeſtas vl' palliatas ⁊ fraude circumſeptas. Scḋa preſumptio eſſet quādo nullū vel quaſi nullum vel modicum periculū ſubeſſet ⁊ mutuās ꝓ tali ſuſcipiendo diceret ſe recepiſſe incrementum ſortis. Tercia ſi etiaꝫ notabile periculum ſubeſſet: attamē incrementū eſſet exceſſiue īproporcionatum ſuſceptioni. nā tūc iterū eſſet preſumptio cōtra eū de vſura in foro exteriori. vtputa ꝙ in fraudem vſure excogitaſſet. ⁊ ꝗ̄uis ſtaret ꝙ in re nō eſſet vſurarius: tamē tūc eſſet al's iniquus ſcꝫ exigēdo īproportionatū ꝑciuꝫ ꝓ ſuſceptiōe periculi minoris. Et in hoc ſenſu ⁊ caſu intelligēdus eſt Richar. in. iiij. diſ. xv. ar. v. q. v. vbi etiam damnat mutuantē recipientē in ſe piculum ſortis ſi recipit vltra ſortē. Nā cauſam illius damnatiōis allegat ſic dicēs. qꝛ niſi fuerit culpa vel negligentia illiꝰ qui accipit: raro accidit ꝙ pecunia quaꝫ mutuo accepit pereat: Unde ille q̄ in caſu iſto dat mutuo pecuniaꝫ habet in fauorē ſuū id qḋ accidit ſepe nec habet cōtra ſe niſi id qḋ accidit raro. hec ille. Et ſic patet ex qua cauſa damnat. ſi igitur illa ceſſet: nō apparet ratio eum damnādi vt vſurariū vere ſeu ex lege diuina vel naturali. Et c[illegible] [illegible]mat. qꝛ ſi tradens pecuniā ponat tam [illegible]apitale ꝗ̄ lucrū ſub dubio vel fortuna ⁊ [illegible]ecipiat quid vltra ſorteꝫ: talis excuſatur nec reſtituere tenetur ſm̄ Rich. ibidē ꝑ c. nauigāti. in. §. illo quoqꝫ. ⁊ hoc ratione veriſimilis dubij qḋ dubium nō videtur notabiliter magis in fauorem dantis ꝗ̄ accipientis. ergo vult ꝙ ī illo caſu nō eſt iniquitas eo ꝙ tradēs vl' mutuans nō eſt plus in lucro ꝗ̄ mutuatarius ſed eſt equa conditio vtriuſꝗ̄ ꝑ hoc ꝙ hinc inde faciūt ſibi cōmunicationes. qḋ ſic patet quia cū mutuatori cōpeteret ius vt ſaluum eſſet ſibi capitale in omni caſu: tamen vult illi iuri renūciare. ⁊ in recōpenſam huiuſcemodi renunciatiōis vult ꝙ ſibi cedat pars lucri al's ſibi indebiti ſi obueniat. et ecōtra cum mutuatarius habeat ius ꝙ lucrum ꝓuenturū debeat ſibi ſoli ⁊ nō mutuatori etiā in parte cedere: vult illi in pte cedere quatenus etiā mutuator ſubeat ſecuꝫ piculum ſortis. ⁊ quia hincinde penſando onera ⁊ releuamina manet equalis cōditio vtriuſꝗ̄ ideo iuſtificaẗ. et tamē ſi veriſimiliter nō eſſet piturum capitale: imo ſaluan-

dum:⁊ cū hoc veriſimiliter ſperaret̄ obuen‑
turum lucrū:non excuſaret̄ mutuās vl' tra‑
dens pecuniā:etiam in illo caſu quem ipſe
iuſtificat.⁊ hoc ꝑpter eandem rationē que ī
caſu quē damnat eſt poſita:puta quia mu‑
tuans haberet ꝓ ſe id quod veriſimili⁹ eſſet
futurum.⁊ mutuatari⁹ non habet tale ꝓ ſe
īmo contra ſe.quia ſi non ſubiret illum cō‑
tractum:veriſimiliter totū lucrum eſſet ſu‑
um ſine periculo capitalis.quia illud veri
ſimiliter non eueniet.Ergo eadem ratione
in caſu queſtionis ceſſabit ratio condem‑
nādi eum vt lege diuina vel naturali vſu‑
rarium quādo lucrum illud eſſet propor‑
tionatum ſuſceptiōi periculi quia nō meli
or eſſet cōditio vnius ꝙ̄ alterius. Quar‑
ta p̄ſumptio patebit poſtea. Poſſet tamē
etiam papa vel eccleſia vel imꝑator talē cō‑
tractum ſuſceptionis periculi in mutuatio
ne abſolute ꝓhibere tanꝙ̄ vſurarium ⁊ ſub
penis vſurariorum:eo ꝙ ⁊ ſi in ſe ſine vſu‑
ra fieri poſſet tamē mali eo in fraudē vſura
rum abuterent̄. An autē de facto voluerit
eum vt talē ꝓhibuiſſe in p̄dicto cap̄lo non
dico. Et ꝙ̄uis ſi papa illud feciſſet hoc oc‑
caſionalr̄ tm̄ feciſſet ꝑpter maliuolos q̄ ſub
illo velamine al̄s exercuiſſent vſurā: tamē
etiam alÿs ⁊ nō maliuolis eſſ; ille contra‑
ctus vt vſurarius illicitus.

**Ex rationibus** adductis hanc con
cluſionē poteſt de facili impugnari dictū
gloſe in.c.nauigāti. que indiſtincte vult ꝙ
mutuanti etiā recipienti in ſe periculū non
liceat aliquid vltra ſortē recipere:etiam ſi in
compenſationē receptionis periculi recipi
at illud.⁊ cauſam tangēs ait:quia illud ex‑
cedit naturā mutui. Sed hoc nō valet:q̄a
et ſi illō naturā mutui excedat ⁊ ita nō poſ‑
ſit recipi ratione mutui: tamē non excedit
naturam cōtractus innominati ſc; facio vt
des.qui cōtractus eſt ꝯiunctus ꝑ accidēs
cōtractui mutui.quero eñ ſi ille idē mutu‑
ans etiam ſeruiſſet mutuatario portando
ſibi ſortē ꝑ decem miliaria ad ciuitatem ali
quā:an ne poſſet aliquid recipere ab eo vl
tra ſortē ⁊ hoc ratione cōtractus locatiōis
operarū annexi cōtractui mutui. Item da
to ꝙ illud pactū eſſ; ꝯtra naturalia mutui:
non tamē pōt inferri. ergo deprauat cōtra
ctū;put patebit diffuſius.queſtiōe.lxxxix.

correlario p̄mo. Item aliam cauſam tan‑
gens ait.ſi nullū periculū ſecutū fuit ⁊ ali‑
quid vltra ſortē recipit illud vſura eſt: hoc
nō valet quia nō recipit illud incrementū
tm̄ ea lege ſi ſequat̄ periculū in effectu.alio
quin non quinꝗ̄ flor.tm̄.ſed centū exegiſſet
ſed recipit ꝓ receptione periculi poſſibilis
euenire. Hec aūt receptio eſt ſecuta in effe
ctu licet periculū nō ſit ſecutum in effectu.
Et quod ſubdit.cū hincinde ſit mutuū ni‑
hil inde ſperare debet:verū eſt inde id eſt ō
mutuo.non tamē ſequit̄.ergo non de rece‑
ptione periculi in ſe.

**Secundo** arguit̄.lex nō ponit̄
ſup̄ idubitabili.mō
indubitatū eſt ꝙ nō liceret mutuanti quid
exigere ratione mutui.igit̄ lex illius decreta
lis damnans exactionē illius incremēti nō
damnat preciſe in illo caſu quo ratiōe mu‑
tui exigeret. Dicendū ꝙ damnat illam ex‑
actionē nō ſolū tunc quādo preciſe ratione
mutui fieret in q̄ caſu res eſt indubitata ſ;
etiam in caſu vbi tam in ratiōe mutui ꝙ̄ ra
tione periculi exigeret̄:qui caſus nō eſt ita
manifeſtus ſicut p̄cedens. Uel ſi hec ſolu
tio nō placet dicendū ꝙ illa decretalis fun
datur ſup̄ preſumptiōe. Modo in certo ca
ſu in quo decretalis eſt intelligēda: eſt pre‑
ſumptio contra mutuatorē ꝙ palliare ve‑
lit crimē vſurarꝫ ſc; quādo mutuator inter
mutuandū adÿcit ſe ſuſcepturū periculum
ſic ꝙ non vult mutuare niſi alius dimittat
periculū ei ⁊ pro eo ſit quid ſibi daturus.

Et hec eſſet tercia vl' quarta preſumptio
vel circūſtantia faciens p̄ſumptionē contra
mutuatorē. Nam tunc ſignū eſt ꝙ mutuat
ſpe lucri:quia nō vult mutuare niſi mutua
tarius velit inire ſecum aliū cōtractum et
hoc lucroſum mutuāti.ideo papa decreuit
illum ꝯtractū reſcindendū. Ubi autē illi p̄
ſumptiōi veritas nō ſubeſt ceſſat diſpoſitio
illius decretal'.vtputa ſi extra tēpus mutu
ationis vel etiā inter mutuandū ſuſciperet
in ſe periculū ⁊ nihilominus mutuaret ſibi
etiam ſi mutuatari⁹ nō vellet ſibi cōcedere
ſuſtinentiā periculi ⁊ aliquid ſup̄ hoc dare
īmo mutuator mallet eſſe ſupportat⁹ a ſube
eundo periculū vel ſaltē indifferens eſſet.
ꝙ̄uis ſi inter mutuandū ꝓprio motu ſe offe
rat ſubiturū periculū ꝓ precio: ſit ſuſpicio
ꝙ ideo mutuet vt alter ſecum iſto cōtracti

contrahat. τ tamē ſtat ꝙ illi ſuſpitioni non ſubſit veritas. oportet tñ cauere a ſpecie mali. ceſſat aūt ſuſpitio quā nō ꝓprio motu ſed ad rogatū mutuatarij ſuſtinet ꝑiculū ꝑ precio niſi aliie aſſint ꝯditiōes cū vt dixi ſuſpectum reddētes.

**Tercia** ꝯcluſio. Si ꝓnomen hꝫ refert vtrūqꝫ: mutuatio pauli eſt vſuraria. qꝛ ſeq̄tur hn. recipit aliq̄d pro mutuare τ ꝑ ſubire ꝑiculū. igitur recipit aliquid ꝑ mutuare. Nō recipe aliq̄d ꝑ mutuare eſt peccm̄ vſure. igitur.

**Quarta** ꝯcluſio. In caſu huius tercie ꝯcluſiōis nō oportet paulū totū qđ recipit vltra ſortē reſtituere petro vt vſurā. Probatur qꝛ nō totū qđ recipit eſt vſura. Nā ex q̄ id qđ accipit recipiat ꝑ vtroqꝫ. igitur receptum ꝑtim eſt receptum pro mutuaſſe τ partim ꝑ ſubijſſe ꝑiculum non receptum pro ſubijſſe periculū nō tenetur reſtituere. qꝛ licite illud recipit ſaltē in caſu q̄ licitū eſt recipe ꝑiculum ꝑ mercede. imo etiā ſi eſt caſus in q̄ peccat nō licꝫ ſuſcipiēdo ꝑiculū ꝑ mercede: adhuc licite recipit ſicut de mercede ꝓſtibuli dicitur. Sed receptū ꝑ mutuaſſe tenetur reſtituere petro.

ſentiret in detentionē ſortis ꝛ inuite eēt cre
ditor ciuitatis: peccaret peccato vſure ſi ra
tione mutui vellet quid habere vltra ſortē
mutataʒ. ſi ſaltē ſit ibi vera mutuatio vt
ip̄i ſupponūt. Uiceſimuſquartꝰ ē: quia
etiaʒ admiſſo ꝙ eſſet vera mutuatio. tn̄ ad

huc quartꝰ caſus poſſet licite fieri. q꞉ ſtaret
talē coactū paſſū eē indebitum itereſſe ad
q̄d m̄ refundēduʒ ciuitas eēt inuita. Nam
tūc q̄ntūcunqꝫ eſſet inuita ciuis poſſet pē-
ſionē recip̄e ꝓporcionatā tali itereſſe. vt in
reprobatione p̄mi modi dicendi dictū eſt
in q̄nto eius defectu. ꝛ hec de reprobatiōe
ſcd̄i modi dicendi.

**Tertius** modus dicendi ē quo ꝯſequenter ad ea q̄ di-
cta ſūt. q. xxxiij. videt̄ poſſe dici ꝓbabilit̄
ad q̄ſtionē ꝑ ſeptē ꝯcluſiones.

**Prima** concluſio. ciues ſponte p̄ ſtantes etiam ſi p̄ncipali-
ter ſpe lucri ſcʒ penſionū percipiendarū p̄-
ſtent nō peccant peccato vſure in p̄ſtando
nec in recipiendo penſiones. Et ita primꝰ
caſus quē p̄cedens opinio in ſua ſcd̄a con
cluſione reputauit illicitū: nō eſt illicitꝰ ſal
tē illa ſpecie peccati. ꝓbat̄ duabꝫ rationibꝫ
ꝛ duplici ꝯfirmatiōe. Prima ratio. quia ſi
peccaret pctō vſure opteret ꝙ p̄ſtatio eſſet
mutuatio. q꞉ pctm̄ vſure nō ē niſi i mutua
tione. ſʒ p̄ſtatio non ē mutuatio. q꞉ p̄ſtatio
illa fit irreuocabiliter: ita ꝙ ciues p̄ſtātes
nō poſſūt repetere ſortē p̄ſtitā. nec ciuitas
ē obligata reſtituere. Modo datio irreuo
cabilis etiā ſi vocet̄ mutuatio nō eſt vera
mutuatio. q꞉ irreuocabilitas facit ip̄m cō
tractū degenerare a ſubſtātia mutuatiōis
ꝛ trāſire i aliū ꝯtractū put ſup̄ declaratum
ꝛ ꝓbatū eſt. q. xxxiij. igit̄. Et ſi nō peccant
pctō vſure. tūc omnino nō peccāt. q꞉ nulla
alia ratio mouet ꝯtrariā opinionē ad tenē
dū ꝙ peccēt ꝙ̄ illa: q꞉ vt dicit mutuant ſpe
lucri. Scd̄o ſic Ciues non dicerēt̄ peccare
pctō vſure. ſi ip̄i etiaʒ p̄ncipaliter ſpe lucri
mori ſpōte emerent a ciuitate ius ꝑcipiēdi
tales pēſiōes annuas ꝛ traderēt irreuoca
biliter p̄ſtātias noīe p̄cij ꝓ hmōi iure renū
ciātes repetitioni p̄cij. ꝛ ciuitas haberet fa
cultatē redimēdi illud ius ꝓ eq̄li vl' minori
p̄cio. ita ꝙ ciues tenerēt̄ ciuitati ꝓ equali
vl' minori p̄cio reuēdere ip̄m ius ciuitati.
Nā tunc eſt pura emptio vnius redditus
annui ꝑpetui cum pacto retrouēdēdi q̄lis
emptio nō eſt vſura. ſed in ſe licita: vt pate
bit in tractatu q̄rto. Nec per hoc additur
reddit̄ talis emptio illicita ſcʒ ꝙ ſit princi-
paliter ſpe lucri. Et intelligo principali-
ter ſpe lucri in ꝓpoſito ſic. id eſt ꝙ emens

eſt allectꝰ principaliter ſpe annue penſiõis ⁊ amore eius. ſecus ſi pͥncipaliter ſpe lucri ſic ꝙ emens pͥncipaliter ideo emit vt reuēdat: ⁊ reuendendo lucref. Quãuis in emptiõne aliarum rerũ a redditibꝫ ſic ſit ꝙ vtroqꝫ modo intelligendo ſpem lucri pͥncipaliter non depꝛauaref emptio. qꝺ patet ſic. Naꝫ tunc emptiones omniũ illoꝝ qui ꝓpꝛie dicunf negociatores qui ſcꝫ emunt vt reuendant. ⁊ ſic vt lucrenf eſſent illicite. qꝺ ē falſum. qꝛ licitũ eſt eis emere vt lucrenf ordinando illud lucrũ in ſue ⁊ familie ſue educationē q̃tenus ſic viuere poſſint ad gl'iaꝫ dei. Modo ciues p̄dicto modo p̄ſtantes etiã nil aliud faciunt q̃ꝫ ꝙ celebrãt puram emptionē p̄dicto modo veſtitã. igif nõ cõmittũt peccatũ vſure. Quare aũt dicã ⁊ intelligo ſic. id eſt pͥncipaliter allecti ⁊c̄. patebit i tractatu q̃rto vbi dicef. An liceat redditus emere vt emens reuendat. ⁊ ſic reuēdendo lucref. dixi etiã notanter in ꝯcluſione: ſaltē illa ſpecie peccati ⁊c̄. qꝛ cũ illa p̄ſtatio in re nihil ſit niſi emptio redditꝰ. tunc ſicut emptio redditꝰ depꝛauaf. ita etiã p̄ſtatio depꝛauari poterit ex defectu circũſtantiarum: quaꝝ vna eſt quis. vt ſi ciuis ſpõte p̄ſtans non ſit de aliquo illoꝝ generuꝫ hominuꝫ quibꝫ licet de redditibꝫ viuere ꝑut i q̃rto tractatu dicef. Maioꝛ nota. Minoꝛ ꝓbatur ꝑ talem caſũ. Pono eni ꝙ ciuitati de p̄redijs poſſeſſionibꝫ ⁊ iuſtis pedagijs obueniũt ãnuatim mille floreñ. ⁊ ius illoꝝ mille pleno dominio ſpectet ad ciuitatem. et ex rationabili cauſa exponat ius q̇nquaginta taliũ florenoꝝ venditioni ipſi petro ciui ſuo. Petrꝰ itaqꝫ dicat. Ego emo a te ciuitate illud ius. l. floreñ. annuoꝝ pro mille floreñ. quos nomīe p̄cij irreuocabiliter trado tibi: data tibi facultate illõ ius quãdo placuerit redimēdi ꝑ equali vel minori p̄cio. Et ecõtra ciuitas dicat. ego tibi vẽdo tale ius. i talibꝫ. l. floreñ. meis annuatim ꝑcipiendis ⁊ recipio a te mille nomīe p̄cij irreuocabiliter mihi dati. ⁊ ſic ꝺ alijs clauſulis iam tactis In hoc inqꝫ caſu non dubitamus quin ciuis nihil aliud facit q̃ꝫ ꝙ celebrat contractum emptionis ⁊ tradit preciuꝫ mercis venditori. Pono poſtea ꝙ eadem ciuitas offerat ſe aſſignaturã idem ius ꝑcipiendi. l. floreñ. de predictꝫ ſuis obuentionibus Petro. ſi ſibi p̄ſtet vel mutuet mille. Petrus itaqꝫ dicat. Ego recipio a te illud ius ꝑcipiendi. l. floreñ. pro mille floreñ. quos tibi irreuocabilif mutuo. data tibi facultate ius quando placuerit redimendi ꝑ equali vel minori precio. ⁊ ecõtra ciuitas dicat. ⁊ ego aſſigno tibi tale ius pro eo ꝙ recipio mutuo a te mille irreuocabiliter. ⁊ ſic de alijs clauſulis tactis. tũc arguo ſic. Hic ſecũdus cõtractꝰ eſt idē ꝑ oia cum priori ſolis nominibꝫ vel vocibus diſtinctus ab eo. Naꝫ ꝑſone ꝯtrahentes ſũt eedem ac res ⁊ pecunie hincinde tradite et tranſlate vel aſſignate ſũt eedem ⁊ pacta ac obligationes cum quibus res et pecunie ſunt tranſlate ſunt eedem. igif contractꝰ ſũt ijdem. tenet cõſequentia. quia nunqꝫ cõtractus poſſint variari niſi aliqua ex illis iã enumeratꝫ varienf. Sola eni mutatio vocis ſi nihil mutatur in re non poteſt facere rerum variationeꝫ. al's eo ipſo ꝙ vocarem te angelum non eſſes idem homo qui prius. Confirmatur illa ꝓbatio ⁊ cõcluſio tripliciter. Primo nam quidã iuriſperitus ſcꝫ Johãnes de graſſis querit. aliquis ponit pecuniã ad impꝛeſtita venetiarũ vel ad montem florentie. ⁊ dicit licituꝫ eſſe cõtractum. ⁊ idem tenet hut. ⁊ cõmuniter canoniſte ſm eum. ⁊ angelus in. l. ſi tibi dotẽ ff. de pactis. ⁊ ibi fulgoſius. Naꝫ q̃uis regulariter dentur quinqꝫ ꝑ cẽtenario: tamē aliquãdo minꝰ. Preterea pͥncipalis pecunia nunqꝫ reddif: ſꝫ redditus habef. Et dicit determinatũ per collegiũ theologoꝝ ꝑiſiꝰ. ⁊ eſt vera opinio ſm euꝫ que ſeruatur. imo eccleſia habet redditus tales. Ex illis ſic arguitur. Ille doctoꝛ indiſtincte loquif de ponentibꝫ ad ĩpꝛeſtita et nõ de coacte p̄ſtãtibꝫ tm̃. imo ex modo loquẽdi loq̇tur de ſponte p̄ſtãtibus. quia dicit aliq̇s ponit pecuniaꝫ ⁊c̄. qui modus loquẽdi habet ſpecialiter locũ cũ de ſponte p̄ſtantibꝫ loq̇tur. Iteꝫ qꝛ ait redditus habef: volẽs ꝙ ponẽs habet ius emptum ex quo ꝑcipit annuas pẽſiones. Item qꝛ vult ꝙ eccleſia habet tales redditus. eccl'ia aũt eos q̄s habet ex emptione habet. igif vult ꝙ ciues p̄ſtãtes cẽſenf emere aliq̇d a ciuitate. Cõfirmaf ſcꝺo ꝑ baptiſtã in ſũma ſua in ꝟbo vſura ſcꝺo. q. xij. vbi tenet pꝰ Carbonē ꝙ nõ ē mutuatio ꝓpꝛia: q̄ñ mutuatoꝛ nõ p̄t repetere ſortē. ⁊ ꝙ in p̄dicto caſu nõ eſt mutuatio

nec vſura.ſed licitꝰ contractꝰ. Cõfirmaẗ tertio.qꝛ Panoꝛ.in diſputatiõe ſua que incipit Angerio.ĩ fine recitat Antho.de butrio tenere ꝙ licitũ ſit alicui emere ſpõte a ciue habẽte impreſtita ius qd ciuitas ciuibus ↄſtituerat. Tũc arguo ſic. Maioꝛ difficultas eſt de illo qui emit ius a ciue: ꝗ̃ d ciue cui imediate illud ius aſſignaẗ prout patet. quia etiam illi qui iuſtificant ꝑſtationem ciuis factam cũ intentione recipiẽdi penſionẽ non iuſtificant: ſed damnant illũ qui ſponte a tali ciue emeret. ꝗ̃uis in veritate ſm iam dicta nõ eſt maioꝛ difficultas de illo ſcdo emente ꝗ̃ d ꝑmo. ſicut non eſt maioꝛ difficultas de illo qui pꝛimo acquirit redditũ ꝑ emptionez: et de illo q̇ poſtea emit eum a pꝛimo. Ergo multo magis vel non minꝰ licitũ erit ſm euz etiã a pꝛincipio ꝑſtare pecuniam ob penſionem recipiendam. Item Panoꝛ. ibidẽ etiã tenet ꝙ ſit licitum. ꝛ ꝙ ibi non ſit mutuatio. et hoc ex illo fundamẽto: quia ciuis dat pecuniã irrepetibiliter. ꝛ ſic ſm euz irrepetibilitas obſtat ſubſtantie mutui. Et hoc idez ſentit in eadez diſputatione poſt pꝛincipiũ ꝑmi membꝛi quarti dubij. Et ſimilẽ ſententiaz ponit in.c.in ciuitate.

Scda cõcluſio ĩter quattuoꝛ caſus ſcdẽ concluſionis ſcdi modi dicendi tres vltimi q̃s idem modus dicẽdi reputauit illicitos: ſũt liciti. ꝓbaẗ dupliciter. Pꝛimo ſic. qꝛ pꝛimꝰ caſus eiuſdẽ concluſionis ẽ licitꝰ vt ꝓbat ꝑcedens ↄcluſio. igiẗ etiaz alij tres. tenet ↄſequẽtia reſpectu ꝑmo a minoꝛi. qꝛ minꝰ videreẗ ꝙ ꝑmꝰ eſſet licitus ꝗ̃ ꝙ alij tres eſſent liciti vt patz intuenti ſcdm modũ dicendi ꝛ eiꝰ motiuũ et fundamentũ. Scdo tenet: qꝛ ratio fundamentalis ꝓpter quã illi tres viderenẗ illiciti eſt falſa ſcꝫ ꝙ ĩ illis caſibus ſit mutuatio Nam ſicut in ꝑmo caſu oſtenſũ eſt nõ eſſe mutuationẽ ſic nec ĩ alijs tribꝰ erit mutuatio. ꝛ tñ tota ratio cur deberẽt eẽ illiciti eẽt qꝛ eſſent vſurarij. ꝛ vſura non põt eẽ niſi ĩ mutuo implicito vel explicito. Et ſic ſeq̇ẗ correlariũ ꝙ oẽs caſus quos ſcds modus reputauit illicitos ſunt liciti. Et ſi arguas: emptio non eſt ſine ↄſenſu. igiẗ ſi ciues coguntẽ ꝑſtare non emũt. Dicẽduz ꝙ emptio põt eſſe cũ cõſenſu mixto ex volũtario ꝛ involũtario. nec ꝑdicta coactio q̃ tñ eſt ↄditionalis excludit talem ↄſenſum.

Tertia concluſio. omnes q̇nq; caſus q̃s ſcds modus dicẽdi in ſua ꝑma ↄcluſione reputauit licitos ſũt liciti. Attamẽ alia via iuſtificanẗ ꝑ tertiũ modũ dicendi q̃ fuerint iuſtificati ꝑ ſcdm Pꝛima ps ↄcluſionis ꝓbatur dupliciter. Pꝛimo a minoꝛi: qꝛ q̃ttuoꝛ caſus ſcdẽ concluſionis eiuſdẽ ſcdi modi dicẽdi ſũt reputãdi liciti vt ꝓbatũ eſt. ꝛ tñ minꝰ videreẗ id de eis q̃ de q̇nq; caſibꝰ ꝑme ↄcluſiõis eiuſdem vt patz. qꝛ ſcds modus dicẽdi ↄdẽnat illos q̃ttuoꝛ ꝛ alios q̇nq; iuſtificat. Scdo ꝓbaẗ de talibꝰ q̇nq; ꝑ vnicã rõnez. cuiꝰ maioꝛ habet quinq; clauſulas ſub diſiũctiõe poſitas. ꝛ hᷣ correſpõdenẗ ad quinq; caſus huiꝰ ↄcluſiõis. ꝛ ẽ talis. Ille q̇ a potẽte vẽdere emit rem ꝓ ꝑcio qd eſt eq̄le merci: vel ſi eſt inequale ei tñ non ẽ minꝰ ea ſꝫ maius nõ peccat emendo talẽ rem nec peccat ꝑcipiendo vel volẽdo ꝑcipe fructꝰ illiꝰ rei empte. etiã ſi exceſſuri ſũt fructꝰ ꝑciũ traditũ ꝛ hᷣ ſiue ſit coactꝰ eã emere ſiue ſpõte emat nulla ſpe lucri motꝰ ſiue ſpõte emat ſecundario tñ motꝰ ſpe lucri. etiaz ſi eo citiꝰ tradat ꝑciũ vt ↄſeq̇ẗ illd lucꝝ cuiꝰ ſpe ſcdario ẽ motꝰ ſiue etiã cũ coactꝰ emit. ꝛ etiã eo citius tradit ꝑciũ vt ↄſeq̇tur illd lucꝝ cuiꝰ ſpe ſcdario ẽ motꝰ ſiue etiaz cum coactꝰ emit: ꝛ etiã eo citiꝰ tradit ꝑciũ vt ↄſeq̇ẗ lucꝝ. Modo cuiuis ꝑſtãs aliq̇ illoꝝ q̇nq; modoꝝ facit id qd ꝑdicta maioꝛ dicit ſm q̇nq; eius mẽbꝛa correſpõdẽtia ꝑdictꝭ q̇nq; caſibus. igiẗ ꝑdicti q̇nq; caſus nõ ſũt illiciti. Maioꝛ nota. qꝛ ꝗ̃uis emptoꝛi ſit illicitũ dare vẽditoꝛi nimis puũ ꝑciũ tñ non ẽ emptoꝛi illicitũ dare ꝑciũ maiꝰ merce. qꝛ illd in q̃ ẽ maiꝰ merce põt donare vẽditoꝛi ſi ſaltẽ emptoꝛ habet plenã ãminiſtrationẽ reꝝ ſuaꝝ ꝛ nõ ex ꝓdigalitate. ſꝫ ex liberalitate dat illud plꝰ. Vñ emẽs ñ peccabit dãdo nimis magnũ ꝑciũ. An aũt vẽdẽs illd recipiẽdo excuſeẗ patebit ĩ ſeptia ↄcluſione. Silr ſi ĩtendit emẽs ꝑcipe fructꝰ rei empte etiã tanto tpe ꝙ fructus plus valebunt ꝗ̃ ꝑcium nõ peccat. Alioq̇n emens vineã ꝓ centũ ꝛ intendens eã retinere ꝛ eius fructus ꝑcipe decẽ annis in q̇bꝰ ꝑcipet vinum in valore centuz ꝛ.xx. floreñ. peccaret: qd eſt falſũ. ꝑcipit eñi de re ſua. ꝛ poteſt nihilominꝰ eam vendere ꝓ ꝑcio pꝛioꝛi ſuppoſita equalitꝰ

bonitate. Secūda pars cōcluſionis ꝓbat̃
q: via iuſtificandi eos in tertio modo ē ꝑ
hoc ꝙ dicimꝰ ibi non eſſe mutuationē ſed
emptionem. Secūdus aūt modus dicēdi
iuſtificauit eos alia via etiā tenendo ꝙ ibi
ſit mutuatio. igit̃.

**Quarta** concluſio. ſi ciui p̄ſtanti
centū ciuitas daret pen'
ſionem maiorē q̄ȝ q̄nqȝ. ſtaret ꝙ ciuis dan
do centū ſpe recipiendi quinqȝ non pecca
rent p̄ſtādo nec etiam recipiēdo talē pēſio
nem. ſtaret etiam oppoſituȝ ſcȝ ꝙ peccaret.
Prima ps ꝓbat̃: q: ex quo nūq̄ȝ rehabe
bit ſortem integraliter. ſed dūtaxat quādo
ſibi reſtituet̃ rehabebit. xxviij. ꝑ cētū. ideo
ꝑinde eſt ac ſi daret centū. ⁊ notabiliter vl
tra ꝓ iure ꝑcipiendi annuā penſionem vel
redditū. Modo dans alicui ꝑuato cētū ⁊
notabiliter vltra nomīe p̄cij ꝓ iure ꝑcipiē-
di annuā penſiōeȝ ab eo poſſet ab eo habe
re q̄nqȝ floreñ. ⁊ notabiliter vltra. ⁊ hoc li-
cite. igit̃ ideȝ q̇s poterit licite recipe a ciui
tate cui tātū preciuȝ dediſſȝ. Maior ꝓbat̃.
q: ſi q̇s daret centū alicui ꝑuato ꝓ iure ꝑ-
cipiēdi annuā penſionē ab eo. vel redditū
cū pacto retrouēdendi: recipiēs obligaret̃
ad hoc vt q̄ñ vellet redimere ius p̄dictū co
geret̃ dare totidē ſcȝ cētū. ⁊ ita q̄ñ redimēs
non cogit̃ dare niſi. xxviij. in notabili valo
re minꝰ dat in redēptiōe q̄ȝ de cōmuni cur
ſu dare cōſueuit redimēs. ideo primꝰ emēs
cenſet̃ notabiliter plꝰ dare q̄ȝ centum ꝓ iu-
re q̄nqȝ floreñ. igitur nimirū ꝙ notabiliter
etiam plꝰ poterit inde ꝑcipe ſcȝ tantū q̄ntū
in redditibꝫ importare poſſet illud plꝰ qđ
ipe cenſet̃ vltra centū dare. Caſus aūt in q̄
prima pars cōtingeret vel haberet locum
eſſet q̄ñ ciuis p̄ſtaret ciuitati centū eo tpe
⁊ caſu in q̄ ciuis non teneret̃ ciuitati ad p̄-
ſtantiā: eo ꝙ ciuitas tūc non eſſet preſſa ta
li neceſſitate ꝓpter quā licite poſſet ciuitas
imponere talem p̄ſtantiā nec ciuis aliqđ i
tereſſe inde ſequens ſubire teneret̃. Se
cūda ps ꝓbat̃: q: ſtaret ꝙ ciuis teneret̃ ad
talem p̄ſtantiā in q̄ ſcȝ p̄ſtat centū ⁊ notabi
liter vltra: teneret̃ inq̄ȝ adeo ꝙ etiam d illo
qđ notabiliter vltra p̄ſtare teneret̃ nō poſ-
ſet licite velle ꝑ moduȝ exactionis habere
aliquid. imo teneret̃ illud abſoluta datiōe
dare ſine relatiōe ad aliquā penſionē. Nā
tūc non poſſet aliq̇d vltra q̄nqȝ ꝑcipe a ci-
uitate: niſi ciuitate illud liberaliter ei donā
te. non aūt exigendo ab ea. Item etiā ſcđa
pars eſt vera in caſu quo nō teneret̃ ciuis
talē p̄ſtantiaȝ. ⁊ tamen exceſſus penſionis
eſſet nimiꝰ. vt ſi de centuȝ recipet. xx. ānua
tim. Nam tūc emiſſet ꝑ minori ⁊ diminu
to precio mercē exceſſiuā qđ eſt cōtra iuſti
ciam cōmutatiuam.

**Quinta** cōcluſio. q̄ȝuis ſi teneremus ꝙ p̄ſtatio ciuiū eēt
vera mutuatio adhuc aliqui ciues poſſet
aliq̄liter excuſari. non tamē ita vniuerſa-
liter ſicut tenendo ꝙ non ſit mutuatio ſed
emptio. ⁊ multo plura req̇rerent̃ ad eoruȝ
iuſtificationē q̄ȝ tenendo ꝙ non ſit mutua-
tio: ita ꝙ difficiliꝰ eſt ciues iuſtificare per
ſcđm q̄ȝ ꝑ tertiū modū dicendi. Hec cōclu
ſio habet tres ꝑtes. Prima ps ꝓbatur.
q: ciues tam coacte q̄ȝ ſponte p̄ſtātes poſ-
ſent excuſari ꝑ hoc ꝙ reciperēt pēſiones ꝓ
refuſione intereſſe qđ fuerūt ꝑpeſſi cū ꝑpe
ti non tenerent̃. Et ſi nullū itereſſe eſſent ꝑ
peſſi poſſent excuſari q̄ñ recipent eas per
modū donorū cū ꝓbabili ꝯſcientia ꝙ ciui
tas ſic eis eas daret. Scđa ps ꝓbat̃: q:
nec omnes illi q̇ in q̄ttuor caſibꝫ ſcđe ꝯclu
ſionis p̄cedētis modi dicēdi cōmemorant̃
poſſent excuſari vt patuit ibidē: q̄ tn̄ oēs
poſſunt excuſari ꝑ tertiū modū dicendi. et
ita ciues nō ita vniuerſaliter poſſūt excu-
ſari ſicut ꝑ tertiū modū. Tertia ps ꝓba
tur. q: ad hoc ꝙ ciues ꝑ viā ſcđi modi dicē
di poſſent excuſari: vt puta gr̄a exempli ra-
tione intereſſe. oꝑteret req̇ri oēs illas ſe
ptem circūſtātias que tacte ſunt ſup: a. q.
xxx. Similiter gr̄a exempli ſi per donatio
nem deberēt excuſari req̇rerent̃ ille ꝯditio
nes q̄ tacte ſūt. q. xxix. ⁊ ſi vna deficeret nō
excuſarent̃. tales aūt non oportet req̇ri q̄ñ
tenet̃ vt tertiꝰ modus dicendi ponit ſcȝ ꝙ
ſit emptio vel traditio p̄cij: vnde etiā mul-
tiplex defectuoſitas ſcđi modi dicēdi in iu
ſtificando ciues: patuit in eiꝰ reprobatiōe
in. xxij. p̄mis defectibꝫ.

**Sexta** ꝯcluſio. tenēdo ꝙ p̄ſtatio
ſit emptio: minor difficultas ē iuſtificandi
ciues q̄ȝ ciuitatē. ſȝ tenendo oppoſitū ſcȝ ꝙ
nō ſit emptio ſed mutuatio: minor difficul
tas ē iuſtificandi ciuitatē q̄ȝ ciues. Prima
pars probatur. quia tenēdo ꝙ ſit emptio
ciues nihil faciūt niſi ꝙ dant exceſſiuū ꝑ-

cium ꝑ merce. de hoc autem citius poſſũt excuſari ciues dantes ꝗ̃ ciuitas recipiens igitur. Secũda ps ꝓbat. quia quando eſt mutuatio: ciuitas eſt mutuataria: ⁊ ſol‑ uit vltra ſortem ⁊ ciues recipiunt vltra ſor tem. modo mutuatarius poteſt citius ex‑ cuſari quãdo dat aliq̃d vltra ſortem ꝗ̃ mu tuator recipiens incrementum. Reſtat igi tur nunc videre de iuſticia ciuitatis. ⁊ hoc ſiue teneatur ꝙ ſit emptio ſiue ꝙ ſit mutua

Septima conclusio. te (tio. nendo ꝙ ſit emptio ſtat ꝙ ciuitas non peccet recipiendo nomi ne precij centum a ciue pro iure percipien di annuatim quinq̃ tanq̃ pro merce non obſtante ꝙ centuz ſunt nimis magnũ pre‑ cium pro tali merce ſuppoſitis circũſtan‑ tijs illius cõtractus que tacte ſunt in q̃ſtio ne precedenti: ſtat etiam ꝙ peccet. Si aũt teneatur ꝙ ſit mutuatio poteſt ciuitas etiã quãdoq̃ excuſari ⁊ quãdoq̃ non. Prima pars probat. quia ꝗ̃uis centum ſint ꝓcliũ nimis magnum ſaltẽ ſuppoſitis circũſtan tijs cõtractus. tamẽ ſignetur illud ĩ quo ex cedit ꝓcium valorem mercis: quero an ne ſtare poſſit ꝙ ciuitas ſit in tali neceſſitate conſtituta ꝙ ciuis teneretur tantũdem da re ciuitati abſoluta datiõe. id eſt ſine aſſig‑ natione cuiuſcũq̃ penſionis: ⁊ patet ꝙ eſt poſſibilis caſus. igitur ciuitas põt tãtũdẽ ab eo exigere in venditione ſine iniuria ci‑ uis. ⁊ tunc exiget non in ratione precij. ſed in ratiõe tallie: ꝗ̃uis illa exactio fiat inter vendendũ ⁊ emendũ. Secũda ps pro batur. quia ſi ciuitas nõ indigeret illo plu ri vel exceſſu ſignato nec licite poſſet illud plus impoſuiſſe ciui per modũ tallie: pec‑ cat mortaliter cogendo ciuem ad emendũ ab ea pro exceſſiuo precio mercẽ ſic dimi‑ nutam. ⁊ tenet ad reſtitutionez illꝰ pluris. Si autem ciuis propria ſponte ⁊ ex certa ſciẽtia daret illud plꝰ excedens ꝓportionez precij ciuitati: etiam in caſu quo non indi‑ geret ciuitas eo itez non peccaret ciuitas recipiendo precium pro tali merce: quia ciuis ex q̃ ſponte ⁊ ex certa ſcientia ſcʒ ſciẽs ꝙ ſit precium nimis magnum dedit exceſ‑ ſum donauit eũ ciuitati. Unde emptori in duſtrioſo ⁊ ſciẽti precium eſſe nimis mag‑ num non fit iniuria ſi a tali volente ⁊ ſcien te recipit exceſſiuum preciũ: niſi emptor id ex prodigalitate ageret. ſecus ſi ex liberali tate que ẽ virtus: vtputa quãdo ille ciuis dat ciuitati ĩ bonum finem. ⁊ ciuitati bene vtẽti ſuis bonis ⁊ ex amicicia ad ciuitatez ⁊ huiuſmodi. Tertia pars ⁊ quarta ꝓ‑ bant. quia tunc ciuitas eſt mutuataria re‑ ſpectu ciuis. modo ſtat ꝙ mutuatariꝰ non peccat recipiẽdo ſortem. ⁊ dando incremẽ tum vel vſuram ſcʒ ſeruatis conditionibꝰ de quibꝰ patebit in. q. xlvij. Stat etiam ꝙ peccet ſcʒ ſi defecerit aliqua conditionuz. igitur. Et hec de iuſtificatione tam ciuiuz ꝗ̃ ciuitatis ſint dicta. Attamẽ nota ꝙ ꝓ accidens põt ↄtingere ꝙ ciuis peccat ꝓſtã do ciuitati et recipiẽdo ab ea pẽſiones: vt puta ſi ciuis crederet iſta duo copulatim ſcʒ ꝙ vt verba ſonant illa ꝓſtatio eſſet mu tuatio. et ꝙ indiſtincte nũq̃ liceret mutu‑ anti vltra ſortem quid recipere. De h̃ vide etiam ſupra. q. xxxiij. Item ſi ciuis ita affe‑ ctus eſſet ad illuz contractũ ꝙ etiaz ſi ſciret eum eſſe vſurarium adhuc vellet eum face re. vel ſi in dubio ꝓbabili vel equilibri eẽt an eſſet licitus. ſed illa accidentalia etiã cir ca ↄtractꝰ ĩ ſe indubitatos poſſũt accidere ideo nihil cõtra determinationẽ q̃ſtionis.

Cõſequenter reſpõdẽduz eſt argumẽ‑ tis eorũ q̃ tenent contrariũ ꝓme cõcluſio‑ nis. ⁊ ex ↄſequenti etiã ſcdẽ cõcluſionis in tẽdentes improbare ↄcluſionẽ primã.

Primo arguit ſic. Omis mutua‑ tio principaliter ſpe lucri facta eſt vſuraria. Luc. vj. Et extra de vſu‑ ris. c. cõſuluit. etiam ſi nulla de hoc fiat pa ctio. ſed ſola intentio ſit. ⁊ hoc ſiue ꝓcedẽs ſiue cõcomitans: ſiue ſubſequens mutua‑ tionem. Modo ꝓdicta preſtatio eſt mutu atio: vt ptʒ tã ex vſu loquendi ciuiũ ꝗ̃ ciui tatis. igitur quãdo fit principaliter ſpe lu‑ cri erit vſuraria. Et confirmat. ſi quis mu tuaret ꝓuato peccaret peccato vſure ⁊ mor taliter ſi intenderet lucrum cõſequi ex mu‑ tuo. ita ꝙ illud ꝓncipaliter eum mouiſſet igit multo magis ſi quis illõ facit cõmu‑ nitati vł ciuitati motꝰ principaliter lucro. tenet ↄſequẽtia. q: caſus antecedẽtis ẽ pec catũ ĩ ꝓrimũ ꝓuatũ. caſus aũt cõſequẽtꝭ ẽ pctm̃ ĩ ꝓrimũ publicũ. ⁊ magis peccat bõ peccãdo ↄtra bonum publicum ꝗ̃ ꝓuatũ co ꝙ bonum q̃nto eſt cõmunius tãto di‑

uinis. Dicendū maioꝛ eſt vera. ſed minoꝛ ē neganda. non eſt enim mutuatio vera: ſed emptio vel traditio pꝛecij. nec ſequitur. illa pſtatio vocitatur mutuatio. igitur ē talis vt patet ex deductis in .q. xxxiij. Et ſi repliceſ. ciuis nō intendit emere: quia neſcit ꝙ ibi eſt emptio cum etiā doctiſſimi nō crediderint ibi eſſe emptionem. igiť non facit contractū emptionis. dicendū. non ſequiť patet in ſimili. ſi q̇s non intendit ꝙ reſultare debeat domus ex ꝯiunctione parietum fundamenti ⁊ tecti: tamē nihilominꝰ ſi cōiungit illa: dicit efficere domū. Jta cum h ciuis cōſentiat ꝙ ſuum pꝛeciū numeratū fiat ciuitatis: ⁊ ius pcipiendi a ciuitate annuam penſionē fiat ſuū: coniungit omnia ſubſtātialia emptionis. igiť efficit emptionem. Sed contra: ciuitas nō dat ſibi illud ius nec annuam penſionē niſi vt intereſſe vel donū. ⁊ etiā vult ꝙ debeat illo animo recipe quo ſibi ciuitas dat. modo non pōt q̇s cenſeri emere q̇d niſi alius illō ſibi animo vendendi det. opoꝛtet eni ꝙ emptiōi coꝛreſpōdeat vēditio cum ſint coꝛrelatiua ſicut non pōt filꝰ eſſe ſine patre. aut econtra. Dicēdū ꝙ ciuitas habitu ē illꝰ intentionis ꝙ ſi emptio ⁊ vēditio haberent ibi locum ꝙ vellet illud ius vt mercē aſſignare ciui: quia aūt illō latet ciuitatē. ideo ita ſtatuerūt quatenꝰ aſſecurent ciues. ſicut ſi q̇s neſciat. xxvij. eſſe ter nouē: dicit alicui non dabo tibi niſi. xxvij. ⁊ nō vult ſibi dare ter nouē. qꝛ credit ꝙ ter nouē ſint plā q̄. xxvij.

**Scdo** arguitur. accipe aliq̇d de eo qō non eſt ſuū eſt peccatum ſed ciues recipiūt penſiones de pecunijs qs pſtiterunt ciuitati q̄ pecunie poſt pſtationem nō ſūt ciuiū ſed ciuitatis: eo ꝙ trāſtulerūt eas in dominiū ciuitatis. igiť peccant recipiendo pēſiones. Dicēdū minoꝛ ē falſa. recipiūt eni eas de iure qō emerūt p pecunias pſtitas: ⁊ ſic de re ſua pcipiunt: quia illud ius eſt ciuiū ⁊ penſiones ſūt vt fructꝰ illꝰ iuris qō eſt tanꝗ̄ arboꝛ fūdata in pꝛuentibꝫ ciuitatis.

**Tertio** arguitur. velle habere fructum de re non fructifera eſt illicitum. ſed pecunia quā ciues pſtant ciuitati eſt res nō fructifera: de qua tamē volunt habere ciues fructum ſcʒ penſionē igiť dicendū minoꝛ eſt falſa p ſcōa parte. Nam non volunt pēſiones habere de pecunia quā pſtiterunt. ſed ō iure qō emerūt per illam. Etiā minoꝛ p pꝛima parte nō ē vera ſimpliciter vt concedit is qui facit illud argumētū: ſcʒ ſanctꝰ Bernardinꝰ. Nā pecunia cū induſtria eſt fructifera. ⁊ ſic eſt fructifera ſicut domus q̄ ſe ſola nō fructificat.

**Quarto** arguitur. ſi q̇s libere pſtaret ſup vinea centum: ⁊ deductis expenſis haberet ex ea annuatim decē: tūc elapſis decem ānis nihil poſſet vltra recipe. quia re haberet ſoꝛtē ⁊ ſi intendiſſet quid vltra recipe vl̄ adhuc intenderet eſſet vſurarius. igiť etiā pdicti ciues eſſent vſurarij intendēdo penſiones recipe donec excedant ſoꝛtem. Dicendū ꝙ antecedens eſt verū quādo pſtat reuocabiliter ſic ꝙ recipiēs centū teneť reſtituere pſtanti centū. ⁊ vinea ē verum pignus ſubſtans periculo recipiēns centū non pſtantis. ⁊ ſic non eſt ſimile ō ꝯſequēti. quia pſtatio in ꝯſequēn fit irreuocabiliter. ⁊ res ſup quā pſtat: ſtat periculo pſtantis. quia dat pſtantiā p iure penſionū quod eſt fundatum i iuribꝫ ciuitatis que iura ſi extinguerētur vel perirēt. etiam ius periſſet cui pꝛeſtanti.

**Quinto** arguiť. dubitans vel rationabiliter debens dubitare de aliquo actu an ſit peccatū moꝛtale ſcʒ vſure vel non: peccat moꝛtaliter ſi eū facit. ſed ciues pdicto modo pſtantes dubitant vel rationabiliter dubitare debent an pſtatio eoꝛum ſit mutuatio vſuraria et ſic moꝛtalis vel non. igiť peccāt moꝛtaliter pꝛeſtādo. Maioꝛ pꝛobať: quia talis exponit ſalutem ſuam periculo: modo amans periculū peribit in illo. ⁊ etiam qꝛ exponēdo ſe periculo deſpicit ſalutē ſuā. ⁊ ſic non ſeruat charitatē ad ſeipm. Minoꝛ pbatur qꝛ docti viri tenēt ꝯtrarias ſniās. igiť rationabiliter habent illitterati dubitare an illa vel alia ſentētia ſit vera. Dicendū dato ꝙ argumentū ꝯcluderet ꝙ peccarēt ciues nō tn̄ ꝯcluderet ꝙ de p ſe ſcʒ rōne cōtractꝰ peccarēt. ſʒ tn̄ ratione illius ꝙ facerent ꝯ ꝯſcientiā vel ꝙ exponerēt ſe piculo. et hoc pōt ꝯtingere etiā in ꝯtractibꝫ vel alijs actibus etiā licitis. ⁊ de q̇bꝫ certū eſt ꝙ ſūt liciti. ideo nihil cōtra nos q̇ loq̇mur de ꝯtractu i ſe an ſit licitus vel ne. Et de ciuibꝫ an

ratiõe ɔtract⁹ peccet vel nõ. Scdo dicēdū ꝙ maior nõ eſt vera de dubio in probabili ſeu leui. Naz ſtat ꝙ aliqs ꝓbabiliter credat aliquē actū eſſe licitū, ⁊ tñ aliqualiter trepidet timēs ne forte ſit illicitus ⁊ tñ in tali trepidatiõe agēdo eū nõ peccat mortaliter eo ꝙ magis declinat ad oppoſitū credēdo eū licitū. Sz maior ē vera de dubio ꝓbabili ſcz vbi magis credit ꝙ actus ſit illicit⁹ ꝙ ſit licitus, ⁊ etiaz de dubio equilibri ſcz vbi nõ plus credit vnuz ꝗ̄ alterꝫ. Modo in ꝓpoſito ſtat ꝙ ciuis ꝓbabiliter adhereat opinioni dicētū ɔtractū ꝑdictuz eſſe licitū ꝙ etiā eſt vera. igit̃ talis nõ peccabit. Et ſi arguas. opinio dānans illū ɔtractum videt̃ oīb⁹ aut pluribꝫ. ꝗ̄ eſt ꝓbabilis et pmo topicoꝝ. igit̃ agens ɔtra eaz agit cõtra ꝓbabilē opinionē. ꝗ̄ ꝓbabili ꝑiculo ſe exponit. dicendū argumētū ɔcluderet ſi apud agentē ɔtra illā opinionē eēt ꝓbabilis modo ħ nõ optet. ſed põt eē apud eum improbabilis. ſz de ħ latius in q̄ſtione centeſima ⁊ vltima.

Sexto arguit̃. ille cõtract⁹ quē papa diffinit eſſe vſurariū eſt vſurari⁹. ſed ꝑdicta ꝓſtatio ē huiuſmodi. Minor ꝓbat̃. Na ſanct⁹ Bernardin⁹ dicit ſe legiſſe i q̄rto ſuper ſnias dñi Swilbet mi õ cremonā ꝓ ipa pleſis ꝙ cū q̄daz vir ꝑdiues ⁊ i pecunia potēs ꝑdicto modo intēderet ponere quādā pecunie q̄ntitatē i vna ꝑdictaruz dinarū triū ſcz de q̄b⁹ ꝑcedēs q̄ſtio ſonat p elemoſynis in ꝑpetuū diſpēſandis habito a ꝑdicto dño Swilb. ob cauſā illius de b ꝓſilio: factaq; de ꝑfata materia inõtis et impſitoꝝ in florenti ſtudio papīēſi diligēti diſcuſſione cum materia ꝓpter cõtrarias opiniones adhuc dubia remaneret occurrentib⁹ aliqs cauſis miſſus ē antedict⁹ dñs Swilbem⁹ ad papā Urbanū ſextū vt ambaſiator: tūc i Janua cõmorantē: rogauit igit ei ꝑfat⁹ diues inſtāter ꝙ de ꝑdicta materia ɔſuleret papā. eiq; de ſua intētiõe circa ꝓpoſitiões dicte pecunie ꝓ elemoſinis diſpēſādis ꝓpoſitū reuelaret. Cui papa reſpõdit ꝙ bñ faceret de tali caſu euz ɔſulere eo ꝙ caſus arduus eēt. aſſeruitq; eū eē vſurariū. ꝑdicta aūt dicit ſāct⁹ Bernardin⁹ ſe legiſſe i libro ꝓprio quē ipe compoſuit. ⁊ in mõte reliqt. Cū igit̃ papa eēt ꝑitiſſim⁹ ſatis ꝑderāda ē reſpõſio ⁊ ſua ſnīa. dicēduz ꝙ maior eſt vera de illo ɔtractu quē papa vt papa ſeu auctoritate papali diffinit eſſe vſurariuz. nõ aūt de eo quē papa vt ꝑuat⁹ magiſtraliter ⁊ ſcholaſtice determinat eſſe vſurariū. Modo nõdū ɔſtat ꝙ ꝑdictus Urban⁹ auctoritate papali determinauerit et diffiniuerit eū eē vſurariū. Scdo etiaz dicēdū ꝙ tpe illius Urbani ſexti cepit illud magnū ſciſma qd durauerit. xl. ānis vl' circiter qd tādem extinctū fuit i ɔcilio cõſtātienſi. et tpe einſdē Urbani ſexti etiā q̄daz ali⁹ fuit in papā elect⁹ ſcz Clemēs. vij. ideo ſicut dubitat̃ q̄s eoꝝ fuerit legitim⁹ papa: ſic etiam allegatio ſue determinatiõis erit ſup dubio fūdata. ꝑterea ex q̄ oſtenſū ē ꝑdictum ɔtractū eē emptionē reddit⁹ redimibilis. ⁊ papa Martin⁹ atq; Calixt⁹ poſtea determinauerūt ſolēniter deſup bullis editis talē emptionē eē licitā. igit̃ pl⁹ illi determinationi ſtandū ē.

Septimo arguit̃. Si eēt ɔtractus licit⁹ maxie ꝑꝑ rõnes q̄s faciūt tenentes eū eē licitū. ſz hoc nõ vt ptz eas recitando ⁊ ſoluēdo eaſdē put illas ponit ⁊ ſoluit ſanct⁹ Bernardin⁹. Dicēdū ꝙ nõ oēs rationes q̄ adducūt̃ a tenētib⁹ eū eē licitū. ſz ille q̄ ſup ſūt adducte ꝑ tertiū moduz dicēdi cēſent̃ valide. Ille aūt q̄ recitātur a ſancto Bernardino nõ ſūt valide. Attñ qꝛ ſanct⁹ Bernardin⁹ aliq̄s eaꝝ min⁹ bñ ſoluit. ideo vt illaꝝ rationū ⁊ ſolutionū valor ⁊ inualiditas appareat. ħ recitabo eas. Prima ratio ſupponit ꝙ cõtingit eum q̄ libere ꝑſtat pati itereſſe vel damnū ex ꝑſtātia. Tūc arguit̃ ſic. ꝑſtās libere ſup montem poteſt licite ſe ſuare indemnē. igit̃ libere preſtans poterit vltra ſortē ꝑcipe penſionē ꝓ illius intereſſe refuſione. tenet ɔſequētia. qꝛ ex illa cauſa licet eo acte ꝑſtanti recipe pēſiõez. Rñdet ſanct⁹ Bernardin⁹ dicens. ɔcedo antecedēs ⁊ nego ɔſequētiā. qm̄ ſi vult ſeruari indemnis nõ mutuet cõmunitati pecuniā ſuā. ſed ſibi retineat. ⁊ ſic ſe ſuabit indēnē. ſed ſi libere mutuet: nihil recipiat vltra ſortē. qꝛ aliter agit cõtra dictum chriſti Luc. vj. Mutuum date nihil inde ſperantes. hec ille. Et ſic vult ꝙ q̄uis ſpõte preſtans poſſit ſe ſeruare indemnem non tamen ſequitur: ergo quacunq; via voluerit poterit ſe ſeruare indemnem. quia non illa via ſcz recipiendi pēſionē. Nā alia via ſibi

ſubeſt ſcʒ retinẽdo pecuniaʒ exq̄ non cogit̄
eā p̄ſtare.ſecus de coacte preſtante cui alia
via nō ſubeſt qua ſe ſeruet indemnem niſi
recipiẽdo pẽſionem. Eo φ non poteſt eua
dere coactionē.nec etiaʒ cum coact⁹ eſt pōt
cogere ciuitatē ad ſibi ſatiſfaciendū de dā
no. Sʒ hec reſpōſio deficit dupliciꝫ. Pri-
mo qꝛ aut ſolutio loq̄t̄ de ſpōte p̄ſtāte mo
to p̄ncipaliter ſpe lucri:aut de ſpōte p̄ſtāte
nō ſic moto. Si ſcd̄m tūc pretēdit q̄ſi tali
nō liceret recipe penſionē qd̄ ē falſū.ꝛ etiā
eius ꝯtrariū ȝ met dicit vt patuit in prima
ꝯcluſiōe. Nā talis nō ſolū rōne īteresse(ſi
qd̄ ꝑpeſſus ē) pōt recipe pẽſionē. ſed etiaʒ
noīe doni. Itē ſi ſolutio de illo loq̄ret̄ tunc
ꝑ ſuū dictū ꝑcluderet̄ alicui op⁹ pietatis.
Nā ſi q̄s nō teneat̄ ex p̄cepto ſuccurrere ci
uitati.ſʒ tm̄ de cōſilio.ꝛ vellet ex pietate ei
ſuccurrere.ꝛ tm̄ cū hoc ſuare ſe indēnē nō
poſſet ille ſalua ſua indēnitate p̄ſtare ciui-
tati ex tali pietate.qꝛ nō poſſet ſe ſuare in-
demnem niſi ſortē retinẽdo ſibi.cui⁹ tm̄ con
trariū ſatꝫ patuit ſupra.q.xxx.ꝛ etiā ſanct⁹
Bernardin⁹ met tenet ꝯtrariū i exēplo ha-
bito circa ꝓbationē ſextā: de p̄mo caſu p̄-
me ꝯcluſionis. Si p̄mū ſicut deberet d il
lo loqui.qꝛ de illo tm̄ debet ꝓcedere argu
mentū.qꝛ argumētū ꝓbare nitit̄ φ ſponte
p̄ſtās p̄ncipaliter ſpe lucri non peccat reci
piẽdo pẽſiones. tūc deficit in h̄:qꝛ non eēt
opus illi argumēto reſpōdere eo φ non ꝓ
cedit de ſpōte p̄ſtante p̄ncipaliter ſpe lucri
Nā ſi ille de quo argumētū ſonat p̄ſtaret
p̄ncipaliter ſpe lucri.ḡ p̄ſtādo nō cōijcit ſe
paſſurū intereſſe.ſʒ potius cōijcit ſe vita-
turū intereſſe ꝛ aſſecuturū lucrū. ideo non
habet talis frontē dicendi ſe rōne intereſſe
recipe ſi p̄ſtat p̄ncipaliter ſpe lucri. Naʒ q̄
rōne intereſſe vult aliq̄d recipe.taliter de-
beret eē ꝯditionat⁹ φ ſi vellet reſpicere tpalē
vtilitatē poti⁹ non vellet mutuare.ꝛ etiā ca
rere illo qd̄ recipit noīe intereſſe q̄ʒ mutua
re.et recipe illud vt patuit.q.xxx. Modo
taliter ſe habēs non pōt dici ſpe lucri p̄nci
paliter mot⁹ mutuare.igit̄ Scd̄o deficit
qꝛ negando ꝯſequentiā non reſpōdet pro
bationi cōſequētie que fit a ſimili. Vn̄ ad
illam ꝓbationē que vtiq̄ʒ non valet:dicen
dum eſt φ ſicut coacto licitū eſt recipe no-
mine intereſſe.ſic ſpōte p̄ſtāti.ſʒ qn̄ ſponte
p̄ſtans nomine intereſſe licite q̄d recipit ta

lis non p̄ſtitit ſpe lucri principaliter. ideo
argumentū non ē vt ſic ad ꝓpoſitū. Se
cūda ratio. accipiēs mutuū pōt libere do-
nare d ſuo ſibi mutuū danti ꝛ trāſferre do-
miniū qd̄ in re ſua habet in mutuantē.ꝛ fa
cere ipm dn̄m rei ſue. ergo etiam mutuās
pōt licite recipe rem illaʒ tanq̄ʒ ſuā nō ob-
ſtante φ ſit vltra ſortē.hoc aūt fit in ciuita-
tibus antedictis que dant pēſiones ciui-
bus:ꝛ ciues ſpōte p̄ſtant ciuitati ſpe lucri
ꝛ recipiunt pēſiones. igit̄ eorū talis p̄ſta
tio ꝛ receptio penſionū eſt licita. Ad h̄ re-
ſpondet ſanct⁹ Bernardin⁹ negando duo.
nam ꝯcedendo antecedēs:negat ꝯſequen-
tiam. Scd̄o etiā negat illud aſſumptū ſcʒ
hoc autē fit in ciuitatib⁹ ꝛc. Rōneʒ q̄re ne-
gat ꝯſequentiā aſſignat ꝑ ſimile. Naʒ ſm
Bonauētură in q̄rto diſ.xxi. ꝛ ſm Alexan
drū de ales.ꝛ Sco.in.iiij.diſ.xxi.q.i.con-
feſſor non pōt manifeſtare pctm̄ ei ꝑ cōfeſ
feſſionem detectū.etiam de licentia ꝯfiten
tis eo φ ꝯfeſſor ligatus eſt.non tm̄ ex iure
ꝯfitentis. ſed etiā ex iure eccl'iaſtico. ſupra
qd̄ non pōt ꝯfitens diſpenſare. extra d pe.
ꝛ remiſſio.c.omnis vtriuſq̄ʒ.ꝛ de pe.diſ.vi
in.c.ſacerdos. Ita in ꝓpoſito noſtro. nam
mutuator ad hoc vt ratione mutui non re
cipiat vltra ſorteʒ ligat̄:non tm̄ ex iure ſin
gularis ꝑſone.ſed ex p̄cepto diuino ſupra
qd̄ non pōt mutuatari⁹ diſpenſare. ꝛ ideo
q̄uis mutuatari⁹ licite poſſit de ſuo dare
mutuanti non tamen ſic pōt dare libere φ
mutuans licite ratione mutui ſeu pecunie
mutuate recipe poſſit. ꝛ ideo ſi quid h̄ mo
do recepit debet reſtituere. et ſi poſtea ille
donauerit recipe pōt licite. Rationem aūt
quare negat illud aſſumptum ſcʒ h̄ autem
fit.aſſignat dicens:qm̄ ciuitates non libe-
re donant.ſed ꝑ pecunia iam recepta.ideo
minime illud recipe poſſunt ciues. Cō
tra hanc reſponſionē arguit̄. quia deficit i
duob⁹. Primo quia ſicut antecedēs eſt ve
rum:ꝛ cōcedi poteſt.ſic etiam cōſequens
eſt cōcedenda ſaltem gratia materie ꝛ con
ſequens eius. Nam ſi accipiens mutuū li
bere donat de ſuo mutuanti: etiā mutuās
poteſt illud ſub tali ratione recipere vt pa
tuit.q.xxix.etiam non obſtante φ mutua-
tarius illud donum facit ratiōe mutui.ſeu
ꝓpter mutuū.put ꝓpter dicit circūſtantiam
prouocationis.ſecus put diceret appacian

tionem quaſi mutuatio ſit vt merx vel ope
ra p qua daret illud tanq̄ ꝓcium: ⁊ tunc ar
gumentū non eſt ad ꝓpoſitum. quia ciuis
ſponte ꝑncipaliter ſpe lucri ponēs nō reci
peret ex animo ſuo penſionē vt donum ſi
ſaltē ꝯſiderat in intentione qua preſtitit:
imo reciperet eam vt precium ſue mutuatio
nis. Si aūt antecedens loquaꝛ de mutua
tario dante incrementū non vt donū: imo
vt ꝓcium mutuatiōis: tūc etiā cōceſſo ante
cedēte bñ negareꝛ ꝯſequētia. ⁊ ratio negā
di aſſignata eſſet colorata: addito q̄ etiam
de iure naturali vt ait Rich. obligaꝛ ꝯfeſ
ſor ad celādū ꝯfeſſa. ⁊ nō tm̄ de eccl'iaſtico
⁊ ideo etiā ſi eccl'ia deobligaret ꝯfeſſorem
nō eēt p h̄ deobligat⁹. vñ q̄ñ ꝯfitens vult
licentiā dare ꝯfeſſori vt pctm̄ ſuū reuelet
debet illud ſibi denuo extra ꝯfeſſionē de
tegere: ⁊ tūc ſibi dare licētiā reuelādi. Itez
p rōne negādi ꝯſequētiā aliud ſimile poſ
ſet dari: ſcʒ inuaſus a latrōe licite dat res
ſuas ei ad redimēdū vexatiōeʒ. ⁊ tñ latro ñ
recipit illa rōne. Attñ antecedēs etiam nō
eēt oīno ꝯcedendū. Naʒ dato (nō tñ ꝯceſ
ſo) q̄ nō peccaret volēdo dare incrementū
etiā p modū ꝓcij mutuatori: tñ non poſſet
loquēdo de poſſe effectuali trāſferre domi
niū incremēti in mutuatorē: ſic q̄ mutua
tor efficereꝛ illa via dñs incremēti: eo q̄ illa
via eſt dānata ⁊ lege diuina reddita in
abilis ad acq̄ſitionē dominij. ⁊ ſic antece
dens etiā non poſſet inferre niſi q̄ dato q̄
nō peccaret recipiēdo: tñ p h̄ non efficereꝛ
dñs ei⁹ q̄n illud reſtituere teneret. Scd̄o
deficit in ſcd̄a negatiōe. Nā dicere q̄ ciui
tas nō det ciuib⁹ dono liberali eſt dicere ci
uitatē mētiri in ſuo ſtatuto vt argutū eſt ꝯ
primū modū dicēdi in c⁹ ſeptimo defectu.
Itē ipſemet dicit oppoſitū vt patuit i octa
ua ꝓbatione ꝑmi caſus prime ꝯcluſionis
niſi vellet q̄s dicere q̄ ſtatutū loq̄ꝛ de ciui
bus coacte ꝓſtantib⁹ nō ſponte: qd̄ tñ non
apparet adeo q̄ facilitate diciꝛ eadē ꝯtēniꝛ
Ideo aliter huic inualide ratiōi reſpōdēdū
eſt ſcʒ vt tactū ē in ꝑmo defectu hic aſſig
nato imediate ſup̄. Tertia ratio. quilibet
ciuis priuat⁹ de ſuo in quo plenū ius habet
⁊ dominiū pōt in licitis ⁊ honeſtis diſpone
re p libito ſue voluntatis. vt in. l. in re mā
data. C. māda. ergo ⁊ tota cōmunitas ſeu
ciuitas hoc pōt. ꝯſequentia p₃. q: nō mi
nus ius habet ciuitas in rebus ſuis q̄ ſin
gulares ꝑſone in ſuis priuatis reb⁹. h̄ cōſe
quētie ſumpto ꝓ maiore ſubſumiꝛ. Modo
ciuitatē ciuib⁹ ſpōte ei ꝓſtantibus dare de
ſuis ꝓuētib⁹ aliquid eo modo quo caſus
poſit⁹ eſt ſupra: eſt eā in licitis et honeſtis
de ſuo in quo plenū ius habet ⁊ dominiū
diſponere p libito ſue volūtatis. igiꝛ ciui
tas pōt ciuib⁹ ꝓdictas pēſiōes dare ſpōte
ꝓſtātib⁹ etiā ſpe lucri ꝑncipaliꝛ motis. igiꝛ
etiā ciues pñt tales pēſiōes licite recipere.
Maior ē ꝓbata p primā ꝯſequētiā. Mi
nor ꝓbatur. q: ciuitas volēs dat q: nō co
acte. ⁊ dat in bonū ciuiū ⁊ etiā ciuitatis et
habet plenū ius in ſuis ꝓuentib⁹ de q̄bus
dat vt patuit ex forma caſus. igiꝛ. Huic
rationi reſpondet ꝯcedendo (ſub ꝯditione
tñ) antecedēs ꝑme ꝯſequētie ⁊ etiaʒ conſe
quens eiuſdeʒ qd̄ eſt maior ſcd̄i diſcurſus
ſcʒ ſi talis diſpoſitio non ſit ꝯtra legē iuſte
ꝑncipātis ⁊ ſignāter dei: alio q̄n antecedēs
eſt falſū ⁊ etiā ꝯſequens qd̄ eſt maior ſcd̄i
diſcurſus. Nam bonuʒ cōmodi habet di
ſtingui ꝯ bonū honeſtū ⁊ p aſſecutiōe cō
modi nō ē offendēdū bonū honeſtū. Ne
pe ſal⁹ anime ſaluti corporis ⁊ tpaliū rerū
eſt ꝓferenda. xij. q. j. in. c. ꝓcipim⁹. ⁊ ad hoc
vide glo. in ca. ille. xxij. q. v. vbi in gloſa di
ciꝛ q̄ maius dānuʒ eſt in amiſſione vnius
anime q̄ꝫ mille corpoꝝ. Ad ꝓpoſitū. Mo
do ꝯtra legē dei ſūt ꝓdicta impſtita ⁊ con
tractus ꝓdicti. igiꝛ p bono ciuiū vel ciuita
tis non licebit eos facere. Cōtra hāc reſpō
ſionē arguiꝛ: q: deficit dupliciter. Primo
nam ex quo reputat ꝯtractū illū illicituʒ: ⁊
p ꝯſequēs inhoneſtū. igiꝛ cū in maiore ex
ꝓſſe addaꝛ in licitis ⁊ honeſtis deberet ab
ſolute ꝯcedere antecedēs ⁊ ꝯſequens ꝑme
ꝯſequētie ⁊ negare minorē ſcd̄i diſcurſus.
Scd̄o q: applicādo diſtinctiōeʒ maioris
ad ꝓpoſituʒ quero. aut intelligit q̄ ꝯ legem
dei ſit ciuitatē dare pēſiones ciuib⁹ ſponte
ꝓſtātib⁹ ſpe lucri. aut intelligit q̄ ꝯ legem
dei ſit ciues ꝓſtare taliter ciuitati. Si pri
mum non ē illud verū. quia ſtat q̄ nō pec
cet ciuitas. Naʒ ſi animo donandi dat nō
peccat ſʒ mereꝛ. ſi autē det aliq̄li coactione
adhuc ſtat q̄ nō peccet ſicut ſtat q̄ mutua
tarius ſoluens incrementū etiā ſi ſit vſura
nō peccet ſoluēdo. Si aūt intelligit ſcd̄m:
tūc nō ſoluit argumētū. Nam ſic dicendo

nihil facit niſi ꝙ ꝯcluſionē ꝯ quam vadit argumētū aſſerit verā: nihil reſpōdēdo ad vim argumēti. Nā argumētū intēdit ꝓbare ꝙ ſicut ciuitati licitū ē ꝓ bono ſuo ꝛ ciuium dare tales pēſiões: ſic licitū erit ciuibꝰ recipe illas. Uñ aliter inualidāda ē illa ratio ꝯcedēdo totū ſcđm diſcurſū ꝛ eiꝰ ꝯcluſionē. q: ciuitas nō neceſſario peccat ſoluēdo pēſiões. q: ſtat ꝙ nō peccet ſaluis illis ꝗ dicta ſūt ī ꝯcluſiōe ſeptima. Sꝫ cū infertur. ergo etiā ciuibꝰ licet illas recipe. neganda ē ꝯſequētia loquēdo de ciuibꝰ ꝗ ꝑncipaliter ſpe lucri mon ꝑſtant. ꝛ tali rōne recipiunt. q: ſepe licitū ē tibi dare aliqd alteri. et tñ alteri nō eſt licitū recipe illud. vt ꝑꝫ de inuaſo a latronibꝰ. Poſſet tñ etiā ꝯcedi illud cōſequēs de ciuibꝰ recipiētibꝰ illud vt donū ꝗliter ciuitas illud daret. Quarta ratio. Petrꝰ d' eo qđ ſuū ē libere ꝛ pleno iure pōt dare Martino .l.j.ff. de dona. ꝛ i.c. ꝗꝫ periculoſū. vij. q. j. ꝛ Martinꝰ licite pōt illud recipe. ergo etiā tota cōmunitas ſeu ciuitas pōt de ſuo Martino libere ꝓuidere ꝛ libere poterit Martinꝰ recipe. ꝯſequentia tenet. q: pleniꝰ ius habet tota cōmunitas ſeu ciuitas ī ꝗlibet re ꝗ eſt cōmunitatꝫ ſeu ciuitatis quā ſingularꝫ ꝑſona habeat ſup ꝓpriū ſuū. Nā pōt ꝯfiſcare ꝛ pōt reſtituere qđ nō pōt ſingularis ꝑſona eo ꝙ non pōt poſt deſtructionē recuꝑare. vt notat. ff. qđ cuiuſꝗꝫ vni. no. l. Itē coꝝ. Huic rationi reſpondet ꝯcedēdo tam antecedēs ꝗꝫ ꝯſequēs. dūmodo nō ſit ꝯ legē ſuꝑioris ſicut in ſolutiōe ꝑcedētis argumēti dictū ē. Sꝫ illa reſpōſio deficit ſicut ꝑcedēs ꝛ eodē modo improbat. ideo reſpōdēdū eſt aliter ꝗliter reſponſū ē ad ꝑcedentē rōnē. Quinta ratio. iſta ꝗ ponūt ſup montē nō ſūt mutua: ſed poſſeſſiones. ergo ciues ponentes talia poſſūt ex illis recipe annuum fructū. tenet ꝯſequētia. q: da oppoſitū eadē rōne ex agro vel ꝑdio non poſſet ꝗs recipe annuū fructū. antecedēs ꝓ prima pte ꝓbat. q: pecunie poſite ſup montē nō poſſunt reperi. igit nō ſūt mutuate. Scđa ps ꝓbat dupliciter. Primo ſic. q: pecunie ꝑſtite poſſunt vēdi nūc carius nūc vilius ſcđm ꝯditionē ꝛ ſtatū ciuitatis. igit ſūt poſſeſſiões ꝗdā. tenet ꝯſequētia. q: poſſeſſio ſolet etiā ſic vendi nūc cariꝰ nunc viliꝰ. Scđo ꝓbat eadē ſcđa ps. q: pecunia ꝑſtita habet ī illo ꝯtractu eundē locū quē haberet ſi et ipa emiſſet vnū annuū fructū tāti ꝑcij. Modo nūc eēt ꝗdā poſſeſſio ꝛ poſſet licite de ea ꝑcipe fructū. igit. Huic ratiōi reſpōdet ꝑmo negādo antecedēs ꝓ ꝑma pte. ꝛ ratio ē q: ille pecunie vocāt mutua. igit ſunt mutua tenet ꝯſequentia: q: vocabulū manifeſtat ꝗd ꝯtractꝰ ſit ī veritate: nec a ꝓprio ſignato vocabuli ē recedēdū vt in .l. nō aliter. ff. de lega. iij. Ad ꝓbatiōnē aūt dicendū ꝙ ſunt mutua. ſꝫ alio modo ꝗꝫ cōmuniter ſint mutua eo ꝙ rehaberi vel repeti non poſſunt. Scđo negat antecedēs ꝓ ſcđa pte. quia ſi eſſent poſſeſſiōes: ergo ꝗ ciuitas eas detineret: et tñ eſſent ciuiū: eſſent vt pignora. ſꝫ h nō q: impignoratā poſſeſſionē ad me reuocare poſſū. ciues aūt pecunias ꝑſtitas reuocare nō poſſūt. igit. Scđo idē ꝑꝫ. q: poſſeſſionē poteſt is cuiꝰ ē vēdere iuſto ꝑcio. Modo ciuis ꝑſtās centū nō pōt illa vēdere ꝓ centū. ſꝫ ꝓ lōge minori. q: qñ ciuitas redimit ꝛ liberat ſe a ciue non reſtituit ſibi niſi. xxviij. ꝓ centū. Tertio ꝯceſſo antecedēte negat ꝯſequētiā ꝓpter duo. Primū q: ſecꝰ ē de illis pecunijs ꝛ de alijs poſſeſſionibꝰ vt agris ꝛc. Nā pecunia nullū aliū vſū habet ꝑter expoſitionē: ex agro aūt habent fructꝰ ex labore humano Eſt eni ager aptus natus fructificare. pecunia aūt non Scđm ē: q: cū ꝗs habet poſſeſſionē. ꝛ de ea ꝑcipit fructū. ꝑcipit eum de re ſua. Ille aūt pecunie poſtꝗꝫ ſūt ꝑſtite ꝛ mutuate ciuitati nō ſūt ampliꝰ ꝑſtātis ſꝫ ciuitatꝫ. igit nō ē par ratio de eis ꝛ de alijs poſſeſſionibꝰ

Quarto reſpōdendo ſcđe ꝓbatiōi ſcđe ptis antecedētis negat aſſūptū ꝓbationis q: ſi emiſſet annuū fructū: ibi eēt vera vēditio ex pte recipiētis pecunias ꝛ emptio ex pte ꝑſtātis. h ꝯo eſt veꝝ mutuū. Hec reſpōſio deficit in ꝗnꝗꝫ. Primo q: negando pecunias ꝑſtitas eē mutua aſſignat ꝓ cauſa. q: ſic vocāt. Hec aūt ē inſufficiēs cauſa vel ratio vt ꝑꝫ multipliciter ex deductis i q. xxxiij. ꝛ qđ allegat ꝙ nō ſit recedēdū a ꝓprio ſignificato vocabuli. dicendū verū ē niſi circūſtātia vel ꝯditio ꝯtractꝰ ad h vrgeat ſicut h vrget irreuocabilitas. Scđo deficit. q: nō ſatiſfacit ꝓbationi ptis ꝑme ptis antecedētis. Nā ꝙ dicit ꝙ ſūt mutua ſꝫ aliter ꝗꝫ cōmuniter modo ſint mutua innuit falſū: q: innuit ꝗſi reuocabilitas ſit cō

ditio cõmuniter accidens ĩ mutuo ⁊ nõ ne
ceſſaria mutuo qđ eſt falſũ: ĩmo eſt de eius
ſubſtantia. ideo mutuatio carẽs reuocabi-
litate definit eẽ vera mutuatio. Tertio q̃
negando pecunias eẽ pẽſiones (ſicut ⁊ illđ
negandũ eſt) aſſignat ꝓ ratiõe. q̃ non poſ-
ſunt p̃cio vendi iuſto. igit̃ nõ ſũt poſſeſſio
nes. hec ꝯſequẽtia nõ valet: nec antecedẽs
etiam eſt veꝝ. De ꝯſequẽtia ptꝫ: q̃ ſepe q̃s
agrũ ſuũ nõ põt vẽdere ꝑ centũ: q̃ tñ valet
centũ. Jtẽ etiã antecedẽs nõ eſt veꝝ. q̃ q̃u-
uis q̃n ciuitas redimit non det ei centũ. tñ
ali⁹ ciuis volens habere iura illi⁹ q̃ p̃ſtitit
dabit ei centũ. ⁊ ſic ꝑ illis centuꝫ habebit
cẽtum. Quarto q̃ ꝯceſſo antecedẽte negat
ꝯſequẽtiã ꝓpter duas cauſas. Prima autẽ
nõ valet. q̃ ſi admittat̃ q̃ pecunie ſunt poſ
ſeſſiones ſpectãtes ad p̃ſtãtẽ eque poterit
ex eis ꝑcipe fructũ ſicut ex domo vel agro
Nã ratio diuerſitatis nõ valet h̃ aſſigna-
ta. q̃ q̃uis pecunia non ſit nata fructifica
re: q̃n ſe ſola ꝯſideraẗ. tñ accepta cuꝫ indu-
ſtria fructificat. Modo etiã dom⁹ nõ fru-
ctificat niſi cuꝫ induſtria hoĩs. ĩmo etiam
ager nõ fructificaret oĩ̃ induſtria homis
ſemota. Et illud etiã met ſenſit Bernardi-
nus vt patuit in tertia ꝓbatiõe tertie cauſe
p̃mi caſus p̃me ꝯcluſiõis ſcđi modi dicẽ-
di hui⁹ q̃ſtionis. Scđa etiã cauſa aſſigna
ta nõ releuat. q̃ ſi ꝯcedis antecedẽs ſcꝫ q̃
pecunia ſit poſſeſſio ꝑtinẽs ad ciuẽ p̃ſtãtẽ.
igit̃ eſt ei⁹ ſicut ager ẽ ei⁹. igit̃ q̃uis q̃n eſt
mutuata nõ ſit ei⁹ ſꝫ ciuitatis. tñ non debe
res dicere: ꝯceſſo antecedẽte negat̃ ꝯſequẽ
tia. Quĩto deficit in ſua q̃rta reſponſione.
Nã nõ dat rõneꝫ diuerſitatis q̃re ſi q̃s de
diſſet pecuniã ciuitati ꝑ iure ꝑcipiẽdi an-
nuum fructũ ab ea talis cenſeretur emiſſe
ius a ciuitate: ⁊ ciuitas cenſeret̃ ius ſibi vẽ
didiſſe. ⁊ tñ q̃n p̃ſtitit ciuitati modo predi
cto nõ cenſet̃ etiã emiſſe ius percipiẽdi an-
nuam penſionẽ ab ea cum tñ hincinde ſint
eedem circũſtantie ⁊ ꝯditiões ac obligati
ones vt deductũ eſt in ꝓbatiõe p̃me ꝯclu-
ſionis tertij modi dicẽdi. Aliter igit̃ dicẽ-
dum eſt ad rõnem: q̃ ratio ſicut iacet eſt in
ualida. ſꝫ reduci poſſet ad bonuꝫ valorem.
Primũ patꝫ tripliciter. Primo q̃ aſſumit
duo falſa. Primũ: q̃ pecunie nõ poſſũt di
ci poſſeſſiones ciuiũ. q̃ nõ ſũt eoꝝ poſtq̃
ſunt p̃ſtite ciuib⁹ ſꝫ ſũt ciuitatꝭ. ſꝫ debẽt dici
p̃cia q̃ ciues dederũt ꝑ re emptã ſcꝫ ꝑ iure
recipiẽdi ãnuas pẽſiones. Scđm falſũ eſt
q̃ dicit q̃ ille pecunie poſſũt vẽdi qđ nõ ẽ
verũ. Nã ille pecunie nõ ſunt ampli⁹ ciui-
um ſꝫ ciuitatꝭ: ⁊ ſunt p̃cia. igit̃ non poſſunt
ꝑ ciues q̃ꝫ non ſunt vẽdi. Jtẽ impoſſibile
ẽ pecuniã vẽdere vel emere vt patebit q̃ſti-
one penultima huius opis. Scđo q̃ illa
ei⁹ ꝯſequẽtia nõ valet. poſſũt vẽdi igit̃ ſũt
poſſeſſiones. nã mobilia poſſũt vẽdi q̃ nõ
ſũt poſſeſſiões. q̃ poſſeſſiones ſũt bona ĩ
mobilia. Nec ꝓbatio ꝯſequentie valet. q̃
ꝯtualiter ẽ in ſcđa figura ex affirmatiuis.
Tertio q̃ in ſcđa ꝓbatiõe ſcđe ꝑtis ante-
cedẽtis lꝫ maior ſit vera tñ minor eſt falſa:
q̃ pecunia nũc hꝫ rõneꝫ p̃cij ⁊ nõ poſſeſſi-
onis. nec emens recipit annuũ fructuꝫ de
pecunia data. ſꝫ de iure ꝑcipiẽdi annuum
fructũ: qđ ius ẽ merx empta. Scđm vero
hui⁹ reſpõſionis ꝓbat. q̃ ex ea fieri poſſũt
due rõnes. Prima ẽ talis. ſi peccarẽt ciues
p̃ſtãdo ⁊ recipiẽdo: maxĩe q̃ vſurã cõmit-
terẽt. ſꝫ h̃ non: q̃ coꝝ p̃ſtatio cũ fiat irreuo
cabiliter nõ eſt vera mutuatio. Vſura aũt
tñ ẽ in vero mutuo. Scđa ratio. illa pre-
ſtatio ẽ in re. ⁊ ĩ equalentia eadẽ cũ datiõe
qua q̃s dat ciuitati pecuniã ꝑ iure ꝑcipiẽ-
di annuũ redditũ. ſꝫ illa datio eſt licita. igi
tur etiã illa p̃ſtatio ⁊ he due rõnes ſunt ta-
cte in ꝯcluſione p̃ma tertij modi dicendi.

Sexta ratio. ille ꝯtractus eſt licit⁹ q̃ ha
bet ſequẽtes q̃nq̃ ꝯditiones ſcꝫ q̃ exercet̃
in ciuitatib⁹ notabilib⁹ chriſtianitatis et a
magnis dñis: ⁊ religioſis ꝑſonis vtriuſq̃
ſexus. ⁊ a doctorib⁹ theologie ac a ꝑſonis
timẽtib⁹ deũ. de q̃b⁹ non p̃ſumit̃ q̃ talẽ cõ-
tractum facerent q̃ eẽt contra ſalutem aĩe-
me. ⁊ ꝯtra ꝓpriam famaꝫ ſicut eſt ꝯtractus
vſurari⁹. Predicta p̃ſtatio cuꝫ tali recepti-
one pẽſionis eſt hmõi vt ptꝫ per experientiã
in p̃dictis trib⁹ ciuitatib⁹: de quib⁹ titul⁹ p̃
cedẽtꝭ q̃ſtionis ſonat. Huic rationi reſpõ-
det ꝑ tria dicta q̃ applicat minori illius ar-
gumẽti. Primũ q̃ multe ſũt ciuitates no-
tabiles in italia ⁊ extra in q̃b⁹ nõ exercetur
ille ꝯtract⁹. vt roma. mediolanũ. bononia
ſiue ꝑuſũ. neapolis. Et extra italiam. pa-
riſius. londonia. tholoſa. brugis. colonia.
ſabina. gandauũ. arrogonia. ⁊ alie multe ĩ
quibus nullaten⁹ exercent̃ tales ꝯtractus
que ciuitates libẽter prouiderẽt cõmodis

ſuis.ſicut iſte tres p̄nominate :ſi ſalua con
ſcientia h̄ facere poſſent: ⁊ forte nulle repe
riunt̄ in tota chriſtianitate in q̄bꝫ exerceāt̄
tales ꝯtract⁹ vel ſalt̄e tantū q̄ntū frequētā
tur in ciuitatibꝫ antedictis. Scōꝫ dictū: ꝙ
q̄uis in p̄dictis ciuitatibꝫ ciues p̄ſtent ci-
uitati ⁊ recipiant pēſiones nō tn̄ oēs ſpon
te p̄ſtant.ſed multi coacte p̄ſtant. Coactos
aūt nō ꝯdemnam⁹.ſꝫ ſponte p̄ſtantes p̄n-
cipaliter ſpe lucri. Et ꝙ tales ſint i illis ci
uitatibꝫ minime mirū eſt.quoniā enā mul
ti abſq̄ aliquo rubore publice mutuāt ad
vſurā. Tertiū ꝙ non ſequit̄.magni dn̄i
faciūt p̄dictū ꝯtractū.igit̄ eſt licit⁹.qꝛ etiaꝫ
magni dn̄i extiterunt aliq̄n̄ vſurarij ⁊ p̄do
nes. Quartuꝫ ꝙ religioſi vt cōmuniter
loquēdo nō faciūt p̄dictū cōtractū.qꝛ non
p̄ſtāt pecuniā ad hm̄ōi loca vel montē.ſed
hn̄ recipiūt fructū annuū p̄ueniēt̄e ex con
tractu. Vn̄ modus eoꝝ cōmuniter talis ē
ꝙ cū aliqui ciues ꝯtraxerunt licito modo
cū ciuitate p̄dicto ꝯtractu.puta qn̄ coacte
p̄ſtiterūt ipi poſtea in vltimis voluntatibꝫ
dimittūt hm̄ōi annuas penſiones religio
ſis pro elemoſyna: volētes ꝙ deputati ad
erogandūꝫ penſiones dent eas religioſis.
Modo religioſi hm̄ōi penſiones poſſūt
p elemoſyna recipe dūmodo libere largiā
tur eis. Si aūt antedicti religioſi p̄dictaꝫ
elemoſynā: imo tales redditus ſollicitant
habere: ⁊ p̄tendūt ius habere in eis videāt
ꝯſcientias ſuas. Nam lꝫ quidā poſſint ex
ipis imp̄ſtitis aliq̄d recipe vltra ſortem nō
tamē om̄es ad quos deueniūt impreſtita.
proinde ſi p fenebri pecunia aliq̄d dat: pu-
ta qꝛ denarij mōtis relicti religioſis fuerāt
a teſtatore empti vel ſponte in mōte poſiti
non coacte ſoluti: tunc cōpleta ſorte a rece-
ptione taliū abſtinendū eſt. Poſſunt q̄ꝫ p̄-
dicti religioſi q̄nq̄ȝ etiam aliter legitime ex
cuſari. Cōſtat eni ꝙ null⁹ efficit̄ vſurarius
niſi volēs recipe aliq̄d vltra ſortē. Si igit̄
p̄dicti religioſi nō recipiūt illas pecunias
ſeu elemoſynas p pecunia quam ibi libere
poſuerūt: vel quā ſpōte emerūt modis an
tedictis non vident̄ vſurarij.ſed apparet ꝙ
recipiant elemoſynā iure ipoꝝ qui eis iu-
ridice relinquere potuerūt : ⁊ ius ſuū i eos
legitime tranſtulerūt: lꝫ non in qualēcūq̄ȝ
pſonam. Hec reſponſio deficit in quinq̄ȝ.
Primo qꝛ vbi argumentū magis ſtringit
non reſpōdet ſcꝫ p q̄nto in maiore ⁊ mino-
ri aſſumit̄ ꝙ ille ꝯtract⁹ exercet̄ a pſonis ti
mentibꝫ deū de q̄bus non p̄ſumit̄ ⁊c. Naꝫ
ſi hoc admittat̄ ⁊ nō neget̄. minus euadit̄
argumentū q̄ȝ ſi omnes alie clauſule maio
ris ⁊ minoris admittant̄. Nā alie clauſule
non arguūt notabiliter ꝓpoſitum.qꝛ in no
tabilibus ciuitatibꝫ ⁊ a magiſtratibꝫ ⁊ reli-
gioſis.hoc ē clauſtralibꝫ ⁊ doct. theologie
fiūt etiam ſciēter nōnulla de quibꝫ certuꝫ ē
ꝙ ſunt mortalia.ſed a timētibꝫ deū non ſic:
qꝛ eo ipo nō eſſent timētes deū. Vn̄ opus
eſſet cū dicere ꝙ ille ꝯtractus a vere timen
tibus deū non exerceret̄. Scdō deficit: qꝛ
reſpōdēdo p̄me clauſule minoris dicit in
multis etiaꝫ ciuitatibꝫ eos nō exerceri.ſꝫ p
h̄ nō reuellit̄ p̄dicta clauſula.qꝛ due ſubcō
trarie ſunt ſimul vere. Tertio qꝛ ſalua ciui
ſanctitate ꝯtrariū ill⁹ videt̄ verum: qꝛ i p̄-
dictis ciuitatibꝫ multi ciues a priuatis per
ſonis ⁊ etiā a q̄buſdaꝫ cōmunitatibꝫ emūt
redditus ꝑpetuos ſcꝫ p centū ius ꝑcipien
di q̄nq̄ȝ cū pacto redimēdi p totidē. Mo-
do p̄dicta p̄ſtatio q̄ fit in dictis tribꝫ ciuita
tibus nō eſt niſi talis emptio vl' datio pre
cij p talibꝫ iuribus. ſolū in hoc differēs ꝙ
ciues in illa p̄ſtatione in redēptione cogū-
tur min⁹ recipe p precio redemptionis q̄ȝ
ipi expoſuerūt in prima emptione vl' p̄ſta-
tione. hoc autē non variat ſpeciem ꝯtract⁹
ſi om̄ia alia ſunt eadē ſicut ſūt. Nec arguit
quid illicitū i ciuibus.ſed ſi argueret aliq̄d
illicituꝫ magis aliq̄d illicitum argueret in
ipa ciuitate cogente ciues ad recipiendum
tam ꝑuū p̄ciū in redēptione. Nā pati iniu
ſtum nō eſt iniuſtū ſic cogi ad recipiēdum
nimis ꝑuū p̄ciū non ē recipientibꝫ pctm̄.
ſꝫ ſi eēt alicui pctm̄ ciuitati eēt peccatū. ſed
Tertio arguitur cõtra tertiã concluſionẽ. Si abſolute petens mutuum audito ꝙ mutuator nõ niſi ſub vſuris vult mutuare offerat ſe ad accipiendũ: et etiam accipiat ſub vſuris peccaret cum nõ habeat neceſſitatẽ vel iuſtaz vtilitatẽ inducentẽ eum ad recipiendũ tale mutuũ: maxime ideo. quia vt dictũ eſt in eadem cõcluſione offert ſe ad id ⁊ agit id q̃ mediãte actus interior dãnatus cõplebit̃ ⁊ ꝯſummabit̃ ꝑ actũ exteriorẽ. ſed ſi hoc argueret aliq̇d: tũc eadẽ rõe is qui iuſtã cauſam haberet mutuũ accipiendi peccaret recipiendo etiã ab eo q̇ prius paratus erat nõ niſi ſub vſuris mutuare. Probat̃ ſequela. quia ex quo reciperet ab illo ageret id q̃ mediante actus interior vſuraꝝ ꝯſummaretur ꝑ exteriorẽ ⁊ ſine illo nõ cõſũmaret.

Et cõfirmatur ꝙ vterq; peccat: qꝛ vterq; iuuat ad exercendũ actum exteriorẽ damnatum qui cum interiori eſt grauius peccatum q̃; ſolus interior. Dicendũ ad ꝓmum ꝙ nõ ẽ par ratio, quia ex quo nõ habens iuſtam cauſam offert ſe ad recipiendum ſub vſuris ⁊ agit actũ ex quo mutuator ſumit occaſionẽ agendi actum exteriorem damnatũ (licet interiorẽ prius añ oblationem egerit) ideo ſe taliter offerens nõ abſtinet a ſcandalo accepto cum nõ habeat iuſtam cauſam illuz actũ agendi ex quo alius accipit illud ſcandalũ ⁊ ita nõ excuſatur. Sed habens iuſtam cauſam petendi mutuũ ⁊ ſe offerendi ad ſolutionẽ vſure et ſic recipiens licet non abſtineat ab actu de quo alius accipit ſcandalum. ſc; occaſionem exercẽdi actum exteriorẽ damnatũ tñ nõ tenebatur ab illo ſuo actu abſtinere eo ꝙ ſuberat ei iuſta cauſa ⁊ vtilitas ſuadens. Ad cõfirmationẽ dicendũ ꝙ qui iuſta cauſa ductus petit ⁊ ſe offert vſuras ſoluere vſurario nõ debet dici iuuare eum ad actus damnati exterioris executionẽ. ⁊ ſi probaret̃: quia nõ poſſet vſurarius exercere actum exteriorẽ. ſc; vſurariã mutuationem niſi eſſet qui reciperet mutuũ ſub vſuris cõcedit̃. ſed hoc nõ arguit̃. ꝙ ergo cenſeatur eum ad hoc iuuare: et patuit inſtantia in q̃ſtione. xxij. poſt. xij. ꝯcluſionẽ argumento primo.

## Queſtio. XLVIII.

Utrum ciuitas atq; reſpublica ſubſiſtere poſſit ſine mutuatione vſuraria. Hec queſtio mouet̃ ꝓpter quoſdam q̇ q̃uis fateri teneant̃ ꝙ mutuatio vſuraria ſit peccatũ mortale: tñ dicunt ꝙ adeo neceſſaria eſt ad tẽporalem ſalutẽ in

publice ciuitatis φ reſpublica non poſſet
ſubſiſtere niſi in ea haberētur aliqui q̄ ſub
vſuris mutuarēt. Unde ꝛ cōſequenter di-
cunt φ rector reipublice non tm̄ poſſit ſed
etiam debeat vel cōducere vel ſaltem tole
rare mutuantes ad vſurā: et hoc ꝑpter bo
num reipublice ſaluandū. Cōtra igitur ta
les venit p̄ſens queſtio reſoluenda. cuius
ſolutio ſtabit in tribꝫ cōcluſionibꝫ: et trium
argumentoꝝ ſolutionibꝫ.

## Prima concluſio.

Ciuitas atqꝫ reſpublica poteſt etiam ſalua
temporali ſalute ſua ſubſiſtere ſine mutua
tione vſuraria. Probat̄ dece rōnibꝫ. Pri-
ma ratio. nunq̄ꝫ creuit reſpublica chriſtia-
norum nō ſolū merito ſed etiā numero q̄ꝫ
qn̄ p̄cepta dei diligentiſſime ſeruauerunt:
etiam vſqꝫ ad detrimentū rerū ꝛ perſona-
rum incluſiue, vt patet in ꝓmitiua eccleſia
adeo vt duobꝫ vel tribus ꝓ obſeruātia le-
gis dei trucidatis centū vel mille loco eo-
rundez fide ſuſcepta ſuccedebāt more gra
ni. de quo ſaluator dixit. Niſi granū fru-
menti cadēs in terrā mortuū fuerit ipm̄ ſo
lum manet. ſi autē mortuū fuerit fructum
multū affert. et tandem ipſis auctis merito
et numero acceſſit temporaliū rerum co-
pia. Modo ad obſeruantiā legis dei req̄-
ritur φ ceſſet̄ a mutuatiōe vſuraria. igitur
ſine mutuatione vſuraria poteſt reſpubli-
ca chriſtianorū ſubſiſtere tam ſpūaliter q̄ꝫ
temporaliter. Immo ad obſeruātiā legis
dei pertinet etiā punire malos: de terra ꝑ-
dere impios. et per cōſequens ſi ciuitas ꝫe
lo legis diuine armata impios vſurarios
diſturbaret ac exceret: longe melius conſi
ſteret reſpublica ciuitatis ꝛ ꝑſonarū q̄ꝫ eoſ
dem tolerando. Et cōfirmatur. Nam ꝓ ſa
lute temporali ciuitatiſ valēt ſacrificia deo
facta. Modo tales diſperdere ꝛ extermi-
nare eſt deo ſacrificare. Unde. x. d̄ ciui. dei
ca. iiij. Aug⁹. dicit. Tunc deo cruentas vi
ctimas cedim⁹ qn̄ vſqꝫ ad ſanguinē ꝓ veri
tate certamus. Mauū ſit placens deo pꝫ.
Nam ꝛ chriſtus ipſe ſe tale ſacrificiū obtu
lit dicens per ꝓphetam. Zelus domus tue
comedit me. Secūda ratio. Chriſt⁹ ait
Math. vj. Pmū q̄rite regnū dei ꝛ iuſti-
ciam eius: et hec omnia adycient̄ vobis.

Sed ſi fideles nō mutuent ad vſuras ꝛ a
ceteris peccatis abſtineāt dicunt̄ q̄rere re-
gnum dei ꝛ iuſticiā eius. igit̄ tunc reliqua
oīa id ē temporalia in quibꝫ cōſiſtit tempo
ralis ſalus reipublice adycient̄ eis. Igit̄ nō
eſt mutuatio neceſſaria ꝓ tali ſalute. ſed ei⁹
omiſſio potius iuuat ad cōſequendā ean-
dem. Tertia ratio. Nūq̄ꝫ intantū creue
runt temporalia bona monaſterioꝝ et ec-
cleſiarū q̄ꝫ quādo eccleſiaſtice ꝑſone per vi
am mandatoꝝ dei ſollicite incedebant in
ſeipſis bene viuendo ꝛ in alijs id nō facien
tibus crimina puniēdo: adeo φ ipſis eccle-
ſiaſticis ꝑſonis nō habentibꝫ curā vel ſol-
licitudinē de eiſdem temporalibꝫ ſine eoꝝ
ſtudio affluentiſſime obuenerūt tēporalia
deo eoꝝ patre fideliter iuxta ꝓmiſſum ve
teris ꝛ noui teſtamenti eis ꝓuidente. Ait
enī Eſa. j. ca. Si volueritis ꝛ audieritiſ me
bona terre comedetis. Et ſimilis ꝓmiſſio
diffuſe habet̄ Deutero. xxviij. Cum vero
ceperunt retrocedere ceperūt etiam tempo
ralia deficere: adeo vt quoꝝ patres eccle-
ſias ꝛ monaſteria dotauerūt: ipſi nūc eaſdē
ſpoliare ꝯtendant. Ergo eadē rōne ſic eſſꝫ
in ciuitatibꝫ φ temporalia bona ī quibus
ſalus reipublice cōſiſtit eis affluenter ob-
uenirent ſi mandata dei ſeruarēt ſollicite:
ad quoꝝ obſeruantiā requirit̄ φ in ea nō
mutuaret̄ ad vſuras: et φ tales excerentur
et nō tolerarent̄. imo et victoria tali ciuita
ti cōtra hoſtes de facili daretur. Unde ait
pſ. Si popul⁹ me⁹ audiſſet me et in vijs
meis ambulaſſet ꝓ nihilo forſitan inimi-
cos eorum humiliaſſem. et ſuꝑ tribulātes
eos miſiſſem manū meam. Quarta ra-
tio. Mutuatio vſuraria depauperat ciueſ
recipiētes ad vſuram ꝛ eos deſtruit. ꝛ hoc
adeo notū eſt φ qui illud negat nō indiget
niſi ſenſu vt ph̄s ait. j. thopic. de dubitāte
niuem fore albā. Nam ꝛ ſi aliquādo vni
recipienti ſubuenia t̄: tamē ex alia parte de
cem vel viginti deſtruunt̄. Immo etiā illi
vni nō ſubuenit̄ niſi cum eius damno no-
uo. qꝛ vltra ſortē de ſuo dare tenet̄. Mo-
do temporalis ſalus reipublice ciuitatiſ cō
ſiſtit in tēporali ſalute ꝛ abundātia ciuiū:
ſicut ſalus corporis cōſiſtit in habere mē-
bra valida ꝛ ſana. Nā mēbris marceſcen-
tibus ꝛ dilabentibꝫ q̄ſo. que ſalus corpori

relinquit. Quinta ratio. Non eſt veriſimile ꝙ actus ex ſui natura dānoſus mēbris ſit neceſſarius ſaluti corporis adeo vt ſine eo ſalus corporis cōſiſtere nequiret. Mutuatio vſuraria ex ſui natura inquātum vſurarius eſt hmōi. Nam duo ſūt in ea, ſcꝫ mutuatio: ⁊ hec ꝗdem vtilis eſt aliquando recipienti. Secundū eſt extorſio vſure: et hec nūꝗ̄ poteſt nō eſſe damnoſa recipienti. Habet igiꝭ mutuatio vſuraria ſimilitudinē ſcorpionis qui ante applaudit homini ⁊ retro eum pungit venenū relinquens. Et dico notanter. aliquādo eſt mutuatio vtilis recipienti. Nam ſepe ⁊ frequentius nocet occaſionaliter. quia facilitas eam inueniendi eſt occaſio hominibꝰ negligenter viuendi ⁊ ſua diſtrahendi eo ꝙ ſperant ſe in ꝓmpto recuperare per mutuum quod nunc negligūt vel diſſipant.

Sexta ratio. Si mutuatio vſuraria eſſet neceſſaria tēporali ſaluti ciuitatis ⁊ populi ⁊ ꝑditio eiuſdē ſalutis vitari nō poſſet niſi per mutuationē vſurariā: tunc malum ꝓdeſſet. ſcꝫ mutuatio vſuraria: et bonum ſcꝫ eius obmiſſio et punitio obeſſet. Cōſñs eſt falſuꝫ: qđ oñditur tripliciter. Primo q2 Euſebiꝰ de ꝑparatione euāgelica. li. iiij ca. vj. ait. Omne qđ bonū eſt nō ꝓdeſſe nō pōt: ⁊ ecōtra qđ malū ē. i. ſicut bonū nō pt eſſe quin ſit vtile, ſic malum nō poteſt eſſe quin ſit nociuū. Et idem eodeꝫ libro cap. penult. ait. Nec bonitatē nocere nec prauitatem ꝓdeſſe ſeu iuuare vnꝗ̄ poſſe. Nam vt nō poteſt caliditas (vt plato ait) frigiditatem inducere: nec frigiditas caliditateꝫ ſic nec iuſticia nocere poteſt. Hec ille. Secundo: q2 magiſter ſniaꝝ. li. iij. diſ. xxxviij. ca. vlt. in fine. inquit Nōnullis aliquādo errare ꝓfuit: ſed in via pedum nō ī via morum: hoc eſt. quia ꝑ errorē in via pedū aliquando quis euadit inſidias contra eum ibi per inimicos paratas: vel alium caſuꝫ nociuum: ſed errare in moribꝰ nūꝗ̄ fuit vtile. ꝗ̄uis deus ſua omnipotentia ⁊ bonitate aliquādo de malis eliciat bonū. Tertio quia Tullius in tertio libro de offi. ꝯcludit dicens. Nūꝗ̄ igitur eſt vtile peccare: quia ſemper eſt turpe. et q2 ſemꝑ eſt honeſtum virū bonuꝫ eſſe ſemꝑ eſt vtile. Et idē alibi ait. Erubeſce ſi credis vnꝗ̄ malū vtile eſſe: nō enim poteſt peccatū nō nocere.

Septima ratio. dauid pš. liiij. nō modo optando ſed etiam ꝓphetando imprecatur ꝑcipitationē ⁊ diſcordiā ciuium atꝗ̄ mortem. ita vt ciues deſcendāt ad inferos. Optat inquā ciuibꝰ illius ciuitatis in qua ipſe vidit de plateis eius non deficere vſuram ⁊ dolum dicēs. Precipita dñe diuide linguas eorū: quoniā vidi iniquitatem ⁊ cōtradictionē in ciuitate die ac nocte: circūdabit eam ſuper muros eius iniqtas: ⁊ labor in medio eius ⁊ iniuſticia. Et nō defecit de plateis eius vſura ⁊ dolus. Quomodo igitur ad temporalē ſalutē ciuitatis requireret̄ mutuatio vſuraria. cū potius ipſa mereatur eiuſdem ſalutis ſubuerſionem. Octaua ratio. nihil neceſſarium ad ſalutem etiam temporalē populi et ciuitatis deus vel eccleſia ꝓhibuit populo ſuo. Modo deus in vtroqꝫ teſtamēto ⁊ ſimiliter eccleſia ꝓhibuit vſurariā mutuationem. igitur illa nō eſt neceſſaria populo vel vlli ciuitati. Minor nota. Maior probatur. quia da oppoſitum ſequerent̄ duo incōuenientia. Primū eſt ꝙ deus et eccleſia ꝑcepiſſent populo dei aliquid impoſſibile. quia ꝑcepiſſent ei eſſe ſine illo ſine quo ſalus temporalis ⁊ reſpublica ſubſiſtere nō poteſt. Modo ſine tali temporali ſalute populus ſubſiſtere nō poteſt ſicut nec ſingularis ꝑſona ſine cibo ⁊ potu aut veſtimento ſubſiſtere poteſt. Nemo autē diceret ꝙ deus precepiſſet homini vt ſine veſtitu cibo ⁊ potu viueret. Unde etiam hoc dicere reddit dicentē maledictione dignum. Unde Hieronymus ait. Anathema ſit qui dicit deum ꝑcepiſſe aliquod impoſſibile. Secundū incōueniens ꝙ deus nō eſſet prudēs inſtitutor ⁊ rector policie vniuerſalis mūdi. quia cum velit ꝙ humanum genus durare debeat vſqꝫ in finē mūdi ⁊ ſibi ſeruire et ſpūalia ſubſiſtere nō poſſint ſine temporalibꝰ. vt in. c. ſi quis obiecerit. j. q. iij. ipſe impoſuiſſet humano generi illius rei carentiā cuius ꝑſentia neceſſaria eſſet humano generi ꝓ temporali eius ſalute. et per ꝯſequens etiam ꝓ ſpirituali. et ita īſtituiſſet id qđ cōtrariatur fini ꝑ eum intento. Unde nemo diceret ꝙ deus prohibuiſſet coitum matrimonialē: et hoc ideo

quia ſi ꝓhibuiſſet iam humanũ genus ne
ceſſario deficeret; eo ꝙ ſine coitu gen⁹ ſub
ſiſtere nõ poteſt. ſic nemo ſane mentis dice
re poteſt ꝙ de⁹ ꝓhibuiſſet mutuationẽ vſu
rariam. ⁊ ꝙ tñ mutuatio vſuraria eſſet ne-
ceſſaria reipublice hominũ. Unde corre-
larium ſequitur ꝙ aſſerens mutuationẽ vſu
rariam eſſe neceſſariã reipublice blaſphe-
mat deũ eccleſiã ⁊ ſctõs doctores. q2 vere
rei interptãtiue impingit deo ⁊ eccl'ie ſtul-
ticiam. q2 ꝓhibuiſſet impoſſibile vitari at
ꝙ neceſſariũ reipublice. Nona rõ. ſine
illo actu poteſt ciuitas etiã ſalua tꝑali ſa-
lute ſubſiſtere q̃ habet ſequẽtes. xiij. cõdi-
tiones. Prima ꝙ eſt ſimulata pietas: et ꝑ
ꝯſequẽs duplex iniq̃tas. Scda ꝙ ẽ latro
ciniũ. Tertia ꝙ eſt peius latrociniũ cõibꝫ
latrocinijs. Quarta ꝙ eſt furtũ. Quĩta ꝙ
eſt peius cõibꝫ furtis. Sexta ꝙ reddit ſuũ
actorẽ tã ſceleſtũ ꝙ nihil ẽ eo ſceleſti⁹. Se
ptima ꝙ plus ceteris nutrit radicẽ oim ma
lorũ. Octaua ꝙ paupes ciues pauperiores
reddit. Nona ꝙ actorẽ ſuũ reddit viꝝ ſan
guinũ. Decima ꝙ reddit actorẽ ſuũ talem
ꝙ ceteri cũ eo nec edere nec bibere deberẽt
aut ꝯuerſari. Undecima ꝙ ipſe nõ min⁹ ꝑ-
iudiciũ generat in corꝑe myſtico ciuitatis
q̃ generaret in corꝑe naturali, hoc ſcꝫ ꝙ ẽ
ſtomachũ vel epar nolle mẽbris indigen
tibus huĩdo cibali tale q̃d ꝯmunicare niſi
ecõtra talia mẽbra de his q̃ ſibi neceſſaria
eſſent reciproce ꝯmunicarẽt ipſi ſtomacho
Duodecima ꝙ nutrit ocia. Decimatertia
ꝙ reddit ciues inertes ad om̃e artificiũ et
ad op⁹ reipublice neceſſariũ ⁊ vnle inaia-
tos ⁊ idiſpoſitos. mõ mutuatio vſuraria ẽ
hmõi. igitur ⁊c. Maior ẽ nota ex termĩs. nã
actus hñs illas. xiij. ꝯditiões nõ ſolũ nõ ẽ
neceſſari⁹ ad tꝑalẽ ſalutẽ reipublice: ſꝫ etiã
eſt de ſe deſtructiu⁹ eiuſdẽ. Minor ꝓba
tur inductiue. Nã mutuatio ad vſurã duo
dicit. ſcꝫ mutuare: ⁊ hoc de ſe eſt pietas. et
dicit etiã ad vſurã recipe. ⁊ hoc eſt ꝑnicio-
ſitas recipiẽtis Mõ pietas ꝑniciosa etiã ſi
in modico ſit ꝑniciosa eſt ſimulata pietas.
Un̄ merito cõparatur ſcorpioni vt tactũ eſt
in q̃rta rõe. Et dato ꝙ illud qd̃ recipitur ſit
in principio modicum ⁊ nõ ledens niſi q̃ſi
inſenſibiliter: tñ paulatim eo ꝑſeuerãte in
detentione mutui ſerpit vſq3 in totalẽ de-
uorationẽ ſubſtãtie ei⁹ donec oĩno euiſce-
retur ⁊ eneruetur. q2 ſi recipiẽs nõ ꝑſeueret in
detentiõe mutui: adhuc nocet ſibi in aliq̃:
qd̃ nõnũq3 licet ſit modicũ diuiti vſurario
recipiẽti: tñ eſt multũ pauperi dãti. ⁊ iõ eo
peior eſt illa mutuatio vſuraria ex ꝑte mu
tuantis q̃ opus pietatis ꝑ tã vili ꝑcio ma
culat ipm mutãs in opus crudelitatis. Se
cundũ pꝫ. Nã ſaluator Math. xxj. cap.
euertẽdo menſas numulario⁊ ait eiſdem.
Uos feciſtis illã ſcꝫ domũ dei ſpeluncam
latronũ. Mõ numularij erãt illi q̃ mutua
bant ad vſuras: agitur vocauit mutuãtes ad
vſuras latrones. Maior eſt nota. minor
ꝓbatur. Nã Nico. de lyra ſuꝑ Johẽꝫ Joh.
ij. exponens vocabulũ numularios ait. ꝙ
aliq̃ iudei veniebãt de longinq̃ ad emẽdũ
aĩalia ꝓ ſacrificijs in tẽplo fiẽdis. iõ ſacer-
dotes cupiditate ſacrificio⁊ ducti ſtatue-
rant in tẽplo aliq̃s cãpſores q̃ ſub cautio-
ne tradebãt pecuniã: et cũ hoc vltra ſortẽ
recipiebãt aliq̃ munuſcula. nõ tñ pecuniã:
ne arguerentur manifeſte facere ꝯ legẽ Deu-
tero. xxiij. vbi dr̃. Nõ dabis fratri tuo pe-
cuniã ad vſurã. et hoc eſt qd̃ dr̃. Et numu
larios ſedẽtes. Hec ille. Et ſic pꝫ ꝙ illi nu
mularij erãt mutuãtes ad vſurã. ⁊ hos vo
cauit xp̃s latrones. Tertiũ pꝫ. q2 q̃uis ꝑ
ꝓrie loquẽdo mutuatio vſuraria nõ ſit la-
trociniũ. q2 fit cũ volũtate ſaltẽ cõditiona
ta ſoluẽtis vſuras: et ſine violẽtia illata ꝑ
ſone euſdẽ nõ ſic cõmuniter fit latrociniũ
ꝓprie dictũ: tñ rõne q̃ttuor cõditionũ ẽ pe-
ius latrocinio ꝓprie dicto. Primo rõne fa-
miliaritatis. Nam cũ vſurari⁹ ſit familia-
ris mutuatario et cum hoc ſit ei nociuus:
plus nociuus poteſt dici q̃ latro nõ fami-
liaris. cum nulla ſit ad nocendũ peſtis ef-
ficacior q̃ familiaris inimicus. Secundo
rõne aſſiduitatis. quia magis aſſidue vſu-
rarius exercet vſuras q̃ latro latrociniũ.
Nam die noctuq3 currit ſibi vſura ſua.
Tertio ratione ſagacitatis. q2 cum maio-
ri ſagacitate vſurpat ſibi rem alienam q̃
latro. quia latro non ita ſagaci circumuen
tione ſicut vſurarius. ſed per violentiã au
fert rem alienam ipſo ſpoliato ſepe nullate
nus ꝯſentiẽte i ablationẽ. Uſurari⁹ autẽ nõ
illata violẽtia: ſꝫ ipſo mutuatario ꝯſentiẽte
aufert ei vſuras ſagacitur eũ circũueniendo.

Nam ex denegatione mutui inducit mutuatariũ vt cõſentiat ad dandum vſuras ne careat mutuo: ꝛ per hoc etiã nititur palliare ſe primo ſuo iniuriã nõ inferre eo ꝙ volenti nõ fit iniuria. q̃ falſa ꝓbatio fuit ſoluta ſupra qõe. xxiij. in argumẽto q̃rto. vbi etiam patuit q̃nõ aliqualis violẽtia infertur mutuatario per vſurariũ. et etiã aliq̃n talis qualis a latrone infert̃ inuaſo. Quarto rõne ſecuritat̃. Nam vſurarius ſecuri᷒ exercet vſuras q̃ȝ latro latrociniũ: eo ꝙ ſi ẽ publicus ad hoc cõductus necȝ timet ſibi tolli vſuras per repetitionẽ necȝ timet penas incurrere. Si aũt eſt occultus q̃uis timere habeat ne prodatur vel fiat manifeſtus. tñ nõ tantã habet timere penam foriniſſis: ſicut latro qui mortẽ timet nedum ab eo quẽ intendit inuadere ſed etiaȝ a iudice. Jdeo minus deterret̃ ad abſtinendũ ab vſuris q̃ȝ latro a latrocinio: ꝛ ꝑ ꝯñs frequẽti᷒ cõmittit. Si aũt eſt pallians vſuras nõ ſolum nõ timet penã ꝑdictam: ſed etiam nõ timet perdere vſuras ꝑ repetitionem: eo ꝙ tanto velamine palliauit ꝙ vſuraria prauitas deprehẽdi nõ põt. Quartũ ꝓbat̃. q2 mutuatio vſuraria eſt ꝯtra aliqđ ꝑceptũ decalogi ꝛ nõ niſi ꝯtra illud. Nõ furtũ facies. igit̃ eſt furtũ. Et ꝯfirmat̃. Nã nomine furti ſm Aug᷒. in libro queſtionũ Exo. xxij. intelligit̃ omnis illicita vſurpatio rei aliene. Et ad argumẽtũ qđ fieri poſſet in ꝯtrarium ex diffinitione furti patuit ſolutio ſupra qõe. xxij. argumẽto tertio.

Quintũ. quia q̃uis capiendo furtũ ſtricte mutuatio vſuraria nõ eſſet furtũ: eo ꝙ furtum fit neſciente dño ꝛ eo omnino inuito: ſaltem habitualiter. Non ſic aũt acceptio vſure. tñ quo ad quattuor cõditiones eſt quid peius q̃ȝ furtũ. ꝛ potes deducere vt de latrocinio eſt deductum. Sextũ probatur. q2 reddit ſuũ actorem auarũ: quia accipere vſuram vel mutuare ad vſurã eſt ſpecies auaricie vel eam includit. q2 eſt velle habere temporalia per viã lege diuina dãnatam: vel includit tale velle. Modo auaro nihil eſt ſceleſtius ait ſapiens Ecc̃i. x. Septimũ probat̃. quia radix omniũ malorum eſt cupiditas vt dicit̃. j. ad Thimo. vj. cap̃. Modo peccatũ vſure plus ceteris ſpeciebꝰ ꝛ actibꝰ auaricie nutrit cupiditatem. igit̃ ꝛc. Minor probat̃. quia inter omnes actus vel ſpecies auaricie mutuatio vſuraria eſt facilior ꝛ quietior via acq̃rendi tẽporalia: eſt etiam ſecurior ꝛ certior eo ꝙ ꝓ ſui ſecuritate detinet pignora i duplo meliora q̃ȝ erat ſors mutuata atq̃ȝ maioris lucri iportatiua vt calculator de facili notabit. Si enim vſurarius mutuet vnum florenũ ad vſuram. ſcȝ vt ſibi det̃ per menſem vn᷒ ſolid᷒. ꝛ recipiens mutuũ detineat florenũ per quinquaginta annos et nõ ſoluat etiam vſuras ſuper eũ venientes de quibꝰ etiam dare debeat ꝓ vno florẽ. vnũ ſolidũ per mẽſem. iam in fine q̃nquageſimi anni aſcendet debitũ ad tantã q̃ntitatem ꝙ vix ciuitas tale debitum ſoluere poſſet. Modo via que habet illas cõditiones magis nutrit cupiditatẽ temporalium: recte ſicut ignis magis nutritur ex lignis que magis faciliter haberi poſſunt: ꝛ q̃ ſunt arida ꝛ cum hoc magna. Unde ad viam habentẽ tales cõditiones auar᷒ magis allicit̃ frequentandã. actus autem frequentatus auget habitũ: ꝛ per cõſequens actus ꝑ ceteris frequentat᷒ etiam ꝑ ceteris aliȷs auget habitum auaricie. hoc autem adaucto nutrit̃ ip̃a radix que dicitur cupiditas. Octauũ patet ex quarta ꝛ q̃nta rationibus. Nonũ probat̃: quia pauperibꝰ aufert veſtimentũ: calciamentũ: domũ: lectum: cibum: potũ ꝛ victum. et per conſequens aufert ei vitam. quia Ecc̃i. xxxiiij. panis egentiũ vita pauperũ eſt. et qui defraudat illũ homo ſanguinis eſt. ꝛ qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit ꝓximũ. Decimũ probat̃. q2 reddit ſuũ actorem auarũ. Modo vt dicit̃. j. ad Corinth. v. ſi is qui frater nominat̃ inter vos eſt fornicator aut auarus ꝛc. cum huiuſmodi nec cibũ ſumere. Unde ꝛ Dauid dicebat. Superbo oculo ꝛ inſatiabili corde cũ hoc nõ edebam. Uñ tã ꝓpter ſpũalia q̃ȝ temporalia damna eſt abſtinendũ ab eorum cõtagioſa cõuerſatione: vt patebit in tertia cõcluſione. Undecimũ eſt de ſe notum. quia pauperibꝰ non vult vſurarius mutuare id q̃ indigẽt niſi pauꝑes illi vltra ſortẽ reddãt vſuras de ſuis paucul is bonis qbꝰ metu indigẽt. Duodecimũ ꝓbat̃. q2 hũana natura inclinata eſt ad viuendũ in ocio: ꝛ ꝑ cõ

ſequẽs ad media quibꝫ tale ocium homo aſſequi poteſt. Modo per mutuationem vſurariã que laborioſa nõ eſt poteſt homo faciliter ꝛ abundanter acquirere huiuſmodi ocium. q꞉ poteſt acquirere tẽporalia quibꝫ habitis laborare nõ cogitur. q꞉ labor fit ad acquirendũ temporalia neceſſaria vite humane. Tertiumdecimũ ꝓbatur. quia neceſſitas habendi neceſſaria ad victũ ꝛ veſtitũ multos cogit ad excogitandum ꝛ inueniendũ artes varias etiam vtiles ꝛ neceſſarias reipublice. ꝛ ad eaſdẽ licꝫ laborioſas exercendũ. Modo mutuatio vſuraria retrahit a talibꝫ adinuentionibꝫ ꝛ exercitijs: quia ꝓuidet longe abundantiꝰ et facilius de neceſſarijs ad victum ꝙ̃ faciat laborioſa adinuentio ꝛ exercitatio p̃dictarũ artium. Decima ratio. Ille actꝰ ex quo tot ꝛ tanta damna emergũt quot ꝛ quãta enumerabunt̃ in tertia cõcluſione. ꝛ ecõtra ex eius ꝓhibitione ꝛ nõ tolerantia tot ꝛ tanta cõmoda proueniũt quot ꝛ q̃nta enumerabunt̃ in ſecũda cõcluſione: nõ eſt neceſſarius ad temporalẽ ſalutẽ reipublice. mutuatio vſuraria eſt hmõi vt ibidẽ patebit. igitur ꝛc̃.

## Secunda cõcluſio.

Plurima cõmoda vel vtilitates tam temporales ꝙ̃ ſpirituales ꝓueniunt ex hoc ꝙ nõ exercetur, nec tolerat̃ mutuatio vſuraria in ciuitate. Prima vtilitas eſt rerũ venalium expoſitio. Nam ſepe aliquis habet res aliquas ꝙ̃s exponi venditiõi eſſet vtile tam pauperibꝫ ꝙ̃ alijs de cõmunitate ciuitatis: ipſe tñ eas tenaciter in finẽ cupiditatis retinet. ꝛ licet indigeat pecunijs tñ quia eas mutuo accipere poteſt licꝫ ſub vſuris: nequaꝙ̃ vendit illas res ꝛ ſi mutuantem vſurariũ inuenire non poſſet exponeret res p̃dictas venditioni quem tñ repelleret a mutuo ille qui gratis tñ mutuaturus eſſet. Diceret eñ: diſtrahe res tuas venales hoc tempore. ꝛ ex hoc ꝛ ſimilibus ꝓueniret cõmune cõmertiũ rerũ vtilium. Hoc autem eſſet ĩ rem pauperũ hominum. quia tales ſepe cogunt̃ res eis neceſſarias emere charo p̃cio propter hoc ꝙ ob tenacitatẽ aliorum pauce tales res exponunt̃ venditionibꝫ. Eſſet etiam in rem aliorũ ꝙ̃ pauperũ. quia alij qui illis rebꝫ nõ ĩdigerẽt niſi ad lucrũ (cuiuſmodi ſũt negociatores) poſſent cõpetenti p̃cio emere ꝛ transferendo ad alia loca lucrari in ſuſtentationem ſue familie que tranſlatio etiam eſſet in rem illorũ extraneoꝝ ad quos deferrent̃. Nec obſtat ꝙ nonnũꝙ̃ etiam aliquis pauꝑ qui penitꝰ nullũ inuenire poſſet mutuantem cogeret̃ res ſuas exponere venditioni pro viliori ꝙ̃ iuſtũ ſit. Nã ꝙ̃uis talis patiet̃ damnũ: tñ illud eſt damnum ꝑuatũ cui ꝓponderãda eſt cõmunis vtilitas iam tacta. cuius etiaꝫ ipſe reſpectu alterius hominis poteſt eſſe particeps. et ſic ſibi refundet̃ illud damnũ. Preterea illud damnũ eſt minus ꝙ̃ frequenter eſt illud qđ accidit p̃dictis pauperibꝫ ſub vſuris accipientibꝫ: eo ꝙ ad longe maiora incõmoda deducunt̃ ꝑ vſuras quas ſubeũt. Secunda vtilitas eſt ciuiliũ rerum cõſeruatio: et hoc tripliciũ. Primo rerum impignorabiliũ. quia tales remanerẽt inter eos ſed cum exercet̃ vſura in ciuitate deuoluũtur nomine pignorũ res ciuiles ad vſurarios: quas etiã tandem ꝑ forte retinent et eaſdem tranſmittũt ad alia loca vbi chariꝰ vendunt̃. Secũdo denarioꝝ. Nam ſiue ille res venderent̃ ſiue emerẽt̃ ſemꝑ res remanerent inter ciues. nec omnes in vno irreplebili ſacco cõcluderent̃ in magnã deformitatem corporis myſtici. ſcꝫ reipublice. in quo deformitas eſt vnũ ciuem exiſtẽtem membrũ illius ciuitatis vt corporis habere diuitias exceſſiuas tãꝙ̃ carnoſitatẽ et pinguedinẽ exceſſiuã alijs ciuibꝫ eiꝰ cõmembris nimis marceſcentibꝫ. Tertio cõſeruatio ciuitatis atqꝫ terrarũ. Nã ex p̃cedentibꝫ ꝯſeruationibꝫ ciuitas vel terra melius poſſet imminẽtibꝫ ꝑiculis ac guerris obuiare ſuis preſſuris. Tertia vtilitas eſt peccatorũ diminutio. Nã ſtante mutuatione vſuraria multa pctã incurrunt̃ non tñ ꝑ ipſm vſurariũ: ſed etiã ꝑ innumerabiles alios occaſione illiꝰ. vt patebit in tertia ꝯcluſione. que tñ ceſſarẽt ſi nõ ſuſtineretur talis mutuatio. Quarta ciuilis amicicie ĩter ciues generatio Ex hoc eñ ꝙ mutuãtes ceſſarẽt a dãnoſa exactiõe vſuraꝝ. ꝛ ſic gratis mutuarẽt. accẽderent̃ recipiẽtes mutuũ ad diligendũ mutuãtes ꝙ̃s prius vel nõ dilexerãt vel oderãt. Beneficia eñ impenſa accendunt beneficiatũ ad amorẽ

benefacientis. Unde mutua dilectio q̄ ex deſuetudine alterutꝝ ſubueniēdi extincta fuerat inter ciues viuificaꝛ ꝑ mutua ſeruitia ſibi inuicē impenſa ꝛ domeſticanꝛ ſilueſtria corda hominū ꝛ efficiꝛ ciuitas q̄ eſt ciuium vnitas. E cōtra vero ex omiſſione talium ſeruitioꝝ. ſcȝ mutui gratuiti naſcitur ruditas ꝛ aſperitas cordiū inter ciues: ꝛ ex aſperitate faciliter iniurie oriuntur et rixe: diſſenſiones: ſecte: partialitates et guerre. multo magis hec oriunꝛ ex iniurioſa exactione vſurarū ab inuicē. Quinta eſt amicicie genite augmentatio: quia ex eiſdē actibus augetur habitus ex q̄bus generatur. Sexta eſt eiuſdē amicicie genite ꝛ aucte cōſeruatio. Nā ex eiſdē actibꝫ ꝯtinuatis ꝯſeruaꝛ habitꝰ ex q̄bus genitꝰ eſt et auctꝰ. Uñ etiam ſi qui ſint ſibi amici et aliq̄s caſus ſe offerret quo natus eſſet vnus cōcitari aduerſus alium: ſi tñ eſt beneficiatus ab alio ipē vel amore iuſticie vel ſaltē timore verecundie deſiſtet ab attemptando quid mali cōtra eum: ꝛ ſic cōſeruaꝛ amicicia eorum. Immo experimur ꝙ ex deſuetudine mutue familiaris conuerſationis ꝑcontracta amicicia tepeſcit et tandē deperit. ꝛ etiā ꝙ rancoroſitas duoꝝ ex ſola mutua cōuerſatione ſupueniente liqueſcit ꝛ euaneſcit q̄ꝫto magis ad hoc cōfert bñficiū mutuationis inuicē impenſum. Et ex ſolis quarta q̄nta et ſexta vtilitatibꝫ poſſet conuinci falſitas dicentiū vſurariā mutuationē eſſe neceſſariam ꝓ republica. Nam neminē latet q̄ꝫtū noceat reipublice diſcordia ciuiū. et ꝑ conſequens illud quod candē ſuſcitat ꝛ econtra q̄ꝫtum eidem cōferat cōcordia eorundem. Nam ꝯcordia ꝑue res creſcūt diſcordia vero maxime dilabunꝛ.

**Tertia** cōcluſio. Plurima incōmoda et damna temporalia ꝛ ſpiritualia ꝓueniunt reipublice ex mutuatione vſuraria. ꝓbaꝛ enumerādo duodecim. Primū eſt rerū impignorabiliū de illa ciuitate et terra alienatio cui incōmodo opponiꝛ vtilitas illa q̄ eſt reꝝ impignorabiliū in ciuitate cōſeruatio. et hoc patuit in ꝑcedenti ꝯcluſione. Secundū eſt taliū rerū deſtructio. Nam multa pignora dantur vſurario vt lanee ꝛ linee veſtes q̄ a tineis cōſumuntur vel a muribꝫ corroduntꝛ et alia ſuppellectilia erugine varijſq̄ʒ modis ꝯſumunꝛ. Tertium eſt taliū pignorū ad vſurariū deuolutio ꝓ longe viliori ꝑcio q̄ꝫ valeāt: adeo ꝙ longe tolerabiliꝰ fuiſſet recipienti mutuū ſub vſuris ꝛ impignoranti talia ꝙ ea ſtatim expoſuiſſet vēditioni: etiam ſi ꝓ longe viliori ꝑcio dediſſet q̄ꝫ ꝙ recepit a vſurario mutuū ꝛ talia eidem impignorauit. Nam publici vſurarij cōmuniter volūt ꝙ pignus excedat ſortē mutuatam in duplo vel triplo. et trāſacto certo termino debeat pignus eſſe ꝓ ſorte deuolutū ad ipm. Et dato ꝙ recipiēs intendat añ finē termini redimere: tñ ſepe cōtingit ꝙ interuenit impedimētū q̄ vel nō recolit vł nō pōt redimere. ꝛ ſic pinguiſſimū pignꝰ ꝓ vili ſorte dimittere cogeꝛ. Quartū ē deformatio corporis myſtici. ſcȝ reipublice, q2 ꝑ hmōi mutuationē diuitie a pluribus mēbris ciuitatis abſtrahenꝛ ꝛ ad vnū vel duo mēbra ciuitatis affluent. ꝛ q̄ꝫta ſit illa diſſormitas patuit in ꝑcedenti cōcluſione Quintū eſt imminēs ruina illius corporis myſtici. Quis enim nō diceret illud corpꝰ myſticū naturale, ſtatim eſſe ruiturū ac moriturum cuius vnū membrū vt caput vel crus maxima pinguedine intumeſceret ꝛ ꝑſertim ſi ex eo humido cibali intumeſceret qđ ab alijs mēbris illis indigentibꝫ vſurpareꝛ. Nam caput illa omnia alia ſuo pōdere obrueret. Similiter ſi omnis calor naturalis ad vnum vel duo membra cōflueret: relictis membris extremalibꝫ: et multo magis illi corpori mortē imminere iudicaremꝰ ſi illud membrū cunctis ceteris eſſet letaliter inimicū ꝛ cōtrariū. Qđ notent hi qui in republica chriſtianorū admittūt iudeos ad exercendū fenus. Nam ſic diuitie chriſtianorū ciuium ad manus iudeorū q̄ ſummo ꝛ implacabili odio ꝑſequunꝛ chriſtianos deuoluunꝛ. Sextum eſt extinctio ciuilis amicicie inter mutuātes ꝛ recipientes. quod tripliciter probaꝛ. Nam Augꝰ. ait in de fide ad Petrum. Cupiditas venenum eſt charitatis. modo peccatū vſure ꝓuenit ex cupiditate. igitur ꝛc. Secūdo ꝓbaꝛ idē experientia. Videmꝰ enī ꝙ ſi q̄s nō velit ꝓximo niſi ſub vſuris mutuare exoſum habiꝛ is ꝯ eū et quē ꝑus dilexit nūc odit. Tertio ꝓbaꝛ rōe. Nā ꝯtrarioꝝ ꝯtrarij ſūt effectꝰ. mō grāuita mutuatio vt dictū ē cauſat ciuilē amiciciā. igiꝛ econtra igratuita

mutuatio extinguet eam et generabit odium. Septimū eſt plurimarum perſonarū deſtructio q̄ occaſione facilitatꝫ inueniēdi mutuantes ad vſuras: negligenter viuunt atqꝫ ꝓdige ſua cōſumunt in periculū tam animarū ꝓpriarū q̄ȝ etiā vxorū ⁊ filiorū ſuorum q̄s depauperat ⁊ ſcelera attemptant q̄'als nūq̄ȝ attemptaſſent. Octauū ē plurimarū ꝑſonarū (q̄ occaſione vſurarie mutuationis culpas etiā mortales ſeu peccata cōtrahunt ⁊ incurrūt) in ꝯſciētia maculatio. et ꝑ nunc recitabunt. xxvj. genera talium hominū. Primi ſunt hi q̄ ab vſurarijs petūt vel recipiūt mutuū ſub vſuris nō ſeruatis cōditionibꝫ ſeruādis iuxta determinata in precedenti q̄ōe. qd̄ tñ multipliciter accidere pōt. Secundi ſunt ſacerdotes recipiētes oblatiōes ad altare de manifeſtis vſurarijs. q2 faciūt ꝯtra ꝓhibitionem ꝯcilij Lateraneñ. in. c. q2 in omnibus. extra de vſuris. ⁊ oblata reſtituere tenentur. Tertij ſunt recipientes ſcienter elemoſynas ab vſurarijs: ſaltē ab illis q̄ nihil habent niſi vſuras certas vel ſubiectas certe reſtitutioni vſurarꝫ. Nam tales faciunt eos impotētes ad reſtitutionē: ⁊ ſic ꝑiudicāt proximo cui reſtitutio certa fieri deberet. Si q̄s tñ reciperet elemoſynā ab eis nō animo ſibi retinēdi ſed dandi a q̄bꝫ extorſerūt vſurarij nō peccaret. Nam tūc eſſent negociorū ꝓximi vtiles geſtores et nō ꝑiudicarēt eis. Similiter etiā peccant q̄ licet recipiāt elemoſynas ab illis vſurarijs q̄ habēt aliqua bona iuſte q̄ſita, tñ ꝑ hoc q̄ acciperēt ab eis elemoſynas redderent eos impotētes ad reſtituēdū ſuis creditoribꝫ: eo q̄ illa bona eſſent corā deo obligata ꝓ reſtitutione vſurarū. peccant inquam niſi aliqua legitima cauſa excuſarētur quō aliquādo elemoſynā accipientes a ſure excuſarent. Quarti ſunt clerici vel laici locantes vel alio titulo cōcedentes domos manifeſtis vſurarijs alienigenis ad exercendū vſuras vel volentibꝫ exercere vſurā. vt in. c. vſurarū. de vſuris. lib. vj. Uñ erunt participes omniū malorū q̄ in illo exercitio cōmittunt. Quinti ſunt ſuſtinētes q̄ in ſuis terris morent tales manifeſti vſurarij alienigene habētes domos ad exercendū vſurā ꝯductas vel alr̄s inhabitantes. Nam debēt eos expellere infra tres menſes: qd̄ niſi fecerint ſi ſunt patriarche: archiepī vel epī: ipſo facto ſunt ſuſpēſi. Si autem ſunt minores eccleſiaſtice ꝑſone ſunt excōmunicati ſi autem ſuſtinentes ſunt collegiū vel alia vniuerſitas ſunt interdicti. et ſi quo ꝑdictoꝝ ꝑdictam ſententiam ſuſtinerēt ꝑ tres menſes tunc terre eorundem q̄ȝdiu apud eos predicti vſurarij cōmorant: eccleſiaſtico ſubiacebūt interdicto. vt i. c. vſurarū. de vſur. li. vj. Sexti ſunt notarij ſcienter ꝯficiētes inſtrumēta ſuꝑ ꝯtractu vſurario. Nam illi etiā ſunt ꝑiuri. quia cōmuniter iurāt q̄ non velint talia facere: ⁊ per ꝯſequēs ſunt infames. nec de cetero poſſunt teſtificari nec inſtrumenta cōficere. extra de teſti. c. licet ex quadā. §. j. in fine. Septimi ſunt teſtes contractuum vſurarū ⁊ ſigillātes inſtrumenta.

Octaui ſunt proſenete mediantes inter cōtrahentes cōtractu vſurario. Noni ſunt ſocij vſurariorū qui participāt in lucro vſurario. Decimi ſūt miniſtri q̄ vſurarijs ſeruiunt in exercitijs vſurarū. Undecimi ſunt aduocati patrocinātes ꝓ vſurarijs in cauſa vſurarū. Duodecimi ſūt poteſtates vel officiales ꝯficientes vel ſcribētes ſtatuta in fauorē vſurariorū quibꝫ ſcꝫ diſponitur q̄ vſure exigi poſſint. vel q̄ debeant ſolui: vel q̄ ſolute nō poſſint repeti.

Tertijdecimi ſunt poteſtates ꝑbentes vſurarijs poteſtatē exercendi vſuras. ſicut ſunt illi qui eos aliunde aduenientes vel in ciuitate ſua ꝑexiſtentes cōducunt cum pacto eis ꝑmittendi vel cōcedendi exercitiū vſurarū: de quibus habitum eſt queſtione. xxvij. Decimiquarti ſunt qui ſm̄ ꝑdicta ſtatuta iudicant ſcienter. ſcꝫ decernēdo q̄ vſure ſoluant: aut ſolute nō repetantur. Decimiquinti ſunt qui hmōi ſtatuta edita de libris cōmunitatū ſuarū ſi ſuꝑ hoc poteſtatē habuerint nō deleuerint infra tres menſes. Decimiſexti ſunt qui q̄cumodo ꝑdicta ſtatuta vel cōſuetudines eorum effectū habentes ꝑſumpſerint obſeruare. Quid autem ſit dicendū de ſtatutibus tantummō negatiue. ſcꝫ q̄ vſurarij nō recipiāt vltra duos denarios vſurarū nomīe ꝑ menſem. an illi peccent vel incurrant penā patuit ſuꝑ q̄ōe. xxvij. ꝯcluſione v. Et de illis quattuor generibꝫ habet in Clemē. vnica. de vſuris. Decimiſeptimi

ſunt tutores ⁊ curatores pupillorū ⁊ ſimilium q̄ ꝓ talib⁹ exercēt ↄtractus vſurarios aut tales cōtractus prius celebratos manutenent demandātes eoſdem executioni.

Decimioctaui ſunt quicūq; recipiūt ab eis realia dona ex quoꝝ receptiōe efficiūtur vſurarij impotētes ad reſtituendum.

Deciminoni ſunt hi q̄ etiā licet operas ſuas impendāt eis ⁊ ꝓ illis recipiūt ab eis ꝓcium in quib⁹ tn̄ nō relinquunt eis equiualens, q² tunc impoſſibilitāt eos ad reſtitutionē vt ſunt barbitonſores ⁊ balneatores. Nam ex illoꝝ opis nō acquirit vſurarius aliq̄d loco ꝓcij dati q͛ aliquid poſſet dare ꝓ reſtitutione vſurarū. ſecus de illis qui eis vendūt mercem ꝓ cōdigno precio Hi eñ recipiendo ꝓcium vſurariū ab eis reddūt eis equiualēs: et ſic nō impotētes eos faciunt ad reſtituendū ſaltē: hoc verū eſt tenendo q͛ dominiū vſurarū trāſeat in vſurariū. Et in his duob⁹ generib⁹ videāt tpales dn̄i recipientes dona ⁊ tributa ab vſurarijs. Viceſimi ſunt tam dn̄i temporales q̄ꝫ plan eccleſiaſtici (quoꝝ intereſt eos coercere) tolerātes eos, put dictum eſt in q̄ſtione .xxvj. Viceſimiprimi ſūt coꝝ vxores: filij: cōſanguinei: ⁊ affines vt generi recipientes dotes ꝓ vxorib⁹ de vſuris. et ſimiliter alij comedentes ⁊ ↄſumentes de vſuris coꝝ. Viceſimiſecūdi ſunt hi qui noīe hereditario vel legati ſuccedūt eis occupantes ea que ipi extorſerūt ꝑ vſuras et ibi videāt religioſi ⁊ alij q̄ ab eis accipiūt legata Viceſimitertij ſūt executores teſtamentoꝝ taliū quib⁹ nō diſponit̄ reſtitutio vſurarū ſed impedit̄. Nam tales ſua executione ꝑiudicant leſis per vſurarios ⁊ teſtamenta nō valēt q̄ ſunt facta ꝑ manifeſtos vſurarios ꝑdicto modo: ſed ſūt irrita ipo iure. vt in .c. quāq̄ꝫ. de vſur̄. li. vj. immo ꝓhibitū eſt oīb⁹ ne interſint teſtamētis manifeſtoꝝ vſurarioꝝ. vt in .c. ꝑallegato ptꝫ.

Viceſimiquarti ſunt hi q̄ mutuāt vſurarijs vt eo copioſius ſenerari poſſint.

Viceſimiquinti ſunt abſoluētes manifeſtos vſurarios ↄtra vel ꝑter formā q̄ cōtinetur in .c. quāq̄ꝫ. de vſuris. li. vj. Viceſimiſexti ſunt q̄ manifeſtos vſurarios ſepeliunt. Omniū itaq; illoꝝ generū homines ſuas ↄſcientias maculāt mortalib⁹ culpis, quia aut efficacem cauſā dāt pctō mortali ſcꝫ iniurioſe receptioni vſurarum cōtra charitatē ꝓximi. Aut faciūt al's actū qui cōſtitutione ꝓhibitiua eſt prohibit⁹ ꝑ eccleſiā. aut ↄſentiūt facientib⁹ mortale. et ita digni ſūt pena mortalis culpe. ad Ro. j.

Nonū incōmodum eſt triū cenſuraꝝ eccleſiaſticarū ꝑ multas ꝑſonas et loca incurſio, ſcꝫ excōmunicationis maioris: ſuſpenſionis ⁊ interdicti. Nā occaſione mutuationis vſurarie q̄nq; genera ꝑſonarum incurrūt ipo facto excōmunicationē maiorem. ſcꝫ illi de q̄rto genere dummō ſint eccleſiaſtice ꝑſone. et illi de .xiij. xiiij. et .xv. ac xvj. generib⁹. Suſpenſionē vero ipo facto incurrūt duo genera ꝑſonarū. ſcꝫ illi de q̄rto genere ſi ſint patriarche: archiepi vl' epiſcopi ⁊ nō ſimplices clerici tm̄. et ſimiliter illi de q̄nto genere. Suſpēſionē etiā incurrunt recipientes oblatiōes coꝝ. vt in .c. q͛ in omnib⁹. Attn̄ ſuſpēſio illius .c. nō eſt late ſnīe. vt in ꝑcedentib⁹ duobus generib⁹. ſed vt Hoſti. placuit tm̄ eſt ferēde ſnīe ſm benigniorē opinionē. Interdictū ipo incurrūt vniuerſitates vel collegia ⁊ terre ille de q̄bus dictū eſt in caſu q̄nti generis.

Decimū malū eſt obligationū ꝑ innumerabiles ꝑſonas incurſio. Nam innūerabiles ꝑſone incurrunt obligationē reſtituēdi vſuras ex hoc q͛ fauorē efficacē dederūt ad vſurariā mutuationē, vel ex hoc q͛ reddiderunt vſurarios impotētes reſtituere vt patuit ī multis generib⁹ ꝑdictis Vndecimū malū eſt inuolutio pluriū ꝑſonaꝝ in multas inexplicabiles intricatiōes laborinthos ⁊ ꝑplexitates q̄bus vt cōpedibus inuoluunt̄ hi q̄ ꝑdictis modis dant occaſionē mutuationis vſurarie: vel de vſuris viuūt ex q̄bus difficillimū eſt eis ſe eximere ſine magno periculo animarum.

Duodecimū malū eſt multoꝝ flagellorum dei incurſio. Nam ꝓpter peccatū mutuationis vſurarie: maxime publice exercitum ⁊ toleratū atq; fauoriſatū deus multipliciter flagellat nō modo ſingulares ꝑſonas. ſed etiā ipas cōitates ⁊ rempublicam. nūc peſtilētia: nūc hoſtili gladio: nūc fame eos atterendo: nunc ciuili diſcordia et inteſtinis bellis ⁊ controuerſijs ac partialitatib⁹ ſcindendo: vt verificet̄ qđ optauit dauid pſalmo. liiij. Precipita domine linguas coꝝ: qm̄ vidi iniquitatem ⁊ contra

tradictionē in ciuitate. Et infra. Et nō de-
fecit de plateis eius vſura ⁊ dolus. Ex q̄
bus tn̄. malis tam tempoꝛalibꝯ q̄ȝ ſpūali-
bus ptȝ merito dictū eſſe in. c. vſurarū vo-
raginē. de vſuris. li. vj. ꝙ vſurarū voꝛago
ſias deuoꝛat ⁊ facultates exhaurit. Qua
igit̄ fronte aliq̄ filii huiꝰ ſeculi prudentioꝛ-
res filiis lucis: quoꝝ ſapiētia terrena dia-
bolica eſt ⁊ animalis audēt dicere mutua-
tionē vſurariā que tot damna ingerit eſſe
vtilē reipublice: imo neceſſariā.

## Contra cōcluſionē

pmā arguit̄ pmo ſic. Ciuitas nō pt cō-
ſiſtere ſine mutuātibꝯ: ſed nō inueniuntur
mutuātes niſi ad vſuras. igit̄ nō poteſt ci-
uitas cōſiſtere ſine mutuatiōe vſuraria. ⁊ ꝑ
cōſequēs eſt neceſſaria ꝓ ciuitatis ſubſiſtē
tia. Maioꝛ eſt nota. minoꝛ ptȝ ad experiē-
tiam. Nā ſi aliq̄n reperiant̄ gratis mutuā
tes hoc tn̄ adeo raro ꝯtingit ꝙ ꝓ nihilo re
putat̄. q꞉ ꝑ hmōi mutuare tam raro cōtin-
gens nō pōt ſuccurri tot multiplicibꝯ indigen
tiis eoꝝ q̄ indigēt mutuo. Dicendū ꝙ ar-
gumentū peccat in foꝛma. q꞉ in ſimili foꝛ-
ma dat̄ inſtantia. ſcȝ Johānes nō pōt ſub
ſiſtere q̄n ſit ſanus vel eger. ſed nō eſt eger:
igit̄ neceſſario eſt ſanus. ꝯn̄s eſt falſuȝ ſal-
tem loquēdo de neceſſitate ꝯſequēt̄. Vn̄
licet ꝓpoſitio de ꝑdicato diſiuncto ex oppo
ſitis immediatis ſit neceſſaria. tn̄ ſtat ꝙ v-
trū ꝗ diſiuncti ꝯtingēter ꝑdicet̄ de ſub-
iecto. Sic etiā hic. ciuitas neceſſario habȝ
mutuantes. ſcȝ vel gratis vel ad vſuras. ⁊
nō habet mutuantes gratis ⁊ tn̄ nō neceſ
ſario habet mutuātes ſub vſuris. Vn̄ de-
beret inferri ꝯcluſio ſine modificatiōe ne-
ceſſitatis hoc mō. ergo ciuitas nō conſiſtit
ſine mutuantibꝯ ad vſuras. Et illa conclu
ſio nō ꝯtradicit ꝑme cōcluſioni: ſed ſimul
ſtare pñt ſicut ille due. Johānes pōt viue
re ſine peccato moꝛtali. et Johes nō viuit
ſine peccato moꝛtali. Ex ſi minoꝛ fiat etiam
de modo erit falſa. q꞉ ſi eſſet vera ſequeret̄
ꝙ aliquī habētes res mutuabiles ⁊ volē-
tes mutuare neceſſario peccarēt. ſcȝ vicioſe
mutuando: qꝺ eſt falſum. q꞉ nemo peccat
in eo qꝺ vitare nō pōt Et ſi replicet̄ dicē
do ſaltē minoꝛ facta de modo eſt vera ſi ni
telligat̄ ſic ꝙ non pñt inueniri mutuantes
niſi ſub vſur̄. id eſt difficile eſt inuenire mu
tuantes niſi ſub vſuris. Dicendū dupli-
citer. Pꝛimo ꝙ dato ꝙ ſic intellecta eſſȝ ve
ra tn̄ ꝯſequēter ꝯcluſio non aliter eſſet in
telligēda niſi ꝙ ciuitas nō poſſet. i. difficī-
le eſſet eā ſubſiſtere ſine mutuantibꝯ ad vſu
ram. Hoc aūt nō eſt cōtra ꝯcluſionē ꝑmā
q̄ loquit̄ de poſſe. multa eīm pñt fieri q̄ tn̄
difficilia ſunt. Secūdo dicendū ꝙ minoꝛ
ſic intellecta eſt vera loquēdo de difficul-
tate nō abſoluta: ſed ſolū ex ꝯditione: q̄ tn̄
cōditio ſine difficultate notabili tolli poſ-
ſet. Nā cauſa cur difficile eſt inuenire mu-
tuantes eſt. q꞉ nō cohibent̄ mutuātes ſub
vſur̄. Si eīm tales ꝓhiberent̄ ⁊ acriter pu
nirentur nemo mutuaret ſub vſuris: et tn̄
adhuc indigētibꝯ mutuo ſubueniret̄: q꞉ in
uenirent̄ multi q̄ mutuarēt gratis qui al's
habita omnimoda opportunitate ⁊ licētia
vſuras exigēdi non gratis mutuant ſicut
etiam ī aliꝗs peccatis accidit a q̄bus mul
ti abſtinerēt ſi ſaltem aliq̄ ciuili pena vel ꝓ
hibitione cohiberent̄.

## Secūdo

arguit̄ ſic. Ciuitas non pōt ꝯſiſtere ſine eo qꝺ
eſt eius cōmoditas: et cuius oppoſitū ē in-
cōmoditas. Sed mutuatio vſuraria ē cō-
moditas ciuitatis ⁊ eius carētia eſt eiꝰ in-
cōmoditas. igit̄ ciuitas nō poteſt cōſiſtere
ſine mutuatōe vſuraria. Maioꝛ ꝓbat̄. q꞉
hoc dicimur poſſe qꝺ cōmode poſſumꝰ: ⁊
ꝑ ꝯſequens qꝺ nō niſi cum incōmoditate
poſſumus dicimur nō poſſe. Minoꝛ ꝓba
tur. quia cōmoditas ciuitatis eſt ꝙ ciues
indigētes mutuo nō ſolū inueniāt mutuā
tem: q꞉ hoc eſt neceſſariū. ſed etiā ꝙ ꝓmpte
et faciliter inueniant eos. Modo dato ꝙ
indigētes inuenire poſſent gratis mut[illegible]
tes: tn̄ ex quo nō ꝓmpte ⁊ faciliter inue[illegible]
rent tales ⁊ tn̄ faciliter ⁊ ꝓmpte inuenirēt
mutuātes ſub vſuris. igit̄ ⁊c. Dicenduȝ
quadrupliciter. Pꝛimo ꝙ maio[illegible] eſt vera
q̄n talis cōmoditas nō habet an[illegible]eṭā diui
nam moꝛtalem offenſam. mō talis eſt mu
tuatio vſuraria. igit̄ ⁊c. Vnde n[illegible] dicē
dum ciuitatē nō poſſe ſubſiſtere ſine pecca
to moꝛtali. Scōo dicendū ꝙ ſi admittere
tur indiſtincte maioꝛ: minoꝛ eſt neganda.
q꞉ ſi ſtrēnue extirparent̄ vſurarii inuenirē
tur mutuantes gratis etiā ꝓmpte. Et ſi re
plicet̄: licet inuenirent̄ gratis mutuantes
nō tn̄ inuenirent̄ cū ꝑmitterent̄ mutuātes

ad vſuras. Dicendum ꝙ hoc ſcȝ ꝙ nõ ita
ꝓmpte inuenirent gratis mutuãtes nõ eſt
talis vel tãta incõmoditas ꝙ ꝓpter hoc dici
poſſet ꝙ ciuitas nõ poſſit ſubſiſtere ſine ta
li ꝓmpta inuentiõe. Nã ciuitas nõ p̄t hr̄e
oĩa q̄ ſibi cõmodiſſima forēt q̄n ſine illis
ſubſiſtere poſſit. imo ciuitati expedit q̄ ad
aliq̄d nõ habere tantã ꝓmptitudinē inue-
niendi mutuãtes gratis q̄ñta habet inue-
niendi mutuãtes ad vſuras: eo ꝙ illa faci
litas longe plus occaſionaret multos ad
negligēter viuendũ: dilapidandũ ꝛ diſtra
hendũ bona ſua q̄ faciat facilitas inueniē
di mutuãtes ſub vſuris: q̄ tñ plurimos de
ſtruit. Tertio dicendum ꝙ dato ꝙ nõ ita
ꝓmpte inuenire gratis mutuãtes ſicut in-
uenire mutuãtes ad vſuras ſit aliq̄lis in-
cõmoditas: non eſt tñ tãta q̄ñta eſt ꝓmpte
inuenire mutuãtes ſub vſuris. q2 ſecundũ
eſt ꝑnicioſius p̄mo. q2 primũ tñ ingerit tē
porale diſpendiũ petēti mutuũ. ſecundum
aũt ingerit tam tꝑale q̄ ſpũale petēti atq3
mutuãti. ꝛ tã eis q̄ reliq̄s ac toti ciuitati.
q2 ſemꝑ petēs tale cogit̄ de ſuo dare aliq̄d
indebitũ. et etiã q2 multi occaſione illi⁹ fa-
cilitatis diſſipãt bona ſua vt dictum eſt.
Spũale aũt diſpendiũ ſatis patuit in cõ-
cluſionib9 p̄miſſis. Quarto dicendũ ꝙ il
li hoĩes q̄b9 hec maior cõmoditas (ſi eſſet
maior) deſeruiret ſunt triplices ꝛ duo vlti
ma genera illoꝝ hoĩm hr̄e illã cõmodita-
tem nõ eſt niſi illos hoĩes hr̄e materiã pec
candi. ideo illa maior cõmoditas eſſet ma
ior ꝑnicioſitas eis q̄ cõmoditas ꝛ eis po-
tius auferēda q̄ p̄ſtanda ꝓ bono ciuitatꝭ.
Aſſumptũ ꝓbat̄. Nã q̄dã accipiunt ꝓpter
neceſſitatē: q̄dã ꝓpter iniquitatē: q̄dã ꝓpter
cupiditatē. et q̄uis p̄mis videat̄ eſſe q̄dã
cõmoditas: ſemꝑ tñ eſt eis etiã ꝑnicioſuȝ.
q2 ſi pauꝑ eſt iam pauꝑior reddit̄. q2 plus
reddere cogit̄ q̄ accepit. et dato ꝙ talis vi
taret maius damnũ q̄ ſit illud qđ patitur
ſoluēdo vſuras: tñ adhuc non p̄t negari
q̄n ibi ſit ꝑnicioſitas: etiã ſi minor ſit q̄ cõ
moditas. nec ꝓpter eã eſſe minorē eſt tole-
randa. q2 eſt p̄uata cõmoditas q̄ nõ p̄põ-
derat publice cõmoditati: ꝛ multo minus
publice honeſtati ac diuino timori. Scđi
aũt ſunt q̄ ſub vſuris accipiũt ad ſcortan-
dum: ludendũ ꝛ alias iniq̄tates ꝑficiendũ.
Et talib9 nõ ſolũ nõ eſt cõmoditas ſȝ grã-
dis ꝑnicioſitas inuenire ꝓmptos mutuan
tes ſub vſuris: q2 eſt eos hr̄e materiã pec-
candi. Tertij ſunt vt artifices ꝛ negociato
res nõ indigētes mutuo niſi ad cumulan-
dum diuitias q̄b9 ſatiſfiat ſue inſatiabili ꝛ
inſatiſfactibili cupiditati. ſil'r illi q̄ a pu-
blico vſurario mutua q̄runt vt ea alijs ꝓ
maiori ꝯcedãt. ꝛ ill' ſil'r eſt magna ꝑnicioſi
tas inuenire ꝓmpte mutuãtes ſub vſuris.

Tertio arguit̄ ſic. Ciuitas nõ p̄t
ſubſiſtere ſine eo qđ eſt ne-
ceſſarium ad hoc ꝙ inter duo tꝑalia mala
maius malũ vitet̄ ꝛ ſolũ min⁹ incurratur.
mutuatio vſuraria eſt hmõi. igit̄ ꝛc. Ma-
ior nota. minor ꝓbat̄. q2 ſepe ꝯtingit ꝙ ali
quis eſt magnũ damnũ paſſur⁹ qđ ipſe ali
ter vitare nõ p̄t niſi recipiendo mutuũ. et
q2 al's neminē inuenit q̄ velit ſibi mutuare
g̃tis. ideo nõ niſi mutuatiõe vſuraria po-
terit id vitare. vt puta indiget centũ floreñ.
q̄s niſi habeat patiet̄ damnũ in q̄nquagin
ta floreñ. vel in fama. vl' coget̄ res ſuas di
ſtrahere ꝓ p̄cio i. xx. floreñ. nimis remiſſo
et tñ ſi centũ accipiat mutuo ſub vſurꝭ q̄n
q3 floreñ. ꝑ annũ nõ niſi damnũ q̄nq3 flo-
reñ. patiet̄. Dicendũ tripliciter. Primo ꝙ
minor eſt falſa ſi intelligat̄ vniuerſalit̄. fal-
lit em̄: imo ſtat nõnũq̄ ꝙ min⁹ damnoſuȝ
eſſet tali indigēti vēdere res ſuas ꝓ precio
etiã lõge viliori q̄ iuſtũ ſit q̄ ꝙ accipit mu
tuum ſub vſurꝭ. vt patuit ĩ tertio malo ter
tie ꝯcluſionis. Secundo dicendũ ꝙ da
to ꝙ minor ſit aliq̄n vera reſpectu vnius
vel duoꝝ. tñ ex q̄ talia damna ſũt p̄uata ꝛ
tꝑalia: damna ħo q̄ ꝓueniũt ex mutuatiõe
vſuraria ſunt publica tã tꝑalia q̄ ſpũalia
q̄ multiplicit̄ tacta ſũt in tertia ꝯcluſiõe. ꝛ tñ
illa ſcđa ſũt ſimpl'r maiora alijs. ꝛ per ꝯñs
ꝓ illis alijs vitãdis non eſt neceſſariũ hr̄e
mutuationē vſurariã. q2 tũc nõ eſt neceſſa
ria ad hoc vt inter duo mala maius vitet̄.
imo ꝯfert ad hoc vt mai⁹ incurrat̄ ꝛ min⁹
vitet̄. Tertio dicendũ ꝙ maior eſt vera
quãdo id qđ ſic eſt neceſſariũ nõ habet di
uinã offenſam annexã. Nã ſi habet eã an-
nexam nõ eſt neceſſariũ ad vitandũ maius
damnũ tꝑale. imo eſt met mai⁹ vtroq3 dã
no tꝑali. et ꝑ ꝯñs cõfert ad incurrendũ ma
ius malũ ſimpliciter. modo ſic eſt de mu-
tuatione vſuraria. igit̄ ꝛc. Unde etiã ſũma
xima damna tempalia vitētur et maxima

bona tēpalia ꝑ eam acq̄rant quib etiā q̄s velit captiuos redimere chriſtianos ⁊ aleret paupes, nihilominꝰ nō eſt dicēda vtilis reipublice. et multominus neceſſaria neqꝫ licita: nec etiā eiꝰ toleratio erit ꝓ hͦ licita: vt tactū eſt. q. xxvj. et. xxvij. Secꝰ vbi toleratio fieret ad vitandū aliqͦ damnū ſpirituale maius mutuatōe vſuraria qͦ alīs vitari nō poſſet. Nec eſt verū ꝙ non ſit dabile ſpūale malū maius pctō vſure, put patuit eadem queſtiōe.

## Queſtio. XLIX

# Vtrū mutuatio

vſuraria magis ſpectat ad ɔſideratōēz theologi q̄ȝ ad ɔſideratōnem iuriſpiti. Quare aūt pſens q̄ſtio moueat patebit ex correlario q̄rte ɔclonis. ⁊ de quib theologis fiat patebit ex tercia ɔclōne. Solutio q̄ſtiōis ſtat in trib ſuppoſitōib: q̄ttuor concluſionibus ⁊ vno correlario

**Prima** ſuppoſitio. Eadē res pōt ſpectare ad ɔſideratōnez diuerſoꝝ artificū atqꝫ ſciaꝝ. ⁊ hoc fieri ɔtīgit dupliciter. Prīo ſubijciēdo illā rem reſpectu diuerſoꝝ p̄dicatoꝝ: quo mō homo eſt de cōſideratōe philoſophie moral' puta reſpectu illiꝰ p̄dicati felicitabile. ⁊ eſt etiam de ɔſideratiōe phie naturalis reſpectu illiꝰ predicati mobile corruptibile ⁊ hmōi Alio mō etiaȝ reſpectu eiuſdē p̄dicati. nec oportet addere ꝙ hͦ fiat ɔſiderādo ſub diuerſis ratōib formalib. nā hoc ɔtingit etiam ſub eadē ratōe formali capiēdo ſubiectum ſcꝫ ſub ſua q̄ditate q̄ eſt eius ratio formal'. Vñ hoc pōt ɔtingere altero illoꝝ triū modorum. ſcꝫ aut qꝛ p̄dicatū de illo ſubiecto oſtendit in vna ꝑ aliud mediū: ⁊ ꝑ ɔñs ꝑ aliud p̄ncipiū q̄ȝ in alia. quo mō ꝺ terra demonſtrat eē ſpericū i phia naturali. vt ptꝫ in fine ſcōi de celo. ⁊ etiā idē demōſtrat in mathematica. Aut ſcōo qꝛ in vna demonſtrat p̄dicatū de ſubiecto demōſtratōe ꝓpt q̄d ⁊ in alia demōſtratōe qꝛ eſt. q̄ diſtincte demōſtratōes generāt diſtīctas ſciās. aut qꝛ in vna tale p̄dicatū ſupponit ineſſe ſubiecto: ita ꝙ talis ꝓpoſitio habet ꝑ p̄ncipio p̄ſuppoſito ⁊ in alia p̄dicatū oñdit de ſubiecto. et habet ꝓpoſitio talis ꝑ cōcluſiōe ſicut in ſciētijs ſubordīatis i q̄b nōnunq̄ȝ id qͦ eſt cōcluſio in ſcīa ſubordināte vl' ſupiori eſt p̄ncipiū in ſciētia ſubordinata. Ita ꝓd ꝓpoſitū mutuatio vſuraria pōt eſſe de ɔſideratōe theologie ⁊ etiā ſcīe iuris q̄ ad diuerſa p̄dicata ⁊ etiā quo ad idē p̄dicatuȝ Nam pōt eſſe de ɔſideratōe theologie reſpectu illiꝰ p̄dicati qͦ eſt eā eſſe pctm̄ mortale. Itē reſpectu illiꝰ p̄dicati qͦ eſt ipaȝ eē in diuino foro eternaliter puniēdā ⁊ in ſecreto foro cōſciētie vt mortale ꝑ ɔfeſſoreȝ ad imponēdū pniaȝ arbitrariā. Reſpectu vero illiꝰ p̄dicati qͦ eſt eam eſſe i foro exteriori eccl'ie puniendā pena hūana canonica vel ciuili: vtputa ꝙ eā exercens eſt īfamis, et ꝙ oblatōes eius qui eā exercet nō ſunt recipiēde ad altare. et ꝙ teſtamentuȝ eius nō factū ſm id qͦ diſponit in ca. q̄ȝq̄ȝ. de vſu. li. vj. ſit irritū ipo iure: ⁊ ſic de alijs eſt de ɔſideratōe ſciētie iuris reſpectu etiaȝ eiuſdē p̄dicati pōt eſſe de ɔſideratiōe vtriuſqꝫ. Nam tā theologus q̄ȝ iuriſpitꝰ aliq̄s puta canoniſta habꝫ ɔſiderare eam eē peccatū mortale aliter tñ ⁊ aliter. puta per diuerſa p̄ncipia: ⁊ etiā adeo diuerſa vt vnus magis q̄ȝ aliꝰ habeat id ɔſiderare vt patebit

**Secunda** ſuppoſitio. Aliud ē cōſiderari aliquā rē in ordine ad aliqͦ p̄dicatū ⁊ eam ɔſiderare in ordine ad aliqͦ ſubiectū: vtputa cōſiderare cōtractū vſurariū in ordīe ad hͦ p̄dicatū qͦ eſt eum eſſe pctm̄ mortale. ⁊ ɔſiderare eū in ordine ad aliqͦ ſubiectū. ſ. ꝺ aliquo actu vel ɔtractu an ſcꝫ talis ſit vſurarius. De p̄mo mō ɔſiderādi ɔtractū vſurariū dicet in p̄ma ɔclōne et ſecūda. De ſecūdo modo dicet in tercia et quarta ɔcluſionibus: quis ſcꝫ magis habeat cognoſcere qui ɔctus ſint vſurarij ⁊ q̄ nō. Et illi modi ɔſiderādi ſūt adeo diſtīcti ꝙ cōtingere poſſet eos ſeparī ſic ꝙ aliq̄s artifex haberet rē aliquā cōſiderare vno mō ⁊ nō alio. vl' nō adeo vno mō ſicut alius artifex hr̄et eam illo modo cōſiderare. Sicut in ſimili. hec ꝓpoſitio. monetā falſans eſt pctōr qui tali pena venit puniēdus: cōſiderari habꝫ a iuriſta vel theologo: et hoc vel in foro ciuili: vel a theologo in foro cōſcientie ⁊ dei: ⁊ tñ ſi illa res. ſcꝫ falſare monetā vel falſans monetā p̄dicetur de aliquo ſcꝫ de Johanne dicēdo. Johānes falſauit monetā illaȝ quā idē cudit. iā magis ſpectaret ad ꝑitū aurifabꝝ q̄ȝ ad iuriſtā vel theologū

Tertia ſuppoſitio, duplex eſt con
tracꝰ vſurariꝰ. q̇dā eſt īdu
bitāter vſurarius. q̇dā vō nō indubitāter
eſt talis. vt ſunt illi d̄ qbꝫ eſt difficultas ali
qua apud doctores an ſint tales vel non.
Itē q̇dā eſt in ſe vſurariꝰ. i. ſecluſa oī hūa⸗
na ꝯſtitutōe eſt vſurariꝰ ex ſola lege diui⸗
na vel naturali. vt eſt oīs mutuatio quā
q̇s exercet p̄ncipaliter ꝓpter lucrū ꝑ modū
p̄cij leuandū vltra ſortē ꝓ mutuatōe impē
ſa. Quidā vō in ſe nō eſt vſurariꝰ ſed ꝓpter
ꝯſtitutōem poſitiuā ꝓhibentē eū ⁊ volen⸗
tē eū vitari ꝑinde et ſub eiſdē penis q̇bus
vſurarius cōtractus eſt ꝓhibitus. vt puta
aliq̇s cōtractus nō eſt in ſe vſurariꝰ: atta⸗
men ſi ius cōmune puta ciuile et canonicū
vel etiā aliqđ ꝑticulare ius ⁊ hoc ſeculare
puta municipale vel eccleſiaſticū vt ꝓuin
ciale vel ſinodale ip̄m tanq̄ ſuſpectū ꝓhi⸗
bet tanq̄ vſurariū. ne mali eo vt pallio q̇
abſcōdant ſuas fraudes vſurarū abutant̄
tūc ille eēt vſurarius qꝛ ꝓhibitus ⁊ nō i ſe
talꝭ. vt ſi ꝓhiberet q̄ n̄ fieret vēditio ad ter
minū ꝓ maiori p̄cio q̄ fieret ſine termino:
Nā q̄uis hoc liceat fieri in aliq̇bꝫ caſibus
vt patebit in tercio tractatu. ſi tn̄ ꝓhiberet̄
ꝑ aliqđ p̄dictoꝝ iuriū tanq̄ vſurariꝰ ꝯtra
intendūt. Septima: quia alius canon ex eadem epiſtola ait. vnicuiqꝫ laicorum peccatum eſt niſi inuicem ſibi in his que ad cōmunis vite vſum pertinent: operam fideliter dederint. Igitur cum negociari pertineat ad vſum cōmunis vite: quia ꝑ ipſum apportantur merces neceſſarie reipublice: ſequitur ꝙ non ſolum poſſunt laici negociari ſed etiam debent ad hoc eſſe vt aliqui exerceant huiuſmodi actum dummodo fideliter ſeruiant. Secundo probatur concluſio tribus rationibꝰ. Prima. quia ſi eēt indiſtincte illicitus dicendus: maxime ꝓpter mendacia ꝛ periuria que ſepe in eo cōtingunt prout euꝫ culpat Caſſiodorus ſuper predictum locum Pſ̄. dicens Negociatores illi abominabiles exiſtimantur: qui iuſticiam dei minime conſiderantes ꝑ immoderatū pecunie ambitum polluunt merces ſuas plus periurijs onerādo ꝙ̄ ꝑcijs. lxxxviij. diſtinc. c. quid eſt. modo hoc non arguit eum indiſtincte dicendū illicitum: quia tunc eadem ratione actus artificum mechanicoꝝ qui exercent artes approbatas ꝛ agricolarum etiam eſſent indiſtincte dicendi illiciti: quia etiā in illis ſepe cōtingunt mendacia ꝛ nōnunqꝫ piuria. Nā ꝛ ſutores vendendo calceos ꝛ agricole vēdendo frumenta ſepe mentiuntur. Cōfirmatur hec ratio: quia ſicut artes mechanice exiſtentes vtiles vel neceſſarie reipublice nō damnantur eo ꝙ licet circa exercitia illarum artium contingant peccata: tamē illa nō ſunt vitia ipſarum artium nec actuū ꝓcedentium ab eis in ſe ſed ſunt vitia hominū abutentium vel nō debito modo exercentium artes. Ita ſtatus vel ars negociandi nō debet damnari nec etiam actus negociādi: eo ꝙ licet circa huiuſmodi actū contingant peccata: tamen illa nō ſunt vitia ipſius artis ꝛ actus eius ſed hominū nō debito modo illum actum exercētium. Ex hec ratio ꝛ cōfirmatio ſumitur ex auguſtino qui ſuper predicto loco Pſ̄. in perſona negociatoris loquens ſic ait. Ego mentior non negocium. Poſſum enim ſine mēdacio dicere: tanto emi: ſed tanto vendam ſi placet eme. quomodo ergo reuocas me a negociatione: omnes artifices mentiunt ſutores agricole. hec ille: et ponit. lxxxviij. diſtinc. c. quoniam. Secunda ratio. Si eſſet indiſtincte dicēdus illicitus: maxime propter illa tria: ſcꝫ propter auiditatem et cupiditatem acquirēdi temporalia ex qua ſepe procedit ille actus. Secundo etiam quia fit propter hoc vt quis immenſas diuitias habeat. Tertio etiam propter hoc: quia negociatores optant carum tempus vt poſſint carius vendere annonā ꝙ̄ ſeruauerunt: aut alias merces quas comparunt vt reuendant. Sed hoc nō arguit eū indiſtincte dicendum illicitum: quia et ſi hͦ modo fiat in malo negociatore: tamē i bono poteſt nō hoc modo fieri. Nam ſtare poteſt ꝙ ipſa negociatio fiat ſine predictis circumſtantijs: vtputa non ex cupiditate ſed neceſſitate prouidēdi ſibi ꝛ familie ſue: non etiam ſine deſiderio cariſtie ſuperuenture. Cauſa igitur ꝙ in malis male fit: nō propter hoc ꝑ actus abſolute ſit damnandus: ſicut ꝛ ex actus agriculture vl' mechanice artis: lꝫ et per malos etiam male fiat. Confirmatur: quia alias etiā oporteret actus artium mechanicarum damnare: eo ꝙ etiam fiunt ſepe predictis modis: ſcilicet ex auiditate ꝛc̄. Et hec ratio ꝛ cōfirmatio ſumitur ex auguſtino vbi prius. nā loquens de negociantibus predicto modo dicit ſic. Uis vt optem carum tempus vt poſſim vendere annonam quā ſeruaui ſed hoc non faciūt boni agricole: ſicut nec illa boni negociatores. Eſt peccatum habere filios qui quādo eis dolet caput: matres infideles querunt eis ligaturas ſacrilegas ꝛ incantationes: omnia iſta ſunt peccata hominum: non rerum: ꝛ infra in perſona negociatoris. Noli me prohibere a negociatione: negociatio enim non me facit malum ſed iniquitas mea ꝛ mendaciuꝫ meum: hec ille. Tertia ratio. Nullꝰ actꝰ exiſtens nō tm̄ vtilis ſed etiam neceſſarius reipublice hominum eſt indiſtincte damnandus tanqꝫ illicitus. Negociatio eſt huiuſmodi: igitur. Maior probatur: quia da oppoſitum: ſeqretur ꝙ deus precepiſſet humane reipublice aliquid impoſſibile. Nā precepit ei vt vitet omnem actum qui ē indiſtincte damnandus: vt illicitus: ꝛ tamen aliquis talis eſſet ſibi nō tm̄ vtilis ſed etiā neceſſarius: ꝛ per conſequens eius carentia

tũ impoſſibilis. Minor probatur: q: ille
actus eſt non tm̃ vtilis ſed etiam neceſſari
us reipublice hominum ſine quo non pro
uideretur nec prouideri poſſz defectui ho
minum non ſolum multiplici ſed etiaz in-
portabili. Negociatio eſt huiuſmodi. nã
nõ poteſt homo intendere omnibus arti-
bus neceſſarijs pro ſua ſuſtentatione: pu-
ta vt ſimul ſit vineator: piſtor: faber: ſutor:
ſartor: macellator: ruſticus: ⁊ ſic de alijs ĩ-
numeris quibus indiget. Oportet ergo ꝙ
varij varijs intendant. Cum igitur in ali-
quo regno deficiant res hominibus illius
regni neceſſarie: opus eſt vt illuc adducan
tur ex alio regno vbi inueniuntur: ⁊ nõ ſo-
lum opus eſt talia adduci ſed etiam addu-
cta induſtrioſe conſeruare: vt cum homines
eis indigeant ea inueniant integra ⁊ incor
rupta ⁊ in prompto. igitur op⁹ eſt illa emi
vt diſtrahantur alibi. Et q: nõ ſine expen
ſis: curis: ⁊ ſolicitudinibus ac periculis tã
rerum ꝗ̃ aliquando perſonarum atqꝫ etiã
aliquando nõ ſine damnis poſſunt adue-
hi ⁊ etiam conſeruari. dignum eſt vt expẽ-
ſe ſibi ſoluantur ⁊ opere eius: cure: ſolicitu
dines ⁊ ſuſceptio periculorum ⁊ damno-
rum refundantur ac remunerentur: imo ne-
ceſſarium eſt vt id fiat: quia ſine tali ſoluti-
one ⁊ remuneratione nemo ſubiret nec fa-
ciliter continuare poſſet. Hec autem ſolu-
tio ⁊ remuneratio fienda eſt aduectori ⁊ cõ
ſeruatori a republica cui ſeruit vel a priua
tis. puta illis qui emunt: ⁊ quia primũ non
fit: ſequitur ꝙ ſecũdũ neceſſe eſt fieri. Igi-
tur adductor ⁊ conſeruator poterit vende
re illa carius ꝗ̃ emerit. ⁊ ſic lucrari id ẽ vl-
tra ſortem precij quod expoſuit aliquãtũ
exigere. Modo hoc eſt negociari. igitur ſi
ne negociatione non prouideretur multi-
plici atqꝫ iportabili defectui reipublice ho
minum. Igitur negociatio nõ modo vti-
lis ſed neceſſaria eſt reipublice hominum
Unde adductor talium rerum poteſt lici-
te vltra preciuz quod expoſuit accipe tãtũ
quantum eſt cõmenſuratum illis quattu-
or vel quinqꝫ ſimul collectis ſcꝫ principali
ter expenſis quas fecit in adductione vel
etiam conſeruatione. Secundo curis et
ſolicitudinibus eius. Tertio operis indu-
ſtrioſis quas adhibuit in adductione ⁊ cõ
ſeruatione. Quarto ſuſceptioni periculi
quod ſibi imminuit in adductione et con-
ſeruatione talium rerum ⁊ eadem ratione
pro perpeſſione damni ſine ſua culpa con
tingentis. Et ratio huius quarti ⁊ quinti
Nam ex quo periculo ſuo adducit ⁊ cõſer-
uat poterit ſecure accipere aliquid qḋ cor
reſpondeat tali periculo: vt puta dediſſz tã
tundem ꝙ ſecurus fuiſſet ꝙ illa res in ad-
ductione ⁊ cõſeruatione non fuiſſet pericli
tanda. Similiter ex quo quãdoqꝫ ſine ſua
culpa in tali ſeruitio cõmunitatis damnifi
catus eſt: vt pote mercator trãſferens ami
ſit nauem onuſtam maximis bonis ⁊ ali-
us quandoqꝫ ex incendio caſuali amiſit p-
cioſiſſima qui cuſtodiuit pro republica po
terit etiam in reliquis mercibus aliqḋ acci
pere pro aliquali releuamine illius ꝑpeſſi
damni. Naz ſi talis negociator conducere
tur a republica licite poſſet in conductio-
ne ſua omnia talia inctiri. et ſm omnia il-
la exigere mercedem ab ea. Igitur cum de
ficiat rector reipublice ĩ dando ei mercedez
cõdignã: poterit ipſe ſibiipſi prouidere ſm
condignũ. Quis enim (vt ait Paulus p:i
me Corinth .ix.) militat ſuis ſtipendijs vn
quã: quis plantat vineaz ⁊ de fructu eius
non edit: quis paſcit gregem ⁊ de lacte gre
gis non manducat: Scriptum enim eſt.
Non alligabis os boui trituranti: quoni-
am debet in ſpe qui arat arare: ⁊ qui tritu-
rat in ſpe fructus percipiendi: et chriſt⁹ ait.
Dignus eſt operarius mercede ſua. Atta-
men ex quo nemo eſt bonus iudex in cau-
ſa ꝓpria: iõ cũ ipſe ſibiipſi arbitrari vult quã
titatem eius quod ſibi liceat accipere vltra
precium quod expoſuit: non modo predi-
cta inſpicere habet ſed etiam ſeruanda ſũt
alia quedam que infra tangentur queſtio-
ne quinquageſima ſepta vbi dicetur: penes
quid attenditur valor rei que eſt diſtrahen
da.

## Secũda concluſio.

Non eſt indiſtincte dicendum ꝙ act⁹ ne-
gociandi ſit licitus. Probatur dupliciter.
Primo autoritatibus quia multe auctori
tes damnant exercentem illum actuz tan-
ꝗ̃ damnatum ⁊ vitandum a quolibꝫ chri-
ſtiano qui nõ vult eijci de eccleſia. Hoc au

tem non eſſet ſi indiſtincte eſſet licitus. Antecedens probatur enumerãdo quatuor: Prima eſt Johannis chryſoſtomi qui ſuper illo Math. viceſimoprio. Ejiciebat vendentes ⁊ ementes: dicit ſic. Ejiciẽs dominus vendentes ⁊ ementes de templo ſignauit ꝙ mercator nũꝗ̃ pōt placere deo: ⁊ ꝙ nullus chriſtianꝰ debet eſſe mercator. Scd̃a eſt eiuſdẽ in eodẽ dicẽtiſ: Si qs voluerit eſſe mercator: proiiciatur de eccleſia dicente propheta in Pſ. Quoniam nõ cognoui negociationes introibo in potentias domini: vt habet littera ſeptuaginta interpretum. Tertia eſt eiuſdem ibidẽ dicentis, Oſtendam qui non eſt negociator: vt qui talis non fuerit: eum intelligas non eſſe negociatorem. Et ſubdiſtinguit ſic. Quicunqꝫ rem comparat non vt integram et immutatã vendat: ſed vt materia ſit ſibi inde aliquid operandi: ille non eſt negociator. Qui vero rem comparat vt integram ⁊ immutatã vendendo lucretur: ille eſt mercator qui de tẽplo dei eiicitur. Hec ille. Et idem dicit ſuper illo. Abierunt aliꝰ in villam ſuam: alius in negociationẽ. Exemplum primi: vt ille emit tabulas vt faceret ſcrinium: vel cartas vt faceret librum. Modo negociatio (vt ſupra in principio queſtionis eſt accepta) fit taliter ꝙ res aliquę emuntur ⁊ eedem nulla noua forma alicuius artis circa eam facta vendant̃ cũ lucro: ſequitur ꝙ illa auctoritas dãnat negociationem. Quarta eſt Caſſiodori ſuper predicto loco Pſ. ſcilicet. Quoniam non cognoui negociationem dicentis. Quid eſt aliud negociatio niſi vilius comparare et carius vendere vel velle diſtrahere. Et ſubdit, negociatores tales eiecit dominus de templo dicens. Nolite facere domum patris mei domum negociationis ⁊c̃. Et he autoritates habent̃ tranſſumptiue. lxxx. diſtinctione. c. eiiciens. et. c. quid eſt. Secundo probatur ratione Nam actus ille non eſt indiſtincte licitus quẽ non patitur vera penitentia quia vera penitentia excludere videtur tm̃ peccata ⁊ occaſiones peccatorũ que ⁊ ipſe ſunt peccata. Modo negociatio ẽ huiuſmodi Nã in. c. falſas. de penitentia diſtinc. v. dicitur ſic. Miles vel negociator vł̕ alicui officio deditus qđ ſine peccato exerceri nõ poteſt ſi culpis grauioribus irretitus ad penitentiam venit: recognoſcat ſe veram penitentiam agere nõ poſſe per quã ad vitã eternam peruenire valeat niſi negocium relinquat ⁊c̃.

## Tertia concluſio

Actus negociandi ſi nihil vltra addat̃ nec eſt poſitiue licitus: nec poſitiue illicitꝰ. Ratio vtriuſqꝫ ẽ: quia ſi nihil addatur abſtrahit ab obiecto ⁊ circumſtantiis debitis et indebitis. nihil enim dicit niſi emere volẽdo obtinere lucrum. ibi enim non denotatur obiectum debitum vel indebitum emptionis ⁊ diſtractionis nec finis indebitꝰ vel debitus. Lucrum enim obtinendũ eſt finis indeterminatus determinabilis ad bonum ⁊ malum. vt patebit in ſequenti q̃ſtione. Modo ad actum poſitiue licitũ requiritur ꝙ denotetur cum obiecto vel indebitis circumſtantiis vel cũ vtroqꝫ.

## Quarta concluſio

Actus negociandi ſi nihil addatur eſt permiſſiue licitus ⁊ etiam permiſſiue illicitus Nam poteſt applicari debito obiecto ⁊ debitis veſtiri circumſtantiis. ⁊ ſic erit bonꝰ ⁊ licitus. Poteſt etiam applicari indebito obiecto vel indebitis circumſtantiis veſtiri vel carere debitis vt patebit in ſequenti queſtione. ⁊ ſic erit illicitus. ſicut animal ẽ permiſſiue rationale vel irrationale: poteſt enim contrahi per vtrunqꝫ.

### Queſtio. LII.

# Quot modis negociatio redditur illicita.

Solutio queſtiõis ſtat in duabus ſuppoſitionibus ⁊ duabus concluſionibus.

## Prima ſuppoſitio

Ex quo in hac queſtione de circumſtãtiis

negociationis dicetur. Notandum φ cir-
cumſtantia ſic diffinitur. Eſt accidens in-
diuiduale actus humani circumſtãs ipm.
Uel ſic. Eſt proprietas vel conditio indi-
uidualis actus humani extra eſſentiã act⁹
exiſtens. Uel vt tertij dicunt. eſt accidens
actus humani. Et hi dicunt φ iſta deſcri-
ptio debet intelligi nõ de accidente quod
ineſt rei vt ſua qualitas: ſicut albedo dicit̃
accidens rei albe. ſed intelligatur accidens
quaſi cũ alio ſimul in eodem ſubiecto con
currens: quia cum actu humano ſimul in
eodem ſubiecto concurrere ⁊ exiſtere põt.
Eſt tamen extra ſubſtãtiã actus exñs: ⁊ h̃
ſatis nomẽ circũſtantie iportat. Dicit̃ enĩ
circũſtantia quaſi circũ aliq̃d ſtans. Attñ
ille mod⁹ intelligendi circũſtantiaꝫ eẽ acci-
dens nõ ſatis ſaluare videt̃ p̃dictã diffini-
tionẽ. Nã circũſtantia q̃ dicit̃ q̇d ſepe nec
eſt in actu nec i ſubiecto actus: ⁊ idẽ de q̇s
qꝛ nec eſt ſubiectũ actus. Unde meli⁹ vi-
detur dicendũ φ oẽs circũſtantie pñt ſal-
uari eſſe in ipo actu ſi capiant̃ circumſtan-
tie pro habitudinibus quas actus habet
ad ea q̃ vocantur circumſtantie ſcꝫ pro ha
bitudine actus ad agens: finem: locuꝫ: tem
pus ⁊c̃. Nõ autẽ ſi pro illis ad que ſũt ille
habitudines ſaltem vniuerſaliter: licet ali
que poſſent hoc modo dici etiã eſſe circũ-
ſtantie ſicut qñ ⁊ vbi que ſunt habitudines
rei temporalis ⁊ localis ad temp⁹ ⁊ locum
⁊ modus quo fit actus etiam ẽ formaliter
in actu.

## Secunda ſuppoſi-

tio. Septem vel octo vel nouẽ ſunt circũ-
ſtantie actuũ humanoꝝ. Primũ patet: nã
Tulius in ſua rethorica ponit ſeptem que
continentur in hoc verſu. Quis quid vbi
quibus auxilijs cur quõ quando. Unde
ſm cũ in actib⁹ humanis ad eoꝝ bonitatẽ
ſeu maliciã debite dinoſcendam predicta
conſideranda veniũt ſcꝫ quis fecerit: quid
fecerit: vbi: quibus auxilijs inſtrumentis
vel medijs: quare: quomodo ⁊ qñ fecerit:
Secũdũ patꝫ. Nã philoſophus. iij. Ethi.
c. ij. addit circumſtantiam aliã a predictis
ſcꝫ circa quid: ⁊ ſic cum p̃dictis erunt octo
Attamen ſm modũ enumerandi philoſo-
phi etiam non erunt niſi ſeptem. Nã ipſe
ſic enumerat eas ſcilicet quis: quid circa
quid: in quo: gratia cuius quo ⁊ qualiter:
⁊ ſic duas a Tulio explicitas ſcilicet: vbi
et quando ipẽ implicat in ly. in quo: quia
valet in quo ſcilicet loco vel tempore: ⁊ ſic
ſi explicentur erũt octo apud philoſophũ
⁊ continentur hoc verſu. Quis quid: vbi
qñ quo circa q̇d quõ quare. Tulius autẽ
nõ ponit explicite circũſtantiam a pho ex-
preſſam ſcꝫ circa quid: ſed poteſt dici eam
cõprehendiſſe ſub quid: ⁊ ſic etiam eſſent
octo apud Tuliũ. Nã in aliquib⁹ actibus
idẽ eſt dicere q̇d ⁊ circa q̇d: vt quid emiſti
⁊ circa quid exercuiſti emptionẽ: ⁊ q̇d vidi
ſti: ⁊ circa quid exercuiſti viſionẽ. Uel po-
teſt dici φ iõ eam omiſit: quia illa ſepe po-
tius habet rationem obiecti actus φ̃ circũ
ſtantie. Nam ſi circa indigentem exerceam
dationẽ elemoſyne: indigens denotat̃ poti
us eſſe obiectum actus: quia illi dedi ele-
moſynã: φ̃ꝫ ex parte eius ſumat̃ circũſtã-
tia circa quid. Eodem modo poteſt dici
de circumſtantia cui φ idẽ iudicium ſit de
ea ſicut de circũſtantia circa quid. Nã idẽ
eſt dicere. Cui dediſti elemoſynam ⁊ circa
quẽ exercuiſti dationem elemoſyne. Terti
um patꝫ. Quia preter poſitas a Tullio (q̃s
tamen ad octo reduximus addendo ly cir
ca quid ad quid) Raymundus ponit cir-
cumſtantiam quotiens que ſcilicet eſt ſer-
uanda in confeſſione peccatorum. Nam
vt confeſſio ſit integra requiritur φ ſi con
fitens repetitis vicibus idem peccatuꝫ cõ-
miſerat ⁊ nõ ſemel φ dicat numerum illo-
rum peccatoruꝫ ſi nouit. ⁊ ille comprehen
duntur hoc verſu. Quis quid vbi p̱ quos
quotiens cur quomodo quãdo. Põt autẽ
quotiens comprehendi reductiue ſub vbi
⁊ quando vt patꝫ ex ſufficientia illaruꝫ cir
cumſtantiarum. Nam vbi ⁊ quando ſunt
circumſtantie attingentes ipm actum hu-
manum in ſe per modum menſure: ſic quo
modo ſeu qualiter per modum qualitat̃.
Alie vero quinqꝫ nõ in ſe eum attingunt:
ſed aut quo ad cauſam eius quadruplicẽ
ſcꝫ efficientẽ vt q̇s. materialẽ circa quã vt
circa quid: formalem vt quibus auxilijs: ⁊
finalem vt cur. Aut quo ad effectum act⁹
vt quid. Modo ſicut locus ⁊ tempus re-
ſpiciunt actum in ratione menſure: ſic eius

numerus importatus per quotiens: cum ergo reſpicit per modum menſure. Nam tam quantitas diſcreta ꝙ̃ continua habet rationem menſure: ⁊ ſic ſub circumſtantijs menſurationis poteſt comprehendi. Quicquid tamen ſit de circumſtantia quotiens que eſt neceſſaria in actu cõfeſſionali pro nunc ſufficiat tractare de alijs ſeptem quo ad actum negociandi.

## Prima concluſio.

Prima diuiſione duobus modis redditur negociatio illicita. Nã aut ex obiecto aut ex circumſtantia. Sic enim et alij actus humani illo duplici modo deprauantur: ratio: quia actus ab vtroq; illorum contrahit ſuam bonitatem vt patuit queſtiõe precedenti. igitur per vtriuſq; defectuz cõtrahet maliciam. Tenet cõſequentia: quia ſicut bonum eſt ex integra cauſa: ita maluz ex defectu cuiuſlibet cauſarum ſm Dionyſium de diuinis nominibus. c. quarto. Ex obiecto autem deprauatur negociatio quñ emitur vel venditur res prohibita emi vel vendi. Et hoc fit dupliciter. Nam aliquã do talis res ẽ vniuerſaliter prohibita emi vel vendi. Et poſſunt poni quatuor exempla. Primum eſt in ſpiritualib⁹. vñ Mat. x. Gratis accepiſtis: gratis date. Horum enim emptio vel venditio eſt ſimonia ca. De illis autem ⁊ de annexis ipſis ſpiritualib⁹: quomodo illicita ſit emptio. vide in tractatu de ſimonia. Secundũ eſt de aliquibus temporalibus vt ſũt aliqua venena prout patebit in quinquageſimatercia queſtione. Tercium exemplum eſt de frumentis publici canonis. Nam. C. que res vendi non poſſunt. l. tercia dicit: Quia nonnunq̃ in diuerſis litorib⁹ diſtrahi publici canonis frumenta dicuntur: vendentes ⁊ ementes ſciant capitali pena ſe eẽ ſubdendos ⁊ in fraudem publicam commercia contracta dannari. Hec ibi. Et in. l. vltima ſeu quarta dicitur, ne frumentum qd̃ deuotiſſimo exercitui mittitur in predaz latrunculis vertatur: hac ſanctione decernim⁹ vt quicunq; hoc fuerint forte mercati: honeſtiores quidem ſtilum proſcriptionis et omnium bonorum amiſſionem incurrant. Inferiores autem vilioreſq; perſone capitali ſupplicio ſubiaceant. Hec ibi. Quartum exemplum eſt de hominibus romane gentis ſi ſunt facti eunuchi. Nam ſub grauiſſima pena prohibitum eſt ne tales vendantur: aut in dominium cuiuſq; transferant. vt pz. C. de eunuchis: ſecus de eunuchis barbare gentis: vt ibidem patet. Aliquando vero talis res que eſt obiectũ negociationis non ſimpliciter ſed tm̃ quibuſdam prohibita eſt vendi vel emi. ⁊ hoc dupliciter. Nam aut eſt aliquibus prohibitum ne talem rem vendant: etiam quibuſcunq;: aut econtra prohibitum eſt quibuſcunq; vt aliquibus non vendant. Exemplum primi: vt ſi priuatus vendat vellus muricis quo fucatur ſeu tingitur purpura Nam prohibitum eſt cuilibet priuato ne illud vendat ſub pena capitis ⁊ diſcriminis bonorum ſuorum: vt. C. que res vendi nõ poſſunt: vnde tale vellus non eſt res ſimpliciter prohibita vendi ſed eſt tm̃ prohibita vendi ſi venditio fiat a priuato: et ſic talis venditio deprauatur non preciſe ex circũſtantia quis: quia priuatis non ẽ omnimode venditio quarumcunq; rerum p̲hibita. Nec preciſe ex obiecto ſuo deprauatur: quia illud vellus nõ eſt ſimpliciter prohibitum ne vendatur ſed ſimul concurrentibus obiecto ⁊ circumſtantia q̃s redditur deprauata venditio. Aliud exemplum in filio. Nam filius et liber homo vẽdi non poteſt niſi ſolum ꝙ pater põt vẽdere filiũ neceſſitate famis vrgẽte. l. j. ⁊. ij. C. de patrib⁹ q̃ filios diſtraxerunt: ita tamen ꝙ ſi reſtituatur emptori precium ſiue a filio ſiue ab alio quocunq; ⁊ quandocunq; ipſe ĩ ingenuitatem perueniat. In nullo autem alio caſu licet patri filium vendere. matri vero etiam vrgẽte famis neceſſitate nõ licet vendere filium nec etiam maritus eo caſu vxorem vendere poteſt: quia vxor nõ eſt in poteſtate viri ſicut filius in poteſtate patris. De ſecundo vero membro poſſunt poni q̃ttuor exẽpla. Primũ. vt ſi xp̃ianus vẽdat ſaracenis arma: ferrũ: galeas naues: lignamia p̲ nauib⁹ vl' galeis edificãdis: eq̃s victualia: aut etiã quecũq; mercimonia. Nã ſi cõportentur in vnũ: nõ ſolũ

Illa quattuoꝛ capitula que habentur extra de iudeis ⁊ ſaracenis ſcilicet. ita quoꝛundam. ⁊ quod olim. ⁊ ſignificauit. ⁊ ad liberandum. ſed etiam compoꝛrentur due extrauagãtes: ſcꝫ vna Nicolai quarti que incipit. Olim tam ĩ generali ⁊c. ⁊ alia clemẽtis que incipit. Multa: ⁊ etiaꝫ pceſſus pape qui fit annuatim in cena domini colligitur ꝙ omnia predicta cẽſentur merces ab eccleſia pꝛohibite vendi a chꝛiſtianis non abſolute ſed ipſis ſaracenis. ⁊ hoc cum vẽduntur eis ad expugnandum chꝛiſtianos Quod nõ debet intelligi tantum in ſenſu compoſito ſcilicet cum chꝛiſtiani eis ĩ illuꝫ finem venderent: ſed etiam in ſenſu diuiſo ſcilicet ſi venderent eis cauſa lucri tantum ⁊ tamen he merces cederent vel nate eẽnt cedere ſaracenis ad expugnationem chꝛiſtianoꝛum: etiam non intentam a venditoribus pꝛout ſatis innuitur in. c. ſignificauit. pꝛeallegato. Item licet aliqne predictarum conſtitutionum innuant predictam pꝛohibitionem habere locum quãdo venditio fieret tempoꝛe guerre inter eos ⁊ nos vel etiam tempoꝛe treuge: eo ꝙ treuga nõ eſt pax: tamen inſpiciendo proceſſũ annuum pape non fit talis ſpecificatio: ⁊ ꝑ conſequens etiam ſi tempoꝛe pacis fieret ẽ illicita. Item licet aliqne ex illis conſtitutionibus non faciant mentionem de quibuſcunqꝫ mercimonijs: tamen alie faciũt illaꝫ mentionem. Attamen Veneti dicunt habere diſpenſationem vt eis liceat vendere ſaracenis alia ab armis: ferro: nauibꝰ ⁊ lignaminibus. Quomodo autem cõtra predictas conſtitutiones vendentes incurrant ipſo facto excommunicationem maioꝛem a qua etiam citra ſedem apoſtolicam abſolui non poſſunt atqꝫ alias graues penas ſcilicet perditionis precij talium mercium. ⁊ vltra hoc etiam aſſignationis tantũ quantum fuit precium: quoꝛum vtrũqꝫ dicitur applicari in ſubſidium terre ſancte ⁊ penam confiſcationis bonoꝛum ⁊ incurſus ſeruitutis reſpectu capientium eas. vide de illis ĩ p̄dictiſ locis Et nota ꝙ merx pꝛopꝛie ſignificat res mobiles emptas vel venditas: vt. ff. de verboꝛum ſignificatione. mercis appellatio: Attamen in preſenti tractatu nõ ita ſtricte accipimꝰ. Secundũ exemplum. Si catholicus vẽdat wickleffiſtis ⁊ huſſitis victualia: nam hec venditio ⁊ miſſio talium eſt interdicta ſub pena excommunicationis late ſententie. vt patꝫ in pꝛoceſſu pape annuali. vbi dicitur ſic. Illos etiam qui wickleffiſtis ⁊ huſſitis: quecunqꝫ victualia aut preſidia publice: aut occulte per ſe vel per ſuos ſubditos afferre faciunt vel permittunt paribus excõmunicationis ⁊ anathematizationis vinculis innodamus. Tertium exemplum In vendentibus illas merces hoſtibꝰ romani imperij: de quibus. C. que res expoꝛtari non debeãt. l. pꝛima. dicit ſic. Ad barbaricum transferendi vini olei ⁊ liquaminis nullam quiſqꝫ habeat facultatem: nec guſtus quidẽ cauſa aut vſus commercioꝛum. Vbi gloſa in verbo barbaricum dicit. ſupple ſolum ⁊ liquaminis ſupple alienus. Nam ſupꝛadicta liquamina ſunt. Sꝫ quid in aridis dic idem eadem ratione qſqꝫ ſupple romanus: hec gloſa. Et in. l. ſecunda dicitur Nemo alienigenis barbariſ cuiuſcunqꝫ gentis ad hanc vrbem ſacratiſſimam ſub legationis ſpecie vel ſub quocũqꝫ alio coloꝛe venientibus: aut in diuerſis alijs ciuitatibus vel locis loricas ſcuta et arcus ⁊ ſagittas ⁊ ſpatas ⁊ gladios vel alterius cuiuſcunqꝫ generis arma audeat venundare. Nulla pꝛoꝛſus iiſdem tela: nihil penitus ferri vel facti iam vel adhuc infecti ab aliquo diſtrahatur. Perniciosũ namqꝫ romano imperio et pꝛoditioni pꝛoximũ eſt barbaris quos indigere conuenit telis eos vt validioꝛes reddantur inſtruere Si quis autem aliquod armoꝛum genꝰ quarumcunqꝫ nationum barbaris alienigenis contra pietatis noſtre interdicta vbicunqꝫ vendiderit bona eius vniuerſa pꝛotinus ad fiſcuꝫ adijci: ipſumqꝫ capitalẽ penã ſubire decernimus. Hec ibi. Et gloſa in verbo alienigenis. dicit id eſt hoſtibus populi romani. Et in verbo telis addit dicẽs et etiam nauium fabꝛicandarum ſcientia.

Quartum exemplum. Si quis barbaris vendat ſericia. Nam. C. que res vendi non poſſunt. l. ſcõa dicitur ſic. Comparandi ſericia barbaris facultatẽ omnibus ſicut iam preceptum eſt preter comitem cõmerciorum etiã nũc iubemus auferri.

## Secūda concluſio

Secundaria diuiſiōe octopliciter reddit negociatio illicita. Probatur quia primo ex obiecto indebito vt patuit Et deinde ex defectu ſeptem circūſtantiarum debitaruz vt patebit inductiue. Primo nanqꝫ ex defectu circūſtantie quis: vt ſi is negociet cui ē interdicta negociatio: vt clericus put patebit in ſequenti queſtione, ⁊ de hoc etiā partum fuit exemplificatum in p̄cedenti cōcluſione in exemplo de vellere muricis. Secundo ex defectu circumſtantie vbi. Circa hoc nota quinqꝫ dicta. Primuz: in eccleſia vel cimiterio negociari eſt illicitum. Nam prohibetur in. c. decet domū. de imunitate eccleſiarū li. vj. vbi dicitur ſic. Ceſſent i eccleſijs cimiterijſqꝫ earum negociationes ⁊ precipue nundinarum ac fori cuiuſcūqꝫ tumultus. Et in mercibus ad p̄phana ordinans videtur mortale: tum q⁊ prohibitū per eccleſiam: tum quia chriſtus licet mitiſſim⁹ etiam flagellis inuaſit negociantes. ibidez etiam in mercibus ad cultum dei ordinatꝫ ⁊ eorum menſas euertit q̄ nō videret pro ſolo veniali feciſſe. Secunduz: ſi fiat ibi negociatio vendendo etiā res ad diuinuz cultum ſpectantes vel deſeruientes: vt ſūt candele vel thura ſi id fiat principaliter p̄pter lucrum. Nam etiam negociatio talis erit illicita. Probatur. Nam dn̄s emētes ⁊ vendentes in templo eiecit dicēs. Nolite facere domū patris mei domū negociationis: ⁊ tn̄ res q̄ ibi vēdebāt ⁊ emebāt etiaz erant diuino cultui deſeruientes: ibi q̄ppe venalia habebantur aīalia imolaticia: vt columbe: turtures: ⁊ huiuſmodi. Ibi etiaz apud campſores ⁊ numularios erat pecunia apparata: vt ſi qui indigerēt eis ad emēdum ea que ad ſacrificia ſpectabant inuenirent. Modo dignius ⁊ ſacratius ē tempore gratie templum eccleſie q̄ꝫ templum ſalomonis vel zorobabel: q⁊ ibi offerebantur animalia ⁊ ſanguis hircorum ⁊ vitulorum. hic autem offertur corpus ⁊ ſanguis chriſti verū. Et multomagis eſt hoc ſcd̄m dictum verum: ſi clerici vel religioſi id facerent. nam tunc deficerent due circumſtātie ſcꝫ quis ⁊ vbi. Et intelligendum hoc videtur etiā ſi clerici vel religioſi exercentes illā negociationem, eam exercerent non principaliter propter lucrū, ſed principaliter ad ſatiſfaciendum deuotioni fidelium ⁊ gloriam dei: vt ſcilicet fideles in prompto haberēt candelas vel huiuſmodi. Nam niſi ſic, eadem ratione liceret eis exercere negociationes aliarum rerum intendendo de lucris illis fundare eccleſias ⁊ huiuſmodi. quod eſt falſum. Tertium. ſi clerici vel religioſi id non faciant, attamē ſubordinēt vt id fiat intendentes conſequi lucrum ex tali negociatione: eo q̄ contingit tales res eorum cōmodis applicari ſi lucrū eos principaliter mouit ad huiuſmodi ſub ordinationem ſimiliter peccant: ſicut ⁊ vendentes ibi principaliter cauſa lucri. Probatur dupliciter. Primo quia conſentiens in peccatum proximi etiam peccat. Secundo: naz in hoc etiam culpabiles fuerunt ſacerdotes in templo ſalomonis: quia ex quo animalia imolaticia vel alie res ſacrificijs deſeruientes nō poterant per iudeos qui a longe venerant ad ſacrificandum in templo commode adduci: ipſi ex ſua cupiditate ordinauerant q̄ eſſent in templo homines vendentes huiuſmodi animalia ⁊ res ne a longe venientes haberent excuſationem omittendi ſacrificia ⁊ ſic ne deperiret ipſis ſcilicet ſacerdotib⁹ aliquid de cōmoditate lucri: eo q̄ ſacerdotes magnum emolimentum de ſacrificijs leuabāt. Itez aliqui aduenientium non habebant pecuniam: ideo ſacerdotes ordinauerant illuc aliquos campſores ⁊ mutuatores qui ſub cautione tradebant eis pecuniam mutuādo vel cambiendo ne eis non habentibus pecuniaz nō poſſent ſacrificia offerre que tamen redundabant in commodum ſacerdotum. Quartum. Si clerici vel religioſi talem negociationem nec ſubordinarēt nec met exercerent: attamen cum eam prohibere poſſent tolerarent eam principaliter propter predictum lucrum eis cedens: etiam talis tolerantia eſt eis peccatum: quia error cui non reſiſtitur approbatur. lxxxiij. diſtinctione. c. error. ⁊ maxime quādo toleratur ex cupiditate ne depereat alicuius temporalis cōmoditatis ꝯſecutio.

Quintum dictum. Si aliqui ibi exerceant illas negociatiōes nō p̄pter lucrū ſuū

ſed vt ſatiſfaciant deuotioni fideliuꝫ: q̄uis
quidam hoc eſtiment licitum: tamen talis
negociatio non videtur licita vt ibi fit. pro
batur quintupliciter. Primo: quia tūc etiā
quaſcunqꝫ alias merces liceret ibi vende-
re tenendo ibi forum ⁊ intendendo lucruꝫ
ex illis conſequendum ordinare ad fundā
dum eccleſias ⁊ gloriam dei augendam.
qđ ē falſum. Secundo: quia predictū ca-
pitulū decet. lib. vj. dicit indiſtincte. ceſſent
negociationes ⁊ precipue nundinarum: et
cuiuſcunqꝫ fori tumultus. Tertio: q2 etiaꝫ
licet actus ſit in ſe bonus ⁊ meritorius nō
propter hoc ſequitur igitur ibi ē licit⁹. ſicut
iudicium in cauſa ſanguinis vel alia ꝓpba
na cauſa eſt actus meritorius: nec tamē ibi
licite fieret. Quarto: quia clerico ⁊ religio-
ſo nō liceret talem negociationē facere: igi
tur nec laico in religioſo loco. tenet ꝯñtia:
quia ſicut religioſo ⁊ clerico propter eius
religioſitatem ⁊ ſanctitatem qua diuinis
deputatus eſt ⁊ ſequeſtratus a prophanis
nō id licet: ſic nec locus deo deputatus: et
a ꝓphanis ſequeſtratus eſt cōueniens ſed
incōueniens talibus negocijs. Quinto: ſi-
cut tempore ſacro ſpecialiter eſt abſtinen-
dum a peccatis: hec enim ſunt maxime ſer-
uilia: ſic etiam in locis ſacris ſpecialiter eſt
a peccatis abſtinendū: adeo ꝙ perpetrata
ibi efficiuntur tanto grauiora quāto loc⁹
ſanctior. Modo in negociatione cōmuni
ter contingunt peccata. Unde Leo papa
Difficile eſt inter vendentis emētiſqꝫ com
mercium nō interuenire peccatū. de penit.
di. v. c. Qualitas. ⁊ Eccl'iaſtici. xvij. Diffi
culter exuitur negociator a peccatis labio
rum. Et qđ dictum eſt in primo dicto de
mortali eſt intelligenduꝫ ſi ibi fiat negocia
tio tenendo ibi forum rerum: nō autem de
illis qui aliquādo conueniunt de mercib⁹
quas alibi tenent. Tertio redditur ne-
gociatio illicita ex defectu circumſtātie qñ.
Ubi nota duo dicta. Primū: negociatio
eſt illicita ſi fiat die feſto cui⁹ feſtiuitas nō
eſt abrogata per inueteratā contrariam cō
ſuetudinem. Probatur. in tali caſu nego-
ciatio eſt prohibita: nam. c. primo extra de
ferijs. de dominicis dieb⁹ dicitur. In eis
mercatum minime fiat. ⁊ in tertio ca. eo ti-
tulo de alijs diebus feſtiuis ab eccleſia in-
ſtitutis dicitur ꝙ eccleſia decreuit ibi ab
omni opere ſeruili ceſſandum. ⁊ in. c. vlti-
mo eodem titulo interdicitur ne illis dieb⁹
proceſſus iudicialis habeatur: multoma-
gis negociatio tunc haberi nō debet. vnđ
ſeruilia opera non ſunt facienda illis die-
bus propter prohibitioneꝫ factam ab ec-
cleſia ſuper illis conformiter ad prohibiti-
onem legalem veteris legis: vbi de ſabba-
to dicitur Exod. xx. Omne op⁹ ſeruile non
facietis in eo. Modo negociationes ſunt
opera ſeruilia: igitur. Unde die feſto ſectā
dum eſt ſpirituale ocium. i. ceſſatio ab exte
rioribus occupationib⁹: ⁊ illud ocium ne
gatur per negocium: quia dicitur negociū
quaſi negans ocium. Dicitur notanter: ſi
non eſt abrogata propter ſequens dictum
igitur Secundum dictum eſt: loquen-
do de rigore ſcolaſtico. Negociatio facta
die feſto cuius feſtiuitas eſt abrogata: nec
noua conſtitutione renouata: poteſt eſſe
licita ⁊ hoc auditis diuinis: ⁊ nō ē vniuer-
ſaliter negandū quin etiam nō auditis di-
uinis aliquando contingere poſſet: licꝫ ra-
rius. Probatur. Nam ſi cuius feſtiuitas eſt
abrogata ex toto: id eſt tam quo ad parteꝫ
affirmatiuaꝫ ꝙ̄ negatiuam p̄cepti de cele-
brando ſolenniter illum diem: poterit illa
die fieri negociatio etiam non auditis di-
uinis. Nam preceptum de feſtiuando ali-
quē diem feſtum precipit affirmatiue illa
die vacare diuinis: ⁊ illa vacatio ſpecialit'
conſiſtit in auditione miſſe. precipit etiam
negatiue ſeu prohibet illa die fieri ſeruilia
quorum nomine venit negociatio. Mo-
do vtraqꝫ pars eſt poſitiui iuris: quia licet
vacare diuinis vel colere deum ſit legis di-
uine ⁊ naturalis ⁊ inabrogabile: tamen ꝙ
illud fiat tali determinato die eſt poſitiui
iuris: ⁊ per conſequens abrogabile ꝑ ꝯtra
riā ꝯſuetudinē. Modo abrogatū p̄ceptuꝫ
nō ligat nec propt' ip̄m incurrit' culpa ſi ꝗs
ꝯtra venit. Si aūt eſſet abrogata tm̄ quo
ad ptē negatiuā: vtputa ſi oĩmoda ꝯſuetu-
do inueterata inducta fuiſſent aliq̄ ſeruilia
exercere illa die ⁊ ſpecialiter illa die negoci
ari ⁊ tenere forum rerum venalium quam
p̄lati ſciuerunt ⁊ tolerauerunt. non tamen
eſſet abrogata quo ad affirmatiuā partem
quin homines illa die audirent diuina:

habentes ſe pro obligatis ad illa ex precepto eccleſie: tūc negociatio eēt licita auditis in diuinis. Si aūt nō audirent diuīa peccaret quidē negocians nō rōne negociationis niſi pro quanto illa eſt incōpoſſibilis auditioni diuinoꝝ cuius tempore fit ſʒ rōne negligentie omiſſionis eius ad quod tenet. Secūdo pbatur ſic. Nam iure canonico preceptū eſt vt dies quattuor doctorum eccl'ie celebrent ſolenniter ſub duplici officio: vt patet extra. c. glorioſus: de reliqui. ꝛ venera. ſanctoꝝ. lib. vj. ꝛ tamen ſi quis illis diebus negocietur aut alia ſeruilia faciat etiam omiſſis diuinis nō cenſetur in hoc peccare: cuius ratio non eſt niſi qꝛ preceptum eccleſie quo ad huiuſmodi dies eſt abrogatum tam quo ad partē affirmatiuam q̄ʒ negatiuam: ita qꝛ homines bona fide ꝛ conſcientia miſſam omittunt ꝛ ſeruilibus intendunt. Uel ſaltem illa conſtitutio nō fuit recepta nec moribus vtentium firmata quo ad ceſſationem a ſeruilibus: ꝛ ſic excuſantur homines. Si igit in aliis quibuſdam diebus ſimilis abrogatō facta ſit ſimile iudicium habendū eſt. Ex ſi dicant hanc inſtantiam nō congruere: qꝛ p̄dicta cōſtitutio nō videt recipe ceſſationem a ſeruilibus per hoc qꝛ mandat ea celebrari ſub duplici officio: eo qꝛ multa feſta celebrant ſub officio etiam toto duplici tamen nō ſunt in p̄cepto. Contra dupliciter. Primo nam textus dicit ſolēniter ꝛ ſic videtur p̄tendere qꝛ ceſſandū ſit a ſeruilibus ꝛ intendendū diuinis vt in aliis feſtis. Secundo quia ſaltem certū eſt qꝛ preceptum e per eccleſiā quoſdā alios dies feriari quorū tamen feſtiuitatē abrogauit conſuetudo. vt dies beati ſilueſtri: ſeptē dies paſſionis dñice id eſt hebdomada ſctā ꝛ tamen conſuetudo apud nos cōtrarium habet. Similiter ſeptē dies reſurrectionis id eſt hebdomada paſce ꝛ tres dies rogancium ꝛ tamen cōſuetudo illis multū detraxit. Q autē p̄dicti dies ſint inſtituti vt feriati patet de cōſe. diſt. iij. c. pnunciandū ꝛ rogationes. ꝛ c. conqueſtus. de feriis.

Tercio probatur. Sunt nōnulla feſta cōſuetudinaria que cum a rectoribus eccleſie nunciantur: denunciant cum tali additiōe ſcʒ precipimus vt illam diem celebretis ſm morem ꝛ conſuetudinem loci. tunc autem homines recurrunt ad conſuetudinē que habet qꝛ in talibus fiunt aliqua ſeruilia tā in domibus q̄ʒ etiam in agris non tamen taliter quin ad eccleſias cōueniant ad audiendum miſſas tanq̄ʒ debitas audire ex dici feſtiuitate. ꝛ taliter agētes nemo ſano iudicio condemnat de peccato. Modo ſi illud nō adiiceret rector adhuc illud ineſſet illi eius indiciom. quia eſt ſuper re poſitiua in qua eſt conſuetudo optima legum interpres: igitur ſtat qꝛ conſuetudo abrogaſſet partem negatiuaʒ ſine affirmatiua. ꝛ tunc homines conſueta ſeruilia exercentes audiens tamen diuinis nō erunt cōdemnādi.

Dicitur notāter: nec reparata: quia ſi taliuʒ feſtorum feſtiuitas huc vſqꝫ abrogata: foret iam reparata per preceptum eccleſie: puta pape vel archiepiſcopi vl' epiſcopi ꝛ cleri quo damnaretur talis hucvſqꝫ habita conſuetudo ꝛ prohiberentur ſeruilia ꝛ preciperetur auditio diuinorum: negociatio eſſet illicita talibus diebus. Nec eēt opus ad incurrendum culpam illi precepto addere excommunicationeʒ: quia excommunicatio eſt pena. Hec autē preſupponit culpam: ꝛ per conſequens preceptiuam legeʒ ideo eo ipſo qꝛ preceptum eſſet latum ꝛ pmulgatum ligaret ad culpam: etiam ſi is qui contraueniret non incurriſſet excommunicationem. Utrum autem ad reparādum feſtum abolitum: ſufficiat autoritas epiſcopi non concurrente conſenſu populi vel an requiratur cōſenſus populi ſicut in ſimili quibuſdam videtur non ſufficere illam autoritatem in erigendo nouum feſtum in aliqua dioceſi non inſtitutum a iure communi: vt videtur innui in capitulo conqueſtus. de feriis. ꝛ de conſe. diſtin. iij. c. pronunciandum. pro nunc omitto licet videatur non eſſe par ratio de reparandis feſtis inſtitutis a iure communi: licet abrogatis ꝛ de nouo inſtituendis non expreſſis in iure communi. Correlarium. ſecundum predicta moderamina intelligenda eſt ſententia Petri de palude in q̄rto diſcentis. In nundinis negociando auditis diuinis nō quidē cauſa auaricie congregādo ad ſuperfluitatem ſed aliquo fine boneſto ſcilicet ad prouidendum ex lucro neceſſitati ſue et familie: vel ad dandum pauperibus vel puidendū bono cōitatis pro re-

bus neceſſarijs ⁊ ſimilia pñt tales excuſari ex quo ꝑlati eccliaꝝ ſciunt ⁊ tolerāt: ſecus ſi ſunt ꝓhibita ꝑ aliquā excõmunicationē ⁊ h mõi: hec ille. Uult em̄ hic quatuor requiri ad hoc vt nõ illicita ſit negociatio facta die feſto. Primo ꝙ audiant diuina. Scdo ꝙ finis honeſtus ꝯſtituat. Tertio ꝙ cõſuetudo ſcita ⁊ tolerata a ꝑlatis ſit illa die negociari. Quarto ꝙ nõ ſit ꝓhibita negociatio ꝑ aliquā excõmunicationem. Modo prima cõditio non eſt vniuerſalr̄ vera: qꝛ nõ eſt vera in caſu vbi eēt oĩmoda abrogatio facta ꝑcepti etiam quo ad affirmatiuā ptem. Petrus igr̄ intelligendus ē in caſu vbi tm̄ abrogatio eſſet quo ad partem negatiuā facta. Secūda cõditio: licꝫ requirat nõ tamen ſolum in negociatione die feſto: ſed etiā die priuato facta: qꝛ etiaꝫ talis eſt illicita ſi veſtit in honeſto fine: de quo dicet poſtea. Tertia ē requiſita. quarta vero nõ requirit abſolute. Nā ſi precepto eccl'ie etiā ſit annexa excõmunicatio ferende ſnīe: adhuc tñ ſi illud ꝑceptū eſt abrogatū in ſe etiā cõminata pena ē abrogata: qꝛ pena ꝑſupponit culpam: īō ſicut potuit abrogari ꝑceptum taliter ꝙ cõtrauenientes nõ incurrerent culpā: ſic etiā abrogari potuit vt nõ eēnt excõmunicandi: eo ꝙ excõicatio nõ debet fieri niſi in eū qui peccauit mortaliter vere vel ꝑſumptiue: imo vere nõ incurrit niſi quis vere peccauerit mortaliter. Et dico notanter ferende: quia licet idē poſſet: vt videt teneri de excõicatione late ſnīe annexa ꝑcepto ſcꝫ vt ſi ipſa diſpoſitio ꝑcepti poſſit abrogari ꝙ conſequenter etiā latio excõicationis: ⁊ hoc propter eandē rõnem iam tactā: tñ pro nunc nihil diffinio. Nec etiā requirit ꝙ talis nõ ſit repata ꝑ nouā ꝓhibitioneꝫ que habeat excõicationē annexam ſiue late ſiue ferēde ſnīe. Nam etiā ſi illa ſit repata ꝑ nouā prohibitionē que nõ habeat talem annexam: nihilominus illicita reddit negociatio: ꝗ̄uis certius ſit tunc illicitā eē cum annexa ē tali noue ꝓhibitioni excõmunicatio. quia tunc apparet ꝙ mens legiſlatoris fuit ſimpliciter ꝑceptiue velle loqui: ⁊ maxime ſi ē late ſententie. Secundū correlariū. ſcꝫ ꝓdicta etiā ſunt moderanda dicta doctoris ſolennis Henrici gandenſ in fine ꝑmi quodlibeti: vbi vult ꝙ tenere forum rerū venaliū die dominico non poteſt excuſari a peccato quacunqꝫ hora diei facta: maxime quando fieret tempore miſſarū vel veſperarū: ⁊ dicit nullum remediū excuſationis adeſſe: qꝛ non niſi triplex remediū contingeret adeſſe: ſcꝫ diſpenſationē pape: vrgentem neceſſitatem: vel vtilitatem piam ſuadentem: ⁊ abrogationē ſtatuti de obſeruantia dominice. Modo nullum illoꝝ poteſt hic habere locum: neqꝫ enim eſt generalis diſpenſatio pape ſuper hoc facta: nec tolerādo diſpenſaſſe videt. Nec etiā ſecundū habet locum ſaltem generalr̄ loquendo: ꝗ̄uis poſſit eſſe particularis neceſſitas vrgens aut pia vtilitas ſuadens: vt ſi quis libenter emeret ſibi neceſſaria in aliquo alio die. ſed qꝛ nõ poteſt ea inuenire venalia: cogitur emere ī dominica: ſimiliter ex parte vendentis: Et ſm̄ ꝙ illa eſt maior vel minor in vno ꝗ̄ in alio: ſm̄ hoc vnus magis poteſt excuſari ꝗ̄ alius: excipit tamen illam generalem neceſſitatē que eſt vbiqꝫ: ſcꝫ emendi cibaria ⁊ ferrādi eq̄s: puta ſi quis ſit in tranſitu ⁊ huiuſmodi. Tertium etiam non habet locum propter duo. Primo: quia conſuetudo debēs abrogare ius poſitiuum debet eſſe rationabilis: talis autem non poteſt eſſe tenendo forum dominico die maxime tempe miſſe ⁊ veſperarum: quia tunc nihil meli' poteſt fieri cultu dei. Secundo: quia preſcriptio debet eſſe inquieta poſſeſſione ⁊ continua qualem populus nunꝗ̄ habuit tenendo forum illo die: quia ſacerdotes nunꝗ̄ ceſſant monere populum ad obſeruantiā dominice. Dicit enim epiſcopum teneri ad ꝓhibendum tale forum: ⁊ ſi q̄ð malum inde eueniat cum illud ſit minus: non debet curare. Hec ille in ſententia que dicta de dominica prout ſpecifice fiunt de dominica: ⁊ prout ſonant nõ de poſſibili ſed de facto ſunt ſimplicit' vera ⁊ maxime de foro tempore miſſe cum negligētia omnimoda eiuſdem: ita ꝙ nullam audiat miſſam tenens forum vel occaſionans: alios ad ſimilia. De facto enim quo ad hoc nulla videt eē facta ꝑſcriptio. Et ꝗ̄uis talis determinatio temporis etiam ſit de iure poſitiuo: et ita preſcriptibilis: tamen difficilius poterit hoc fieri de illo die ꝗ̄ de alijs dictis propter minorem tolerantiam ⁊ difficilioꝛē

prelatorum: ⁊ ita rarius contingit ibi habere bonam fidem: secus in alijs festis. Quo vero ad reliquas partes diei dummodo sit audita missa licet etiam sit difficile quod de facto fiat vel facta sit abrogatio per reclamationem sacerdotum: nõ est tamen etiam impossibile sicut nec in alijs festis illud fuit impossibile in quib⁹ etiã tam affirmatiua quam negatiua intelligentia precepta fuit abrogata. Nec ratio sua prĩa valet: quia eque probaret quod nullum festũ potuisset fuisse abrogatum: quia nihil melius cultu dei propter quem illa fuerunt instituta in omnes partes. Nec etiam est verũ quod consuetudo derogans positiuo iuri debeat esse rationabilis: sic quod causa inducẽs eam sit melior quam causa constitutionis positiue. imo forte nõ requiritur quod sit eque bona dũmodo nõ sit mala: sicut actus ille ante positiuum ius latum etiam fuit licit⁹: quia non prohibitus. sed de hoc alibi in tractatu de decimis diffusius dixi. Quarto deprauatur ex defectu circumstãtie cur. Ubi nota quattuor dicta. Primũ: negociatio est illicita si exercens ordinet eam finaliter ad aliquod peccatuz. ⁊ si ad mortale erit mortalis: si ad veniale venialis. Nam regula ẽ Omnis ille actus est mortalis cuius finis est talis: ⁊ venialis cui⁹ finis est talis: ⁊ rõ quia finis act⁹ est volitus ⁊ intentus ab exercente actum: igitur exercens actum in talem finem exercendo vult peccatũ. Uelle autem peccatuz est peccatũ: igitur. Unde si quis negocietur vt habeat ad adulterandũ. ad iniuste persequendum aliquẽ: vel ad pompam exercendum redditur illicita. Secũdum. stat eam reddi illicitam etiam si finis eius non sit res in se illicita. patz. Nam aliquem habere immensas diuitias nõ est peccatum. Nam staret quod tales affluerent alicui nullatenus apponenti cor. nec peccaret recipiendo eas quia non teneretur eijcere inutiliter sed recipere potest ⁊ vtiliter dispensare. Et tamen si quis negocietur in illum finem vt ĩmensas habeat diuitias ibi sistẽdo etiam negatiue. i. nõ prestituendo hoc sibi vt finem vltimum ⁊ beatitudinem peccabit. Nam hec negociatio deriuatur ex radice infecta scz ex concupiscentia oculoruz. Multomagis quando habere ĩmensas diuitias ab eo intenditur nõ soluz ibi sistẽdo negatiue sed etiam hoc ipse appreciatur vt summum bonum ibi sistendo affirmatiue. Nam tunc fruitur creatura quia amore eis inheret propter se. Et si dicatur: ex quo habere immensas diuitias non est in se malũ igitur non deprauabit negociationẽ in eã ordinatam. Respondetur: negando consequentiã. Nam etiam aliquid quod nõ est in se malum sed etiam simpliciter bonũ ⁊ laudabile non est conueniens finis cuiuscũque actus: imo stat quod actus sit etiam deordinatus ⁊ illicitus si in tale quid ordinetur vt si illud sit minus bonũ quam illud quod in ipsũ ordinatur. Est enim contra rectam rõnem quod nobilius ordinetur in minus nobile: sicut qui spiritualia dispensaret principaliter propter suam sustentationem peccaret. sic negociatio si fiat propter habere ĩmensas diuitias (quod habere in se nõ est illicitum) redditur illicita negociatio. Preterea: habere ĩmensas diuitias non est aliquis actus elicitus: eo quod etiam de dormiente verificatur. sed desiderare ipsas habere est act⁹ elicitus ⁊ prohibit⁹ a domino ibi. diuitie si affluant nolite cor apponere. Multomagis apponere cor ad non dum affluentes. vt affluant est prohibitum. Modo negociari propter huiusmodi diuitias includit desiderium earum: igitur. Tertiũ dictũ. negociatio non reddit precise illicita propter hoc quod ordinatur ad lucrum. Nam habere lucrum si nihil addatur ẽ finis adhuc indeterminatus ⁊ eius intentio vel volitio potest vltra vestiri alio fine determinato. nã cõtingit lucrum velle habere ad hoc vt sic immensas congreget diuitias: aut vt necessitati vel pietati subministret. Cõfirmatur: quia nisi sic omnis negociatio esset illicita: nam omnis talis fit propter lucrũ habẽdũ vt patz ex eius descriptiõe supra habita saltem quantum est ex voluntate negociantis. Nam negocians vult vt vltra precium quod exposuit sibi soluãtur expense adductionis: conseruationis: ⁊ etiam ei⁹ opere ⁊ cure ⁊ huiusmodi. Modo illud vltra accipiendum vocatur lucrum. Quartũ dictum: ad hoc quod negociatio sit quantum est ex parte finis licita requiritur quod lucruz intentum ordinetur ad alterum illoz duorum scz ad necessitatem aut pietatem. Exemplum primi. si ipse eo indiget vel familia

ſua vel ceteri quorum tanq̃ domeſticoruz
tenetur curaz habere. Juxta illud apoſto-
li, prime ad Thy. v. Si quis ſuorũ: ⁊ ma-
xime domeſticorũ curam non habet: fidez
non habet: ⁊ eſt infideli deterior. Et iteruz
Parẽtes debẽt theſaurizare filijs. ij. Cor.
xij. Exemplum ſecundi: vt ſi non indigeat
illo lucro: pauperes tamen chriſti indigẽt:
ad quoꝝ indigentiã releuãdaz ordinat pꝛi-
cipaliter illud lucrum. Laudabile enim eſt
vt talis nõ omnino ocietur. qđ vtiq̃ vitu-
perabile eſſet: ſed cum ſm ſtatum ſuũ diui-
num penſum expleuerit: aliquã actionẽ ſe-
cularem vtilem honeſtam importare valẽ
tem releuationem indigentiũ exerceat quã
nouit. Apl's enĩ ad Epheſios. iiij. ait La
boret ſupple homo manibus ſuis qđ bo-
num eſt vt habeat vnde tribuat neceſſita-
tem patienti. Modo ſtat ꝙ aliam artẽ nõ
nouerit q̃ negociationem: igitur. Et dico
ſm decentiam ⁊c. Nam indecens eſſet ꝙ il
le tãtũ inhiare vellet talibus lucris quan
tum hi quibus ſubeſt prima cauſa que eſt
neceſſitatis. Plus enim ſtringit neceſſitas
quia eſt precepti q̃ pietas exiſtens conſilij
Miſerere enim anime tue placens deo di
citur Eccleſiaſtici. xxx. Quid enim eẽt ꝙ ta
lis vniuerſum mundum lucrareť ⁊ anime
ſue detrimentum pateretur, ⁊ pius in pau-
peres eſſet pro eis inhiando lucris ⁊ in ſe
impius ⁊ crudelis eſſet proprie ſalutis ne
glector. Et ſicut poteſt eſſe licita ſi fit lucrũ
aliquo predictorum modorũ: ſic etiam lici
ta eſſe poteſt ſi fit ꝓpter vtilitatem republi-
ce ſcz quatenus patrie non deſint res neceſ
ſarie vel vtiles. Quinto redditur illicita
ex defectu circumſtantie cui. de hoc pone
ſex exempla. Primum: ſi quis negocietur
vendendo aliquid eis quibus eſt ꝓhibitũ
vt ſi quis vendat excommunicato. Nam
in tali negociatione eſt communicatio: mo
do regulariter loquendo prohibitũ eſt cõ-
municare cum excommunicato. Secũdũ
exemplum: vt ſi quis negocietur venden-
do merces eis quibus quid vendere ẽ pro
hibitum: etiam ſi illi non ſint excõmunica
ti. Sicut ſtatutũ eſt ꝙ ſi iudeus iniecit ma
nus violentas in clericum ⁊ dominꝰ eius
monitus vt faciat eum ſatiſfacere iniuriaz
paſſo ⁊ eccleſie neglexerit illud adimplere
debet prelatus eccleſiaſticus omnibꝰ chri-
ſtianis per cenſuram eccleſiaſticam inter-
dicere ne cum iudeo anteq̃ ſatiſfaciat pre-
ſumãt cõmercia. extra de iude. ⁊ ſara. c. po
ſtulaſti. Et ſic poſt talem probibitionẽ illi
citum eſt tali merces vendere: licet talis nõ
ſit excommunicatus ſaltem directe. Alia q̃
tuor exempla ⁊c. ſunt illa que poſita ſunt i
prima concluſione de ſaracenis hereticis ⁊
hoſtibus romani imperij ⁊c. Nam in pre-
dictis quattuor non preciſe ex obiecto ſed
etiam ex circumſtantia cui deprauatur ne-
gociatio. Sexto ex defectu circumſtan-
tie quibus auxilijs. de q̃ poſſunt poni tria
exempla. Primuz: nam ſi quis negocietur
per miniſtros vel ſocios exercentes cõtra-
ctus damnatos vt palliatas vſuras aut q̃
vendunt pro ꝑcio exceſſiuo. aut agũt frau
dulentas venditiones: ⁊ ipſe ſcit vel credit
probabiliter tale quid de eis vł habz igno
rantiam affectatam aut craſſam ⁊ ſupinaz
de tali eorum iniquitate: non excuſat a cõ
ſimili peccato: ſi eos nihilominus tenet in
miniſterio vel ſocietate: licet ipſe ab illicitis
cõmercijs caueat ⁊ ſocium vel miniſtrum
admoneat ab illicitis abſtinere. Naz illud
non ſatis eſt ſed cuz effectu debet eos a ta
libus prohibere. Aut ſi non poteſt debet
ſe abſoluere ab eorum miniſterio ⁊ ſocieta
te. Et ſi nõ poteſt: debet proteſtari ꝙ nulla
tenus de illicitis lucris eorum velit partici
pare: nec in illos illicitos contractus con-
ſentire. Nam niſi ſic agat habetur pro con
ſentiente. Error enim cui non reſiſtitur ap-
probatur. lxxxiij. diſtinc. c. Error. Se-
cundũ exemplum. Si mediantibꝰ ſimula-
tionibus negocietur. vt ſi ſimulat in exteri
ori geſtu ⁊ apparatu ſe ſimpliciter nolentẽ
vel valde difficilem ad emendum tanto ꝑ-
cio: vel ac vendendum tam vili precio vt ſi
bi offertur (ſicut nonnunq̃ fit) quatenꝰ ali
um deterreat vt ſibi pro remiſſiori vendat
aut pro maiori ab eo emat cum tamẽ i cor
de ſit ſimpliciter voluntarius ad ſic emen
dum vel vendendum ſicut ſibi offerť. Nã
hec ſimulatio eſt mendacium operis vł ge
ſticulationis. et perinde eſt ac ſi verbis di
ceret ſe ſimpliciter nolentem vel valde dif
ficilem. qđ vtiq̃ eſſet mendacium. Secus
vbi non ſimulat ſe aliter ſe habentẽ in men
te q̃ habeat: q̃uis non aperiat illam ſuaz
mentem alteri nec querit rem emere vł ven

dere pro iniuſto precio. Nam differũt mẽtem ſuam non aperire ſeu explanare alteri ⁊ aliter eam aperire ꝙ̃ in veritate ſit. Tercium. Si negocietur mentiendo ⁊ multomagis peierando: vtputa dicit ſe rem tanto emiſſe cum non tanto emerit: dicit ſe dãnum ſuſtinere ſi remiſſius vendat: dicit rez non defectuoſam cum tamen ſit defectuoſa ⁊ huiuſmodi. Et circa hoc nota octo dicta. Primum. Si quis negocietur aduertẽter iurãdo ꝓpoſitionem quã ſcit: vel probabiliter credit eſſe falſam: talis peccat mortaliter: quia irreuerentiaʒ magnã deo facit contra ſcd̃m preceptum decalogi: nã periurium eſt ex genere malum mortaliter prohibituʒ. ⁊ non refert an illa propoſitio in re ſit vera vel falſa vel non: dũmodo credat probabiliter eam eſſe falſam. Dico autem aduertenter iurando propter ſequentia. Secundũ. Si negociando iurat ꝓpoſitionem ſibi dubiam dubio probabili vel equilibri: peccat mortaliter ſi aduertit ſe eam iurare: quia tunc exponit ſe probabili vel equilibri periculo periurij. Exponere autem ſe probabili vel equilibri periculo peccati mortalis eſt mortale. Tercium idem iudicium eſt. Si negociator nõ preconſiderat propoſitionẽ quã iurat an ſit vera vel falſa: ⁊ nihilominus eam aſſerit per iuramentum: aduertẽs ſe iurare: debet enim eam preexaminare cum diligentia: alioquin exponit ſe periculo periurij et notabilis diuine irreuerentie. ⁊ maxīe hoc facere debet homo in iudicijs ⁊ in illis in quibus leditur proximus. Quartũ. Si negociator preexaminauit eam diligenter ⁊ facta debita diligentia probabiliter credit eam eſſe veram: ⁊ ſic eam iuramẽto credulitatis aſſerit veram: non peccat mortaliter: etiam ſi in re non eſſet vera. Dico notanter iuramento credulitatis: quia ſi eam que tñ eſt ſibi probabiliter credita aſſereret ſimpliciter tanꝙ̃ ſibi ſimpliciter certam ⁊ conſtantem: non excuſaretur a mortali ſi in re eſſet falſa. ſicut in rebus condemnabilibus non ſufficit iudici iuramentuʒ credulitatis: ſicut tamen in fauorabilibus ſepe ſufficit. Unde ſi in talibus odioſis pro cõſtanti: ⁊ vt certam aſſerat ieſtis aliquã propoſitioneʒ que tñ eſt ſibi ꝓbabiliter credita nullatenus excuſabitur a mortali ſi in re eſt falſa. Quintum dictum. Si aliquaʒ propoſitionẽ dicit quã ſcit vel credit non eſſe veram aut de ea dubitat dubio probabili vel equilibri: vel non conſiderat eam an ſit vera vel non ⁊ iuramento eã aſſerat non tamen aduertẽdo ſe iurare: puta lapſu lingue vel inconſideratione: non videtur ratione iuramenti annexi peccare mortaliter: quia mortale peccatum requirit deliberationem veram vel interpretatiuaʒ. Hic autem non eſt talis deliberatio ratione inuocationis dei in teſtem vt caſus ſonat: et licet ſit deliberatio ex parte propoſitionis tamen illam aſſerere vel dicere vt verã nõ eſt mortale: quia ſtat ꝙ eius aſſertio nõ ſit niſi mendacium officioſum vel iocoſum.

Eſt igitur ille caſus tñ veniale peccatuʒ ratione iuramenti annexi: licet valde cauẽdum ſit. quia valde appropinquat ad mortale. Et dixi ratione iuramenti ⁊c. quia ratione propoſitionis aſſerte poſſet eē mortale: quia ſtat ꝙ eius aſſertio ſit mendaciũ pernicioſum poſſet etiam ratione eiuſdem eſſe veniale ſi ſit mendacium officioſuʒ vł iocoſum: ⁊ tunc duplex veniale erit ibi.

Sextum. Si propoſitionem etiam verã ⁊ quã ſcit vel credit verã iurat ex quadam leuitate vel conſuetudine vel etiam ſi non aduertat ſe iurare eſt veniale. ⁊ grauiꝰ eſſet ſi aduerteret ſe iurare ſi non ſubeſt cauſa legitima qualis ē neceſſitas vel honeſta notabilis vtilitas. Unde chriſtus non permiſit iurare omnino dicẽs Dico vobis nõ iurare omnino Math. v. id eſt ex quacũ/ꝗ cauſa ſed tñ ex cauſa neceſſitatis aut notabilis vtilitatis. Et ſicut hic dicit̃ de negociatore: ſic intelligendum eſt de alijs in ſimili forma iurantibus. Septimum. Si ſine iuramento mentitur mendacio pernicioſo ipſi cum quo negociatur: mortaliter peccat: vtputa mentitur vt damnificet proximum cui vult vendere vel a quo vult emere: vel ex quo ſequitur damnum proximo vt ipſe conijcit vł conijcere debʒ. Et intelligitur de pernicio vel damno notabili. Nã ſi in modico quod eſſet vilis eſtimationis ⁊ quaſi pro nihilo computaretur intenderet decipere: illud tñ eſſet veniale nõ mortale niſi ex animo fieret mortale. puta quia

p:eparate mentis in actu eſſet ſi poſſet eū decipere in magno: etiam facere vellet. nā etiam tunc eſſet mortale al's ſecus: ſicut in ſimili qui furatur vel accipit vilem rem: vt puta pennā ſuo cōſcholari vel pomum de arbore vicini ⁊ huiuſmodi: nullatenus furaturus rem notabilis p:ecij non niſi veniale furtum committit. ſecus ſi animo actu conciperet ſe etiam rem notabilis p:ecij furaturum ſi inueniret. Quomodo autē ad illorum modicorum reſtitutionem in quibus venditor decipit proximum teneatur videri habet in tractatu de reſtitutionibꝰ.

Octauum. Si ſine iuramēto mentitur mendacio officioſo: vt puta in vtilitatē ſuam ſine damno proximi nō peccat niſi venialiter: vt puta ſimplici verbo dicit ſe emiſſe rem tanto cum minori p:ecio emerit: ⁊ hoc facit vt alius ab eo emat condigno precio qui alias ab eo nullatenus emeret ſed contenderet ſibi dare precium nimis paruum. Nec oportet addere ꝙ ad hoc ꝙ tale nō ſit mortale requiratur (vt quidā dicit) ꝙ talis negociator non ducat hoc mendacium in conſuetudinem. Nam etiam ſi ducat in cōſuetudinem non erit illud mortale: q: veniale mille vicibꝰ repetitū nunꝗ̄ erit mortale: nec equiualet vnꝗ̄ vni mortali: ꝗ̄uis ſit natum diſponere tandem ad mortalem contemptum diuine offenſe. Nec eſt ſimile de ebrietate. Nam ebrietas (ſaltem propꝛie capta vt hic capimus ſcilicet que ē ſubuerſiua rationis) eſt ex genere mortalis ꝗ̄uis ex imperfectione deliberationis ⁊ conſenſus ſit venialis: puta quia inebrians nō aduertit illum potum eſſe inebriatiuū: nec ab alijs hoc audiuit vel expertus eſt eius fortitudinem ⁊ effectum licet aduertat eū eſſe immoderatum ⁊ nihilominus eum bibat. Modo veniale ex imperfectione (qḋ tamen eſt ex genere mortale) ſi ducatur in conſuetudinem erit mortale eo ꝙ frequentando efficitur vere vel interp:etatiue ſciens illum potum eſſe inebriatiuū et ꝑ conſequens eſt interp:etatiue vel vere deliberate volens incurrere ſubuerſionem rationis. Volens autem committere mortale ex genere ſi illud deliberate vere vel interp:etatiue velit: peccat mortaliter. Nam ſic eſt de mendacio officioſo: quia illud ex genere eſt tm̄ veniale. Ideo etiam ſi deliberate committatur ⁊ replicetur non niſi veniale manebit. Unde ſm hoc debet intelligi dictum Auguſtini dicentis. Nullū adeo veniale eſt qḋ non fiat criminale dum placet. Loquitur enim de venialibus non ex genere ſed ex imperfectione cōſenſus ⁊ carentia deliberationis.

Septimo ⁊ vltimo ex defectu circumſtātie quomodo. Et poſſunt poni quattuor exempla. Primū Si negociando cōmittat monopolium. Deriuatur autem ſeu componitur monopolium altero illorum duorum modorū ſcilicet aut a monos quod eſt vnum ⁊ polium. i. vēditio: quaſi venditio quā vnus ſolus exercere habet. Vel ſecundo dicitur a monos quod eſt vnum ⁊ polis ciuitas ꝗ̄ſi negociatio tm̄ vni in ciuitate conceſſa: vel per eum vſurpata. Et ſm primam deriuationem ſeu compoſitionem exercens monopolium dicitur monopola penultima producta: a monos quod eſt vnum ⁊ pola. i. vēditor quaſi vnꝰ vel ſingularis venditor vel negociator: ſicut bibliopola: penultima producta dicitur bibliarum. i. librorū venditor. Sed ſm ſecūdā dicitur monopolus penultima correpta: a monos id eſt vnum ⁊ polis ciuitas: quaſi vnus vel ſingularis in ciuitate venditor vel negociator. Et ꝗ̄uis ſm aliquos committatur monopolium non tm̄ primo modo infra dicendo ſed etiam alijs modis ibidem ponēdis tamen propꝛie non eſt monopoliū niſi primo modo: vt patet ex vi nominis: ⁊ etiam patet quia ī rubrica. C. de monopolijs diſtinguitur tam in. tex. ꝗ̄ in glo. monopolium ab alijs modis. Unde dicitur ibi ſic De monopolijs ⁊ conuentu negociatorū illicito vel artificio ergalaborum nec non balneatorum prohibitis illicitis pactionibus. hec ibi. Attamen quia omnes modi illi prohibentur ſub vno titulo: ideo tranſeamus ꝑnunc cū tali modo loquendi.

Primo igitur committitur monopoliū ſi quis propꝛia auctoritate vel etiā auctoritate reſcripti imperialis impetrati vel impetrandi aut pragmatice ſanctionis cōtendat vt ſibi ſoli liceat exercere negociationē in ciuitate: aut contēdat ⁊ conetur ad hoc vt nullus p:eter eum exerceat eā. Scḋo

Si nõ ſolus ipſe exerceat ſed etiã alij: atñ pactũ faciũt ipſe ⁊ alij ꝙ nõ remiſſiori ꝑcio vendant merces ꝗ̃ ſicut cõuenerunt: non ꝑcise intendentes ꝑ hoc ſe cõſeruare indẽnes ſed intendentes lucrũ etiã ĩmoderatũ ex nimietate precij cõſequi. Tertio. Etiã ſi illud pactũ nõ facerent ex illa cauſa vt ĩmoderatũ lucrũ ꝯſequerent̃ ſed tñ vt ſe cõſeruarent indemnes a lucri illꝰ ceſſatione qȯ alˀs etiã licite recipere poſſent. Nã liberũ decet eẽ forũ rerũ vt nõ aſtringat ſe ꝗ̃s pacto nulli ſe facturũ gratiã in venditiõe mercium. Nam conſtat ꝙ preciũ iuſtũ habet aliquãtã latitudinem intra quã ſi recipit vẽditor: manebit indemnis a damno emergenti ⁊ etiã ceſſationis lucri: ſic ꝙ adhuc habebit lucrũ: etiã ſi nõ in extremo vł rigido gradu: latitudinis vendat. Modo per ꝑdictum pactum cõtingeret paciſcenti ꝑcludi viam vt non niſi in rigidiſſimo gradu iuſti precij venderet cum tamẽ gratioſe ⁊ ſine ſuo damno poſſet vendere remiſſiori. Quarto: ſi aliqui ſingulariter ſcientes aliquã artem paciſcantur inter ſe ne quiſꝗ̃ eoꝝ doceat quẽꝗ̃ illam artẽ niſi ſit filiꝰ vel filia nepos vel neptis eorũdem: ⁊ ſic de ſimilibus vt ſic ipſi ſoli cõſequant̃ cõmodũ ⁊ lucrum illius artis. Quinto. Si balneatores cõdicãt vt nõ balneent quẽꝗ̃ niſi ꝑ precio ſuper quo inter ſe conuenerunt.

Sexto. Si locatores opaꝝ vt ſcriptores libroꝝ aut edificatores edificioꝝ cõdicant inter ſe vt opus inceptũ ab vno nullus aliorũ perficiat: ⁊ idẽ de locatoribus rerum: vt ſi locatores equoꝝ aut domorũ aut ſtationum vel apothecarũ in quibus mercatores in nundinis tenent forũ condicerent predicto modo. Q: autẽ monopoliũ omnibus illis modis ſit illicitum: probatur ſic. Primo qꝛ damnatur naturali ratione. Nã illud qȯ tñ propter priuatũ cõmodũ eſt in notabilẽ ⁊ grauẽ perniciem rei publice: ⁊ cũ hoc ꝑcludit viam benefaciendi ꝓximo eſt illicitũ: ſi enim aliqȯ mẽbrum ſingulare corporis naturalis conaret̃ propter ſuũ tñ cõmodũ illud agere qȯ in pniciem totius corporis vel alioꝝ mẽbrorũ redundaret aut ꝓhiberet beneficiũ ceteris membris impendi ⁊ toti corpi. Illud mꝗ̃tanꝗ̃ pniciosum membrũ reſcindendũ eẽt ergo ſic etiã ẽ ĩ corpore myſtico cuiuſmodi eſt res publica. Modo monopoliũ predictis modis eſt hmõi. Nã ſi exerceat̃ ꝑdictis modis hoc inde ſequit̃ ꝙ ſingule ꝑſone ciuitatis cogent̃ merces quibꝫ indigẽt ab illo vno ⁊ ſingulari ſcḋm illius beneplacitum recipere: ⁊ hoc ꝑſtabit occaſionem ꝙ cogẽtur ꝑciũ immoderatũ exhibere ⁊ opprimẽtur ⁊ angariabunt̃ ꝯtra iuſticiã ⁊ quaſi ad quandam ſeruilem obligationẽ redigent̃. cum tamẽ deceat in libera ciuitate liberam eſſe facultatẽ in emendo: vendendo: locando ⁊ cõducendo. Aut ſi nõ fiat ꝑdicta oppreſſio nec occaſio eius: attamen beniuolis negotiatoribus ꝑcluditur via bene faciendi ⁊ gratiam impendendi ꝓximo. contra illud Prouerbio. iij. Noli ꝓhibere benefacere eum qui põt ſed ſi vales ipſe bene fac. Secundo probatur. quia ẽ contra legẽ poſitiuã: nam lex ciuilis damnat ſimpliciter monopolium ſcḋm omẽs ꝑdictos modos: ⁊ ex magnitudine pene annexe cõcicitur ꝙ taliter eſt ꝓhibitum ꝙ tenent̃ ſubditi ſub mortali pctõ ad eius obſeruantiam. Nã exercens monopoliũ ꝑmo mõ: ꝓprijs bonis debet expoliari ⁊ ꝑpetuo exilio dãnari. Exercens autem alijs modis tactis debet puniri in quadraginta libris auri. Et officialis qui precio corruptus vł diſſimulatione aut quacũꝗ̃ alia vitioſa cauſa nõ punierit ſed permiſerit tales modos monopolij dꝫ puniri in quinquaginta libris auri. Secũdũ principale exemplũ. Si negociator emit diminuto precio merces decepto ſcꝫ vẽditore aut ipſe poſtea vẽdit exceſſiuo precio: et de hoc infra. q. lvij. et. lviij. Tertiũ. Si carius vendit tranſeuntibus ꝗ̃ manentibus. Unde dicit cõcilium Albanenſe. Preſbyteri plebes ſuas moneant vt hoſpitales ſint ⁊ nõ carꝰ vendant tranſeuntibꝰ ꝗ̃ mercato vendere poſſint. Et intelligitur ſi exceſſus ſit vltra latitudinẽ iuſti precij: alioquin ſi intra eã fuerit poterit vni carius vendere ꝗ̃ alteri: qꝛ vult alteri gratiã facere. Quartũ. Si carius vendit ad terminum ꝗ̃ faceret ad ꝓmptam ſolutionem: ⁊ hoc propter hoc ꝙ expectando implicite mutuat emptori. De ꝗ̇bus infra videbit̃ plenius. Et generaliter omnis venditio ⁊ emptio in qua ẽ iplicita

vſura reducitur ad defectum huius circūſtantie. Poſſet etiā exemplificari de q̄mo do per illas negociationes que nullā vtilitatem afferunt reipublice ſed poti⁹ damnum: vt venditiones inſtrumētoꝝ ludi fortune ⁊ quedam alie de quibꝫ infra dicetur. Et ſi dicatur adhuc reſtant due circūſtantie: ſcꝫ quid ⁊ circa quid. Dicēduꝫ ꝙ ambe ille in preſenti actu habent ratonē obiecti actus potius q̄ circumſtantie. Naꝫ id qd̄ venditur vel emitur vel circa qd̄ ē emptio ⁊ venditio eſt obiectuꝫ negociatiōis. Modo de obiecto dictum eſt in p̄ia ꝯcluſione ⁊ hec de p̄nti q̄one.

Queſtio. LXI

## Vtrū negociatio

ſeu mercatio ſit indiſtincte clericis illicita Solutio queſtionis ſtat in quinqꝫ diſtinctionib⁹ ⁊ ſex ꝯcluſionibus.

## Prima diſtinctio.

eſt. Negociatio capit̄ tripliciter. Primo generaliſſime. ⁊ ſic q̄cunqꝫ act⁹ acquiſitiu⁹ ſeu lucratiu⁹ tēporaliū ſiue ſit cōtract⁹ ſiue aliquis alius actus vel exercitiū: puta alicuius officij vel artificij dicit̄ negociatio. Nam multa officia ſecularia dicunt̄ negocia ſecularia: vtputa officium ſecularis aduocātie ⁊ ꝓcuratiōis ſecularis vt procurationis villarum ⁊ officiū iuriſditionis ſecularis ⁊ tabellionatus: atqꝫ exercitiū vtriuſqꝫ medicine. Hec enim reputāt̄ negocia ſecularia: vt pꝫ per totū: extra ne clerici vl̄ monachi ſe immiſceant negocijs. Similiter officium vel exercitiū tabernarie ⁊ macellarie. Secundo capitur generaliter et ſic tm̄ contractus dicit̄ negociatio nō tamen ſolus cōtractus emptiōis: imo etiā cōtractus locationis cōductionis ⁊ contractus mutui factus ad lucrum cuiuſmodi ē mutuatio vſuraria dicit̄ hoc mō negociatio. Nam negociatio generaliter capta ē idem quod mercatio generaliter capta modo negociatio generaliter capta ſub ſe comprehendit nō tm̄ emptionem ⁊ venditionem: ſed etiam mutuationē vſurariā. Nam mutuantem ad vſuras Johannes chryſoſtomus enumerat inter mercatores Matth. xxi. ſup illo. Eiecit emētes ⁊ vēdētes. vbi dicit ſic. Sup oēs mercatores maledict⁹ ē plus vſurarius. Ipe nāqꝫ rem datā a deo vendit nō cōparatā. poſt fenus reꝫ ſuā repetit tollens aliena cū ſuis. Mercator enim nō repetit rem venditā. hec ille. Tertio mō ſpēaliter: ⁊ hoc mō tm̄ ꝯtract⁹ emptiōis vl̄ venditiōis vel vterqꝫ ſimul: dr̄ negociatio.

## Secunda

diſtinctio. Negociatio etiā ſpēalit̄ capta eſt duplex. Nam quedā non dr̄ lucratiua: ſaltē ꝓprie loquēdo. ⁊ ē illa vbi aliq̄ emunt̄ nō vt reuendant̄ ſed emunt̄ ad vſum ſuuꝫ Aut ſi venduntur nō tm̄ fuerunt iō empta vt reuenderent̄ ſed ad vſū domus fuerunt empta: vel etiam aliter fuerūt acquiſita q̄ꝫ emptione. vtputa dono vel labore ꝓprio. Alia vero dicit̄ ꝓprie loquendo lucratiua vbi ſcꝫ aliqua emunt̄ vt reuendātur. Sic philoſophus p̄mo politice diſtinguit duplicē acquiſitiuā pecuniarum ſeu pecuniatiuā. Quedā eni dicit̄ pecuniatiua vtilis q̄ ſcꝫ acq̄rit̄ pecūnia d̄ rebꝫ neceſſarijs vt alia vtibilia emāt̄. Alia ē trāſlatiua q̄ acquirit̄ pecunia ad emēdū res: non vt ipe eis vtat̄ ſed vt reuendat.

## Tertia

diſtinctio. Negociatio ſpecialit̄ capta nō lucratiua ꝓprie loquendo dicta: ē duplex. Quedam ē yconomica ⁊ ē illa q̄ res aliq̄ emunt̄ ad vſū ⁊ neceſſitatē ementis ⁊ ſuoꝝ: vt quis emit blada vel vina nō vt reuendat ſed vt in familia ſua vtat̄ eis. Alia ē politica ſcꝫ q̄ res emunt̄ ad vſū ⁊ neceſſitatē ciuitatis: vt ſi rector ciuitatis blada vel vina emat q̄tenus exercitus bellicus inde viuat.

## Quarta

diſtinctio. Negociatio yconomica fit dupliciter. Primo dūtaxat emēdo vt p̄cedēs exēpluꝫ fuit. Sc̄do dūtaxat vēdendo vt ſi q̄s blada ⁊ vina q̄ de ſuo ꝓprio labore quo agros ⁊ vineas ſuas coluit habet: vēdat. Silr̄ ſi q̄s res ſibi donatas vēderet. aut ſi q̄s res emerat ad vſuꝫ ſuū ſed cū ſibi ſuperfluunt eas vēdit: vel ſi ſibi nō ſupfluūt attn̄ ſi nūc nō vendat ſed retineat damnificaret̄ q2 leuiori p̄cio poterit poſtea inuenire.

## Quinta

diſtinctio. Negociatio lucratiua ē duplex. Quedā eni ē ſtricte loquēdo negociatio et ē illa

vbi qͥs emit res vt eaſdē reuēdat ſm carū; dē verū valorē ſine hoc ꝙ ꝑ artificiū illas i mutet ad aliquā formā artificialē: rōe cui⁹ eā vendat: vt ſi qͥs emit maſſas ferri: vt ſic eaſdē ſicut emit reuendat: et dicit̃ ꝓprie lucratiua pecuniaria. Alia eſt non ſtricte loquēdo negociatio qua ſcʒ qͥs emit res vt ꝑ artē aliquid ex eis operetur: vt ſic opatas vendat ſm valorem artificialis forme introducte. Et hoc fit dupliciter. Prīo ſi tales res vendit quaꝝ valor tot⁹ eſt ex artificio vt ſi ex materia quaſi nulli⁹ pcij operetur aliqḋ artificiale: ſicut ſunt matte vel ſtorta que fiūt ex iuncis, a ſterno dicta: eo ꝙ ſternant̃ ſup terrā ꝛ fiſcelle ꝛ ſportule q̄ fiunt ex viminib⁹. Scḋo ſi tales res vendit quarum valor nō totus ē ex artificio ſed etiam ꝓptʒ ex materia: vt ſi qͥs emat aſſeres vt ex eis faciat archā ꝛ ſic eā vendat vel pergamenū vt faciat libꝝ ꝛ ſcribat ꝛ ſcꝑtū vēdat

**Prima** concluſio. Nō eſt indiſtincte ꝛ vniuerſaliter dicēdū. ꝙ negociatio ſit illicita clericis. Probat̃: qꝛ tūc ſenſus eēt ꝙ nulla negociatio vl' i nullo ſenſu eſſet eis licita: hoc autē ē falſū: naꝫ etiā aliquib⁹ auctoritatib⁹ pōt cōuinci aliquā vel in aliquo ſenſu eis negociationeꝫ eſſe licitā. qḋ ptʒ. Naꝫ artificiū exercere vt artificiata vēdant̃: ꝛ ſic lucrū ꝓ ſua vel indigentium ſuſtentatione obtineatur eſt aliqualis negociatio: ꝛ tñ clerico licitū eſt artificia aliqua exercere vt artificiata ꝑ eū vēdant̃ ꝛ lucrū ꝓdicto modo habeat̃. Minor ptʒ ſequētib⁹ auctoritatib⁹ q̄nqꝫ. Prīa eſt ex cōcilio carthaginenſi: ꝛ habet̃. xcj. di. c. Clericus. vbi dicitur. Clericus victū vl' veſtitū ſibi artificiolo vl' agricultura abſqꝫ officij ſui detrimento dūtaxat ꝓparet. Clericus enī qui abſqꝫ corpuſculi ſui inequalitate vigilijs deeſt: ſtipēdio priuat⁹ excōmunicet̃. Scḋa ē ex eodē cōcilio q̄rto vbi dicit̃ Cleric⁹ quilibʒ verbo dei erudit⁹ artificiolo victū querat. Tertia eſt ibidē vbi dꝛ Oēs clerici qui ad opandū validi ſūt ꝛ artificiola ꝛ litteras diſcant. Quarta ē: qꝛ vt habet̃ Actuū. xviij. Apl's paul⁹ etiā ex ꝑſona ꝑpria exercuit artificiū artis ſcenofactorie. i. artis faciendi ſcenon. Scenon autem qḋ grece ſignificat vmbrā accipit̃ in latino pro tabernaculo: ꝛ etiā pro fune: ꝛ ſic Paulus fuit funifex vel tabernaculoꝝ vel tentoriorū factor. Et ꝙ nō ſolū ſciuerit ſʒ etiaꝫ exercuerit: ptʒ qꝛ ibidē dicit text⁹ ꝙ paulus manebat apud Aq̇lam ꝛ Priſcillā eo ꝙ eiuſdem artis erat ꝛ opabat̃. Erāt aūt ſcenofactorie artis. Et ſilr' ꝓme Coꝛ. iiij. Ipe ꝓ ſe ꝛ alijs dicit, laboram⁹ opantes manib⁹ noſtris. Et ſcḋa ad Theſſal. iij. Neqꝫ gratis panē māducauim⁹ ab aliq̄, ſed in labore et fatigatione nocte ꝛ die opantes ne quē veſtrū grauarem⁹. Quinta ē ex cōcilio Narcenſi, ꝛ habet̃. xcj. di. ꝛ etiā extra de celebra. miſſaꝝ. c. j. vbi dꝛ de clerico ꝙ pacti horis ꝛ viſitatis infirmis ſi voluerit exeat ad opus rurale vt neceſſitatib⁹ ꝑegrinorū ꝛ hoſpitū ſiue diuerſoꝝ ꝯmeantiū infirmorū atqꝫ defunctoꝝ ſuccurrere poſſit.

**Secunda** concluſio. Nō ē indiſtincte vel vniuerſaliter dicendū ꝙ negociatio ſit licita clericis. Probat̃: qꝛ multe auctoritates innuūt eā eis eē illicitā deteſtabilē ꝛ ꝓhibitam. qḋ ptʒ enumerādo tres ꝛ tertia includit tres. Prima ē Auguſti. in lib. qōnū ve. ꝛ no. teſtamenti. ꝛ habet̃. lxxxviij. di. i. c. fornicari. vbi dicit̃. fornicari hoīb⁹ ſꝑ non licʒ: negociari aliq̄n licet aliq̄n non licet. anteq̄ꝫ enī eccl'iaſtic⁹ qͥs ſit licet ei negociari fcō aūt iā nō licet. Mō cū qͥs fit cleric⁹ fit eccl'iaſtic⁹ igit̃. Scḋa ē Hierony. eadē diſtin. i. c. negociatorē: vbi dꝛ. Negociatorē clericū: ex i ope diuitē, ex ignobili glioſum q̄ſi quādā peſtē fuge. Tertia ē Gelaſij pape eadē diſ. c. ꝯñs. vbi Gelaſi⁹ ſub pena ſuſpenſionis ab officio clericali decreuit clericos debere abſtinere a negociatiōib⁹. fundādo ſe in trib⁹ auctoritatib⁹ q̇bus h̄ intuit̃. Prīa: qꝛ Math. xxj. Xp̄s eiecit emētes ꝛ vēdētes i tēplo. inſinuās ꝙ in eccl'iaſtico loco nō debēt talia exerceri ſic nec ꝑ eccl'iaſticas ꝑſonas. Scḋa: qꝛ Paul⁹ ſcḋe ad Thy. ij. ait. Nemo militās deo īplicat ſe negocijs ſecularib⁹. clerici aūt militant deo. Tertia: qꝛ pſ. aut ſm trāſlatiōeꝫ. lxx. interpretū. Q̄m nō cog̃ui negociationē introibo i potētias dñi: vbi innuit ꝙ ad h̄ ꝙ qͥs introeat in potētias dñi: dʒ ſe n̄ īplicare negociatiōi. Cū āt clericoꝝ ſit ſpālit̃ itrare ī potētias dñi: ſeq̇t̃ ꝓpoſitū. Nūc vidēdū ē ſʒ treſ acceptōes negociationis quō ſit illicita vel licita cle

ricis. Et prīo dicendū eſt de vltima acce-
ptione. Eſt ergo.

## Tertia concluſio.

Si negociatio capiatur ſpecialiter: nego-
ciatio quo ad duas eius ſpecies eſt cleric
licita. Primo quo ad eam que proprie lo-
quendo nō dicitur lucratiua ⁊ nominatim
quo ad yconomicam etiam quo ad vtrūq
eius modū quo fieri ſolet. Nam licitū ē eis
emere ea que neceſſaria ſunt in domo pro
vſu ſuo ⁊ familie ſue. Unde Aplus prime
ad Thy. iij. ad epiſcopum ait. Oportz epi
ſcopū eſſe ſue domui bñ ppoſitum. Simi
liter ſi clerici de predijs eccleſiaſtic vel pa-
trimonialib⁹ vel dono habeant aliqua q-
bus non indigent pro domo poſſunt illa
vendere. Secūdo quo ad lucratiuā non
ſtricte captam etiam quo ad vtrunq eius
modum quo illa exercetur vt habitum eſt
in quinta diſtinctione. Nam hec ſcda mi-
nus videretur licita monachis: ⁊ tamen ē
eis licita vt oſtendit auctoritas Hierony-
mi dicēns ad Ruſticū monachum: ⁊ habe
tur de conſe. diſtin. v. c. nunq. Si haben-
tes poteſtatem apoſtoli de euangelio vine
re laborabant manib⁹ ſuis ne quē graua-
rent: cur tu in vſus tuos ſucceſſura nō pre
pares vel fiſcellam texe iunco vel caniſtrū
lentis plecte viminib⁹. Et infra. fabricare
aluearia apum ad quas te mittunt prouer
bia ſalomonis, ac regiam diſciplinā in par
uis diſce corporib⁹: hec ille. Et hoc ad pri
mum modum illius negociationis lucra-
tiue non ſtricte capte valet. Quo ad ſe-
cundū vero modū eiuſdē dicit idē ad eun-
dem. Scribantur illi libri vt man⁹ operet
cibos ⁊ anima lectione ſaturet. Texant ⁊
lina capiendis piſcibus: egiptiorū mona-
ſteria hunc morem tenent vt nullum abſq
labore ſuſcipiant. hec ibi. Et ibidē etiā ha-
betur q monachis licita ē agricultura. Un
de dicit. ſeratur humus: areole equo limi-
te diuidantur in quibus olerum iacta fue-
runt ſemina vel plante per ordinez poſite:
a que ducantur irrigue. Et infra. inſerātur
fructuoſe arbores vel gemmis vl ſurculis
vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia
pomа decerpas. Et gloſa dicit. Gēme hic
dicantur nodi virgarum vnde flores ⁊ frō
des erumpunt. ⁊ ſm leges quedam arbo-
res dicuntur gemmales. Et de ſecūda ſpe
cie illius non lucratiue negociationis di-
cit Johannes chryſo. vt allegatum eſt ſu-
pra in tertia auctoritate ſcde pcluſiōis que
ſtione quinqgeſima. Quicunq rem cōpa-
rat vt materia ſit ſibi aliquid operandi ille
non eſt negociator ſupple ſtricte loquendo
Unde hanc ſecundā ſpeciem q ad vtrūq
ſuum modum exercere eſt artificium exer-
cere. Attamē ad hoc requiruntur aliqua
Primo q ſit artificiū in ſe honeſtū. Nam
inhoneſtū vt taxillos facere ⁊ ſimilia non
eſt ei licitū. Secūdo q cōgruat ſtatui ſuo:
Nam ſi vellet facere ea que de per ſe ad ſe-
ua ordinant: vt arma ad bellū licet iuſtū
non videretur licitum. Tertio q illis non
ex cupiditate ſed neceſſitate ſua vl pietate
ad pauperes intendat. Quarto q nō negli
gat officiū clericale. Naz hoc prohibet: vt
patuit in auctoritate pma pme pcluſionis
Uñ licitū eſt ei emere ferrum vt inde faci-
at ligonem. aſſeres vt inde faciat archam.
tabulā vt ibi impingat imagines. et etiā li-
citum ē emere pullum equi ſm aliquos vt
eum educet ⁊ vendat vt lucrum habeat p
ſua ſuſtentatione.

## Quarta concluſio.

Negociatio ſpecialit capta ē clericis quo
ad duas alias eius ſpēs illicita. Prīo quo
ad politicā. Nā illa non eſt licita niſi ei cui
licitū eſt habere curā ſecularem ciuitatis.
Modo clerico illud nō ē licitū vt patet
ex auctoritate habita in prima diſtinctiōe
pambula. Uñ etiā. lxxxviij. diſ. decernitur
deijciendus eps ſacerdos vel diacon⁹ ſe-
culares curas aſſumēs. Scdo q ad lucra-
tiuā proprie dictam. Et illam ſolaz vocat
Johannes chryſoſtomus negociationem
prout allegatum eſt: et de illa loquūtur au
ctoritates ſecunde concluſionis. Ratio
autem quare illa eſt eis interdicta eſt du-
plex. Prima: quia eſt actus qui commu-
niter maculatur peccatis: modo clerici de-
bent ab illis abſtinere. Iuxta illud. Am-
bulans in via immaculata: hic mihi mini-
ſtrabat. Maior patet triplici auctoritate.
Nam Eccleſiaſtici. xxvij. dicitur. Due ſpe
cies difficiles ⁊ periculoſe mihi apparue-

[illegible]nt. Difficile exuitur negocians a negli-
gentia: ꝛ non iuſtificabitur caupo a pecca-
tis labiorum. id eſt duo ſunt modi viuen-
di difficiles ad ſeruandum iuſticiã ꝛ peri-
culoſi propter iuſticie tranſgreſſionẽ. Ne-
gociator enim propter hiatum ad diuitias
difficulter vitat negligentiam ſalutis ſue. ꝛ
caupo ex frequenti iuratione incurrit tan-
dem periurium. Secũda eſt ibidẽ. Si-
cut in medio compaginis lapidũ palus fi-
gitur: ſic ꝛ inter medium venditionis ꝛ em-
ptionis anguſtabitur peccatis. id eſt ſicut
in medio congeriei lapidum palus fitus
hinc ꝛ inde pondere lapidum comprimit:
ſic negocians ex vna parte ſcilicet quando
emit comprimitur peccato diminute ſolu-
tionis pro quanto vult nimis parum da-
re: ꝛ ex altera parte quando reuendit pecca
to exceſſiue exactiõis: quia vult habere p̃-
cium nimis magnũ. Tertia eſt Leonis
pape dicentis. Difficile eſt inter vendẽtis
ementiſqꝫ commerciũ non interuenire pec-
catum. de penitentia diſtinc. v. c. qualitas.
Secunda ratio. quia negociatio multũ
implicat mentem curis ſecularibus: ꝛ per
conſequens a ſpiritualibus retrahit. Do
do vtrũqꝫ eſt indecens clerico. Nam con-
trapꝛimũ ait Apoſtolus. Nemo militãs
deo implicat ſe negocijs ſecularibus. ſcđe
ad Tim. ij. Et contra ſecundum eſt eiꝰ vo-
catio. Nam ad vacandum diuinis eſt vo-
catus ꝛ electus. Unde ideo in ſũmitate ca-
pitis clerici raduntur vt proteſtentur men
tem habere denudatam a temporalibus:
ꝛ reuelatam ꝛ expeditam ad celeſtia. Pro-
pter quod Numeri. xviij. dicitur de ſacer-
dotibus. Ego dedi vobis fratres veſtros
leuitas de medio filiorum iſrael: ꝛ tradidi
donum domino vt ſeruiant in miniſterijs
tabernaculi eius. Aliqui tertiam rationẽ
aſſignant dicentes: quia negociatio ordi-
natur ad lucrum. modo debent eſſe cõtem
ptores lucri. ſed non valet: quia licꝫ inho-
neſti lucri debeant eſſe contemptores: non
tamen omnis honeſti lucri. Alioquin etiã
non poſſent artificiola exercere. Nã etiam
cum illa exercent querunt lucrum honeſtũ
ad ſuam vel alioꝝ ſuſtentationem. Unde
cumque illa ratio concluderet eis eſſe illicita
artificia: ꝛ illas negociatiões de quibꝰ ter

tia concluſio ſonuit. Pena autem clerico
rum exercentium negociationem lucrati-
uam ſtricte captam eſt ꝙ debent excõmu-
nicari. extra ne clerici vl' monachi. c. ſub in
terminatione. Et ſi ſe non correxerint: de-
bent deponi: ita tamen ꝙ religioſi diſtricti-
us puniantur ꝙ̃ ceteri: vt in eodẽ titulo. c.
ſed nec. Et ex hoc ſequitur correlariũ ꝙ cle
rici illam exercentes peccant mortaliter: et
ꝙ illa prohibitio eſt ſimpliciter dicta quia
nemo debet excõmunicari vere niſi ꝑ mor
tali ſeu pro tranſgreſſione cõſtitutiois ſim
pliciter prohibitiue vel p̃ceptiue.

## Quinta concluſio.

Si negociatio capitur generaliter prout
ad alios contractus acquiſitionis vel lu-
cratiuos extendit ſe ꝙ̃ ad emptionem ꝛ vẽ
ditionẽ ipſa eſt quo ad aliquas ſpẽs eiꝰ lici
ta ꝛ quo ad aliquas illicita. Nã mutuatio
lucratiua ſeu vſuraria eſt illo modo nego-
ciatio ſeu mercatio: ꝛ eſt interdicta omi ho
mini ꝛ pena poſitiua contra clericos ẽ de-
gradatio. vt in. c. Siquis. xlvij. diſtinc. ꝛ
xiiij. q. iiij. c. quoniã. Similiter oĩs aliꝰ cõ
tractus iniquus ſicut iniuſta locatio con-
ductio ꝛ huiuſmodi. Aliqua vero talis ne
gociatio ẽ licita: vt ſi ꝑ ſua vel ſuorum ſu-
ſtentatione locet ſua animalia pro aliq̃ fru
ctu vel penſione ſibi danda: ſicut etiã ſi hꝫ
domos vel predia põt illa locare dũmodo
ꝑ iuſto locagio. Similit' cõducere anima
lia aliorum cum illis colendo agros ſuos
vel fructus colligendo. Similiter põt cõ-
ducere aliquas poſſeſſiones excolendas:
ſed hoc vltimũ ẽ magis ꝓꝓꝛie locare opas
ſuas ad excolendum eas.

## Sexta concluſio

Si negociatio capit' generaliſſime aliq̃ ẽ
eis illicita: aliqua licita. Nam aliqua offi-
cia ꝛ artificia ſunt eis licita: vt illa que enu
merantur in pꝛima ſuppoſitione. Aliq̃ eti-
am ſunt eis licita: vt patuit. igitur. Et no
ta ꝙ illa negociatio que eſt illicita clericis
eſt mortale peccatum illis qui ſunt in ſa-
cris et idem de religioſis. Sed de cleri-
cis exiſtentibus in minoribus aliqui iu-
riſperiti benigne ſentiunt ꝙ illis ſiue ſint
coniugati ſiue non non ſit mortale ſi ſaltꝫ

negociatio eſt talis que etiam laicis nō eēt mortalis. Attamen ſi non ſunt coniugati poſſent tales compelli per priuationē cuiuſdam priuilegij clericalis ad dimittēduʒ negocium: et ſi ter fuerint moniti per eum qui habet epiſcopalem iuriſditionem de iure vel priuilegio vel conſuetudine ⁊ non dimiſerint perdunt ipm̄ ipſo facto. Et dico cuiuſdam ſcilicet illius quo nō poſſunt vexari exactionibus ⁊ in perſona vel in rebus proprijs: non autem alterius priuilegij ſcilicet canonis ꝙ iniyciens manum in eos eſt excommunicatus. Nec fori ſcilicet illius quo non poſſunt pro exceſſibꝰ condemnari etiam ciuiliter per ſecularem iudicem. Nam illud etiam retinent poſt t'nam monitionem. Nam etiam coniugati quos oportet intendere ſecularibꝰ negocijs gaudent illis ſi habitum deferant ⁊ tonſuram multo fortius non coniugati.

Queſtio LIII.

# Utrū negociatio

illa ſit licita qua ſequentes res emunt' vel efficiuntur vel aliter acquiruntur v t vendantur vel aliter diſtrahantur ſcʒ venena arma: ornamenta ſecularia: atqʒ inſtrumēta luſoria: vtpote taxilli: carte luſorie ⁊ alee

Solutio queſtionis ſtat in ſex ſuppoſitionibus ⁊ nouem concluſionibus.

## Prima ſuppoſitio.

Titulus queſtionis querit de quattuor generibus rerum: vt patet intuenti: ⁊ ſm̄ hoc erunt diuerſe concluſiones. Prime due d̄ primo genere. Tertia de ſcd̄a. quarta quinta ſexta ſeptima ⁊ octaua de tercio. Nona de vltimo genere.

## Secunda ſuppoſitio.

Uenena ſūt duplicia. Quedā nō poſſunt eſſe ad humanum vſum vtilia: ita ꝙ etiam per additionem alterius rei nullo modo poſſunt eſſe vtilia vſui humano. Quedam vero poſſunt eſſe ad humanum vſum vtilia: cuiuſmodi ſunt quedam que apponuntur a medicis in quibuſdam medicinis vel etiam in coloribus aptandis: ⁊ huiuſmodi.

## Tertia ſuppoſitio.

Res que propter earuʒ vſum vel abuſum ſunt damnoſe conſcientijs hominum ſunt duplices. Quedam enim ſunt de per ſe vtiles reipublice ⁊ per ſe ad illam ordinantur vt arma defenſiua ⁊ etiam offenſiua. Per illa enim reſpublica defenditur: ⁊ per iſta turbatores pacis offenduntur ⁊ cōpeſcantur quos offendere ⁊ perturbare eſt vtile ⁊ laudabile. Alie ſunt que de per ſe nō ſūt vtiles reipublice: nec ordinantur de per ſe ad vtilitatem eius: imo ordinantur ad id qḋ quaſi ſemper vel vt cōmuniter damnoſum eſt ita ꝙ rariſſime vl' valde raro affert vtilitatē: ⁊ nihilominus illa vtilitas quā affert poſſet cōmodoſius alijs vijs nō ſic damnoſis procurari ⁊ attingi: ⁊ tales res ſunt taxilli ⁊ conſimilia inſtrumenta q̄ ad ludum fortune ordinātur. Nam ludus talis vt cōmuniter eſt damnoſus ſpiritualiter ⁊ temporaliter rebus atqʒ perſonis ludentium: quia rariſſime fit ſine peccato: et ſi aliquando fieri poſſit ſine peccato ⁊ natus ſit afferre recreationem ludentibus: tamen illa recreatio poſſʒ procurari alia via que non ſic vt cōmuniter eſt dānoſa ⁊ periculoſa. Inter tamen talia inſtrumenta ludi fortune quedam ordinantur ad ludum magis damnoſum ⁊ periculoſum. vt taxilli qui ordinant' ad purum ludum fortune: vbi cito multam ſubſtantiam cōtingit ludentem perdere ⁊ cito inſurgitur cōtra deum ⁊ ſanctos eius: eo ꝙ ille ludus nō innititur arti: ideo amiſſio ipi deo aſcribitur. Quedam vero ad minus dānoſum vt carte luſorie que ad ludum fortune mixtū ingenio ordinantur qui propter tarditatem eius ⁊ protractionem temporis non ſic ſubito videtur exhaurire ſubſtantiam ludentium: nec ita cito inſurgitur contra deum ⁊ ſanctos: eo ꝙ partiʒ ingenio: ⁊ partim arti innititur: et ſic nonnunq̄ ſibiipſi imputat hanc amiſſionem niſi ſit verū qḋ perni quidam in illis dicerent forte contrarium: et

forte quo ad aliqua peccata vel eſſe poteſt Quomodo aũt ludus ſit multiplex et quãdo ſit mortale ꝛ quando veniale vel nullum ꝛ quãdo damnoſus ꝛ quãdo natus ad multa pctã trahere: in tractatu de ludo deo cõcedente dicam.

# Quarta ſuppoſitio

Ornamenta ſecularia ſũt multa. Vñ Eſa. iij. enumerantur circiter. xx. vl' vltra q̃ tũc ꝛ i illo loco ſcilꝫ in terra promiſſionis fuerunt in vſu ſed variantur ſcḋm varietatem temporum ꝛ locorum. Poſſunt autẽ ornamẽta ſecularia vt de predictis ꝛ etiam de illis loquor que noſtro tempore currunt ꝛ loco ſic diuidi. Nec pigeat quẽq̃ enumerationis aliquorum ex eis: quatenus magis particulariter ſciatur: quorum ornamentorũ factoribus ac venditoribus: ꝛ quibus talibus magis neceſſaria ſit huius q̃onis reſolutio: q̃ tanto magis quietat intellectum: quo magis in particulari declarantur que occurrere poſſunt. Et ſi cui dicenda aliqua dura videantur: videat que in principio prime concluſionis queſtione quinquageſimaſeprima afferam. Poſſunt igitur ornamenta ita diſtingui. Quedam enim ſunt tantũmodo pro ornatu ꝛ non pro cõmoditate. Quedam vero pro vtroq;. Exemplũ primi, vt ſunt ſequentia ſcilicet torture capillorum. Item torques id eſt collaria ſeu ornamenta collorum. Sunt enim torques ornamenta in ſuperiori parte veſtimentorum facta circa collum deſcendentia vſq; ad pectus ſicut ꝛ diuiſio veſtimentorum erat in ſuperiori parte pectoris. Unde circulus aureus circa collum ꝛ a collo vſq; ad pectus deſcendens dicitur torques: ſic dict' quia tortus ſit. Item monilia que ſunt ornamenta pendentia ante pectus ad cõiungendũ predictam diuiſionem ꝛ ſolent eſſe de margaritis vel conſimilibus. Itẽ gemme in fronte pendentes vt ſunt aliq̃ perle: quas virgines in coronis ſuis ante frontem deferunt. Item inaures que olim portabantur. Item armille: id eſt ornamenta brachiorum circa ſcapulas ſic dicta ab armo. Item caudatio veſtimentorum. Itẽ reticulatura circa collum. vulgariter briſgoller. Item veſtes eſſe polimitas: id eſt eas habere multos colores ꝛ imagines rotundas: quia polus a rotunditate dicitur: vel venit a polis id eſt pluralis ꝛ mitos. i. gutta: quia multis coloribus tales veſtes refulgent. Unde ꝛ Jacob feciſſe dicitur Joſeph tunicam polimitam: id eſt pluribus coloribus decoratam. Nam fuit ſericia vt in hebreo habetur. Et ille pannus ſericius erat pluribus coloribus decorat'. Item ſuperlatura que circa collũ de pellibus animalium effertur extra oram adiacendo exteriori parti veſtis. Item oblonga roſtra calciorum. Item nodi aurei vel argentei quos nonnulli veſtibus affigunt etiam in loco vbi non indiget veſtis talibꝫ nodis. Item perfoſſio veſtium cũ multis foraminibus que non ſolum nõ eſt cõmoditas ſed incõmoditas. Item fuci id ẽ tincture que ſuperponũtur colori faciei ad hoc vt facies rubicundior appareat. vnde ꝛ herba vnde fit illa tinctura etiam dicit' fucus. Item alienorum capillorum affixio ad caput. Alia vero ſunt ornamenta que ſũt tam pro ornatu q̃ꝫ p cõmoditate vt ſequẽtia. ſcilicet faſcia pectoralis que eſt vitta tenuis ꝛ delicata cum qua ſtringuntur mãmille ne ex ſua groſſitie turpitudinẽ ingerant. Et poteſt etiã capi pro panno laneo vel lineo ſubtili aut precioſo quem nunc ponunt ante pectus qui quandoq; eſt multarum plicarum: quandoq; cum bombice repletus. quandoq; reticulatura quadam: aut alia curioſitate ornatus. Item mitre cuiuſmodi ſunt ille quibus colligunt crines in vnum ne defluant quibus mulieres vti decet propter longitudinem ſuorũ capillorum: ſed nunc etiam eiſdem feminarum more viri quidam vtuntur pretendentes ſpeciem effeminatorum. Poſſunt etiã per mitras intelligi ea que portantur in capitibus eminentia ad modum corone vel birreti. Item vitte que ſunt zone quibꝫ virgines vel alie mulieres colligunt ꝛ ligant capillos ne defluant: ꝛ ſi paucos habẽt naturales capillos aſſuunt zonas groſſiores vt multos videantur habere crines Item cornete ſericee vel cirripipia ſericia. Item ſubtilia facileta vel facialia vel ſudaria. Item olfactoriolia que ſunt quedã artificialia opa q̃ſi poma q̃ ꝯtinẽt muſcũ aut alia ſuauiter redolentia. Itẽ anuli aliqui qui in digitis deferunt'. Item acus ſeu ſpi-

lecta vel ſpinthera quibus mulieres firmāt ⁊ configunt pepla vel alia ornamenta.

Item crinilia quibus etiam nōnunquam diſcernuntur non nupte a nuptis: ⁊ ſic etiā pro cōmoditate deferuntur. Hec enim omnia ſunt nata conferre ornatum: ⁊ cum hoc afferre quandam cōmoditatē.

## Quinta ſuppoſitio

Ea que ſunt ꝑ ſolo ornatu ſunt duplicia. Quedā enim quaſi ſemper vel vt cōmuniter per eos qui eis vtuntur ordinant̄ ad vanitatem vel aliud malū: vt ſunt fuci ⁊ oblonga roſtra calciorum. Quedam vero nō ſic: imo plerūque vel frequenter vtētes vtūtur eis ad ſeruandū morē patrie citra omnem intentionem vanitatis: vel alteri⁹ mali. ſicut Joſeph vtebatur tunica polimita Et in hiſtoria quadā de tranſlatione triū regum dicitur: ꝙ beata virgo detulerit ſm̄ morē patrie camiſiā caudatā. Et ſimiliter crinilia a pluribus virginib⁹ honeſtis citra vanitatem deferunt̄ ſm̄ morem patrie ad diſcernendū innuptas a nuptis: quāuis nonnunquam etiam ſepe contingat deordinatio in illis.

## Sexta ſuppoſitio

⁊ trimembris. Contingit vtentem ſecularibus ornamentis vel eis aliquando cum peccato mortali: aliquando cū veniali tm̄. aliquādo ſine peccato. hoc licet hic ſupponamus: quia alibi diffuſius tractari habz: tm̄

Pro meliori intellectu illi⁹ ſuppoſitionis ⁊ cōcluſionū ponendaꝝ de ornamētis: declaranda eſt hec ſuppoſitio exemplis quo ad omnia tria membra. De primo poteſt exemplificari ſm̄ ꝙ ornamentorū vſus mortaliter deprauatur dupliciter. Primo ex parte intentionis deferentis. Nam ſi deferēs ſe ornet hac intentione vt ꝑtrahat homines ad ſui concupiſcentiā mortalē: vſus ē mortalis quia eſt veſtitus fine volito cuius volino eſt mortalis. Velle enim pctm̄ mortale ꝓximi eſt mortaliter peccare. Secūdū exemplū. Si etiam non ornet ſe hac intentione: imo tm̄ ideo vt placeat aſpicientib⁹ citra omnē mortalem concupiſcentiā eorū procurandam vel defert vt laudet̄: ⁊ tamē afficitur ad cōſequendū huiuſmodi laudē vel cōplacentiā ſupra deum: ſic ꝙ illa perſona parata eſſet ꝑ conſequenda huiuſmodi laude etiā deū mortaliter offendere: aut parata eſſet huiuſmodi ornatū proſequi etiam ſi ſciret ſe proximū per hoc mortaliter ſcandalizaturam. Secundo poteſt exemplificari ratione ornamenti quo vtitur. Et de hoc poteſt dupliciter exemplificari Primo ſcz quia ē ita exceſſiue ſumptuoſū ꝙ deferens procurando ſibi tale ornamentum ⁊ eo vtendo cōmittit prodigalitatem mortalem. Nam quāuis prodige viuere vel prodigalitatē exercere nō ſit ſemꝑ mortale peccatū: imo ſepe ⁊ frequentius veniale: tamen aliquando eſt etiā mortale. Quātū autē oporteat eſſe illum exceſſum in ſumptuoſitate qui ſufficiat prodigalitatē reddere peccatum mortale: nō de facili poteſt diffiniri regula quoniam multa inſpicere oportz ad ponderandum talem exceſſum ſcz ꝑſonam: eo ꝙ illud quod magnū eſt vni perſone eſſet alteri non magnū: ſimiliter etiā oportet cōſiderare locum ⁊ mores patrie ⁊ huiuſmodi. Secundo: quia ē talis et tantus ornatus ꝙ ꝑſertim cōcurrente infirmitate ⁊ imperfectione eoꝝ cum quibus cōuerſatur: tales nati ſunt ꝑ illum ornatū occaſionari ad ruinā mortalis peccati: ita ꝙ deferre talem ornatum ſit ſcandalum actiuū et occaſio ruine mortalis data alteri ⁊ nō precīſe ꝑ malicā alterius accepta. Nā ab occaſionando ruinā mortalis peccati ꝓximi eſt abſtinendū ſub peccato mortali: etiam ſi illa ruina ꝓximi veniat ex ꝓximi imperfectione ⁊ infirmitate: quia a ſcandalo infirmorū ⁊ puſillorū tenemur abſtinere. Qualem autē ⁊ quantū oporteat eſſe illum exceſſum in qualitate ornamenti: vt verū ſit dicere ꝙ ſit occaſio ruine data ⁊ non ꝑ ſe accepta: non poteſt de facili aliqua regula diffiniri. Oportet enim multa attendere ex circūſtantiis eorum cū quibus cōuerſatur Tales enim aliquādo ſunt perfecti. aliqui vero imperfecti: infirmi: puſilli: ⁊ de facili occaſionabiles. Et inter illos adhuc ē differentia quia aliqui magis: aliqui minus ſunt puſilli. Unde ſtaret ꝙ idem exceſſus qualitatis vel quantitatis ornatus coram aliis quibus non imputaretur in mortale vbi coram aliis idē ornatus delatus imputaretur. Unde illud iudicio boni viri ⁊ diſcreti ſatis circūſpecti relinquendū eſt. De ſecundo

vero mēbro exemplificari pōt etiā dupliciter vt prius. Primo ex parte intentionis ſi nō intendit niſi quādā vanā laudē ⁊ cōplacentiā mūdanā: ad quā ē affectus ſub deo: ita ꝙ nollet queꝗ̃ pertrahi ad mortale. imo ſi ſciret queꝗ̃ pertrahēdū ad mortale ſui ornatꝰ cauſa deſiſteret nec ꝓpter cōſecutionē illius laudis ꝑ hmōi ornatū vellet deū mortaliter offēdere: nō erit delano talis ornamenti mortalis quantū ē ex parte intentionis ſed tm̄ venialis. Et ſi ornamentū in ſe nō ſit ita ſumptuoſum ꝙ rōne ꝓdigalitatis ſit vſus eius mortalis: nec ſit ita exceſſiuū in qualitate vt eiꝰ delano ſit dicenda occaſio data ꝓximo ad mortalem ruinā: erit illa delatio venialis dicēda ſimpliciter. Secūdū exemplū. Si intentio deferentis in nullo ſit vitioſa: puta qꝛ non ꝑ mortali nec veniali complacentia defert attamen aliqualis nō enormis exceſſus ē in ipſo ornamento quo ad ſumptuoſitatē ⁊ ſic ē ibi ꝓdigalitas venialis. Aut ē ibi exceſſus in qualitate talis: ꝙ natꝰ eſt occaſionare ꝓximos cū quibꝫ cōuerſat̃ ad veniale tm̄ ruinam: tā erit venialis tm̄. De tertio vero membro pōt exemplificari ſic. Si q̃ mulier nupta vel etiā innupta citra omnē intentionē ꝑtrahendi ꝓximū ad peccatum. atqꝫ citra intentionē cuiuſcunqꝫ vane laudis vel cōplacentie deferat aliqͦd ornamētum: puta tm̄ intendat ſe cōformare mori patrie qui in ſe nō eſt damnatꝰ lege aliqua ⁊ viuere ſm̄ decentiam ſui ſtatꝰ: ne ſi omitteret a ceteris irrideret̃: etiam occaſionē eis dando hmōi irriſionis. Aut intendit tātūmodo ꝑ huiuſmodi detinere virum maritum ſuū ne eā odiat ⁊ ad aliam vadat: erit hec eius intentio in nullo peccatum: ⁊ ſi ornamentum nō ſit exceſſiuū in ſumptuoſitate ſed proportionatum diuitijs eius ⁊ ſtatui: nec ſit tam exceſſiue qualitatis vt dici poſſit occaſio data in ruinam etiam venialem nec mortalem proximi erit iā ille vſus licitus.

## Prima concluſio.

Negociatio qua quis vendit venenū primi generis ē illicita. Probat̃ tripl̄r. Primo quia talis venditio eſt implicite ꝓhibita lege in hoc ꝙ diſponit̃ iuri ciuili ꝙ flagicioſe rei id eſt q̃ nullo modo ꝑ additionē alterius rei poteſt eſſe vtilis vſui humano nec emptio nec mandatum nec ſocietas valere poteſt: vt in. l. ꝙ ſepe. ff. de cōtrahēda emptione. Et ſi emptio eſt illicita. ergo etiam venditio: quia eadē eſt ratio de relatiuo ⁊ correlatiuo. imo videri poſſit ꝙ nō ſolum eſſet prohibita emptio ⁊ venditio: ſed etiam eſſet irrita. ita ꝙ non trāſferretur aliqͦd dominium precij in vendentē nec mercis in ementem: ⁊ ꝙ vterqꝫ teneretur ad nō retinendū: puta ille precium ⁊ alter mercē. Unde dicit ſic. Ueneni mali quidā putāt non contrahi emptionem: qꝛ nec ſocietas nec mandatū flagitioſe rei vllas vires habet que ſententia poteſt ſana videri de his que nullo modo ꝑ adiectionem alteriꝰ materie vſui nobis eſſe poſſunt. De his vero que mixta alijs materijs adeo nocendi naturam deponunt: vt ex his antidota ⁊ alia quedam ſalubria medicamēta efficiuntur: aliud dici poteſt. hec ibi. Secūdo ſic. Uenenum illud videtur ſimile libello famoſo. nam vtrunqꝫ ad nihil eſt vtile ſed pernicioſum. modo inuentum libellum famoſū debet inuentor non diffundere ad alios ſed ipſum deſtruere: al's grauiter peccaret. v. q. j. per totum. ergo etiam ſi quis habeat tale venenum debet nulli alteri vendere ſed ipm̄ deſtruere vt ad nullius manꝰ deueniat. Tertio ſic. quia venditio ē adinuenta propter humanam vtilitatem. ergo quod ad humanā vtilitatem non eſt ordinabile non eſt natum eſſe obiectum venditionis ⁊ per conſequens venditio talis rei ē actꝰ inordinatꝰ ex parte obiecti vel circūſtantie quid.

## Secūda concluſio.

Negociatio qua quis vendit venenū ſecundi generis eſt in duobus ſequentibꝫ caſibus quantum hic ſufficit mortale peccatum ſi vendit vel alias tradit vel proponit vendere vel tradere illi perſone quā probabiliter ſcit vel conijcit abuſuram eo mortaliter: vt puta emens dicit ſibi ſerioſe ꝙ intendat occidere aliquem cum eo ⁊ non refert an illa credulitas vendētis ſit vera vel erronea. Nam etiā ſi erronea eſſet illa credulitas: vtputa alius non intendit queꝗ̃ occidere: attamen ex quo credit eū id acturum tenetur abſtinere a p̄ſtando ſibi auxi

lium cõſũmandi illud moꝛtale Secun-
dus caſus. Si nõ cõijcit eũ eo abuſurum
moꝛtaliter: attñ deberet illud ↄijcere ſi vel-
let aduertere qualitatẽ pſone emẽtis ⁊ alias
circũſtãtias. quã aduertentiã q̃libz homo
etiã nõ maxime diligenter faceret in tali re:
licet ipſe nõ aduertat ⁊ ſic nec cõijciat tale
quid: nã tunc ẽ in lata culpa q̃ dolo eq̃paꝛ
vt ſi mulier adultera ⁊ leuis ⁊ notoꝛie odi-
ens maritũ ſuũ hoĩez ſimplicianum illud
emere velit ⁊ nõ ſit veriſimile q̄ ipſa habeat
artẽ cõponendi h mõi venenũ: eo mõ quo
põt vtile eẽ ad hũanũ vſũ: tũc eñ pbabili-
ter cõijcere poterit vendẽs q̄ ipſa non niſi
ad malũ moꝛtale eo vti intendit. Nã ↄcur-
rente hoc q̄ mulier illa ẽ neſcia debite cõ-
poſitiõis veneni elidit pſumptio q̃ pſumi
debet quilibet bonus: q: iã ſunt indicia ad
cõtrarium ex qualitate talis mercis ⁊ alijs
circũſtantijs. Ratio autẽ vtriuſq3 caſus ẽ
quia in vtroq3 conſentit i moꝛtale peccatũ
ementis: ⁊ hoc ↄſenſu vero vel interptati-
uo q: dat auxiliũ cõſũmandi moꝛtale pec
catũ ſciens vel ſcire debẽs illud eſſe auxiliũ
oꝛdinandũ i moꝛtale: ⁊ in p̄mio ẽ in dolo
⁊ in ſecundo ẽ in lata culpa q̃ dolo eq̃pa-
ratur. Item a ſimili patz. Nam moꝛtaliter
peccat dans gladium ei quem credit ſe vel
alium iniuſte occiſurũ: vel quẽ deberet cõ-
ijcere hoc facturũ: quia videt eũ furioſum
aduerſus ſe vel alium vel oĩmoda ira ſeui-
entem contra ſe vel alium.

## Tertia

cõcluſio. Negociatio qua
quis vendit arma offenſi-
ua vt baliſtas: ſagittas: vel gladios (q̃ntũ
ad propoſitum ſufficit) eſt etiam moꝛtale
peccatum in duobus caſibus ſimilibꝰ illis
qui in ſecunda cõcluſione ſunt poſiti: extra
autem illos ẽ licita. patz ex idẽtitate rõnis
ibidem poſite. ⁊ exẽpla de facili poſſũt foꝛ-
mari pꝓportionabiliter ad p̄cedẽtia. In hoc
tamẽ eſt differentia armoꝝ ⁊ veneni ſecun
di generis: q: ⁊ ſi vtraq3 ſint nata afferre vti
litatem hominibꝫ: tñ pauci ſunt qui ſciunt
vti veneno eo modo quo eſt vtile hoĩbus
Ideo ad maioꝛẽ aduertẽtiã eſt obligatꝰ vẽ
dere volens venenũ vt non paſſim tradat
cuiq3 q: de paucis põt credere q̄ ſciant bñ
vti: ⁊ ſic paucis põt vendere ſine peccato:
rariuſq3 contingit eum nõ conijcere nec de
bere conijcere malam intentionẽ de volen
te emere. Multi autez ſunt qui ſciũt ⁊ poſ
ſunt bene vti armis ideo nõ ad tantã tene-
tur diligentiam ſicut venditoꝛ veneni. ⁊ fre
quentius poterit nõ cõijcere nec debere cõ
ijcere malũ cõtra ementẽ. Extra autẽ illos
duos caſus eoꝛum venditio nõ eſt illicita
niſi p aliquã circumſtantiã deprauetꝛ aliaz
a quid vel cur. Unde qñ in. c. vnico. extra
de ſagittarijs prohibetꝛ ars baliſtarioꝛum
ſub pena excõmunicationis nõ eſt intelli-
gendũ q̄ indiſtincte ſit damnata illa res vl̃
exercitium eius quod eſt facere baliſtas vl̃
etiam eis vti. vel etiam q̄ negociatio id eſt
venditio baliſtarum aut conſimilium ſit p
hibita. Nam illa eſt vtilis reipublice i bel
lo iuſto contra iniquos hoſtes in q̃ bello
etiam per inſidias licitum eſt pugnare. ſed
eſt intelligendũm q̄ exercere illam artez fa
ciendo baliſtas vel vtendo eis ad bellum
iniuſtum eſt prohibitum: ⁊ q̃uis illud ſit
etiam alias prohibitũ ſine iure poſitiuo p
hibente: nihilominus tamẽ rationabiliter
fuit etiam iure poſitiuo prohibitũ: q: ma-
gis timetur qđ multiplicius expreſſius et
ſpecialius prohibetꝛ. ⁊ eſt vtile illud qđ ma
ioꝛem habet p̄nicĩẽ bonoꝛum hominũ ſpe-
cialiter prohibere cuiuſmodi ſunt actus ſa
gittarioꝛum in bello. Unde ⁊ ſi oĩs modꝰ
occidendi hominẽ iniuſte ſit prohibendus
ſpecialius tamen ille quo iniuſte plures ⁊
celerius ⁊ ineuitabilius occiduntꝛ homi-
nes.

Que autem conditiones requirantꝛ ⁊ q̃
non requirantur ad hoc vt venditoꝛ vl̃ fa-
ctoꝛ armoꝛum ſit imunis a moꝛtali culpa:
⁊ que condicio non requiratur. dic vt in ſi-
mili dicetur in quinta ⁊ ſexta cõcluſionibꝫ.
Similiter quando illoꝛum factio vl̃ ven-
ditio eſt venalis tñ: dic vt in ſimili dicetꝛ
in ſeptima concluſione.

## Quarta concluſio.

Negociatio qua quis oꝛnamenta ſecula-
ria facit vel emit vt vendat vel tradat alijs
eſt moꝛtale peccatum in duobus caſibus
ſimilibus illis qui in ſecunda concluſione
ſunt poſiti. ⁊ illi caſus ſunt maxime nati cõ
tingere in oꝛnamentis primi generis ⁊ tan
to magis in eiſdem quanto magis ſunt oꝛ
dinabilia in vanitatem. Exemplũz de p̄i
mo caſu. vt ſi quis vendat talia ei qui ex
preſſe ſe dicat abuſurum illis moꝛtalem

Exēplū secundi: vt ſi vendat fucos: aut conſimilia quibus homines magis cōmuniter abutuntur ꝙ̄ bene vtantur publice meretrici aut notorie concubine alicuius: tali loco ⁊ tempore ⁊ reliquis circumſtantiis ꝙ quilibet debito modo vtens rōne perpendere poſſet ꝙ non niſi ad mortalez laſciuiam viſura eſſet. Probatur concluſio primo a ſimili de veneno. Sicut enī veneno mortaliter abutens occidit animā ſuaz ⁊ corpus proximi ⁊ peccat mortaliter: ſic mortaliter abutens ornamēto occidit animā propriam ⁊ ſepe animā proximi ⁊ peccat mortaliter: ⁊ per cōſequens vtercꝫ tale quid vendens in illis caſibus: ſciens vere vel interpretatiue cooperatur ad peccatum mortale proximi ⁊ ita ināpm conſentit vere vel interpretatiue. Secūdo probatur a ſimili de dante gladium furioſo. Tertio: quia ſciens ⁊ debens ſcire hoc vinum eſſe ſubuerſiuū ſue rationis: eo ꝙ ſepe illud expertus eſt: ⁊ nihilominus ipm bibēs ⁊ perdens vſum rationis ⁊ ſe exponens periculis homicidiorū vel conſimiliū: nō excuſatꝛ a mortali. igitur eadem rōne ſic erit hic.

## Quinta concluſio.

te alꝭ huiuſcemodi generis merces vendi

dit vel emit. Et ſi hec.xvj.manuductiua legitime ſeruarentur: multa ſtarent melius in republica: ſed quia peneſtica de modico precio ⁊ labore tātū vult lucrari ꝙ quotidie bonis cibis ſit repleta et potibus: et nihilominus continue multa lucrari que tamen nullatenus digna eſt tanto lucro: ⁊ inſtitor de modico labore ⁊ precio reſpectiue vult ſe ⁊ ſuos delicate nutrire et precioſe veſtire: ſič alius qui multo maiori labore ⁊ viliori ſeruit communitati. Ideo iam multiplices iniuſticie commutatiue: doli: circumuentiones ⁊ ſupergreſſiones committuntur.

## Quarta concluſio

Ob vtilitatem prouenturam emptori ex merce ⁊ eius induſtria non licet venditori mercem eo carius vendere ⁊ idem de ꝓſeruatione a malo. Nā non debet exigere preciū vel ꝓtem ꝓcij pro ea re que non eſt ſua nec ſuis rebus ineſt nec ad ipſum pertinet. Modo illa vtilitas vel ꝓſeruatio a damno vel malo que eſt prouentura ex induſtria ſingulari emptoris mediāte merce nō ineſt merci nec eſt aliquid eius nec eſt habilitas in illa ad huiuſmodi maiorem vtilitatem ſed illa habilitas eſt tantūmodo ī emptore.igitur. Secundo: quia ſi ſic: tunc venditor panis vel herbe medicinalis vel equi in caſu quo emptor per huiuſmodi a morte preſeruatur vel ab infirmitate ſanatur poſſet exigere vltra decem milia florē. qꝛ non eſt vita vel ſanitas eſtimabilis precio Unde ius ciuile expreſſe dicit ꝙ precia rerum non ex affectione ⁊ vtilitate ſingulorum ſed cōmuni eſtimatione penſanda ſūt vt in.l.precia rerum.ff.ad.l.falci. ⁊ dicitur ſingulorum qꝛ an ſm affectionem venditoris quā habet ad mercem que alˢ nō ē ſibi venalis: poſſit taxari merx: patebit ī.q.lvij ⁊ alijs. ⁊ etiā patuit ex.xij.manuductiuo.

## Contra hanc con

cluſionem primo arguit̄ ſic. Uſualis valor mercis eſt habilitas eius ad humanū vſum.igitur quanto habilior eſt ad huiuſmodi: tanto maioris valoris et precij ē eſtimanda.modo nulla vel parua tm̄ eſt vtilitas prouentura emptori ex vel mediante merce niſi merx ſit ad hoc habilis. igit̄ venditor poteſt tanto magis aſcendere in precio quanta maior vtilitas eſt inde prouentura emptori.

**Secundo ſic** Ex domo vendenda vel locanda non prouenit vtilitas conducenti niſi mediante induſtria appoſita quā nouit ea vti: ⁊ idem patet in agro non proferente fructum niſi colatur: ⁊ tamen licitū eſt vendere domum vel agrum ſm vtilitatem inde prouenibilē emptori ad quā ager vel domus eſt habilis.

**Tertio ſic.** Emptor poteſt tanto remiſſius velle emere: quanto inutilior eſt venditori igitur econtra venditor poteſt tanto cariꝰ vendere quanto vtilior eſt emptori. Antecedens probatur: quia quanto vtilior eſt venditori tanto minus delectat̄: igit̄ tanto viliꝰ pōt quis eā velle emere: tenet ꝯñā: qꝛ ecōtra quāto eſt dilectior vēditori tāto carius pōt venditor vendere: ⁊ emptor ſic tenetur ſoluere ſm rectā rōnem.

**Quarto ſic** Blada ſō carius vēdunt̄ tpe famis qꝛ ꝓſeruāt a malo tūc magˢ iminenti ⁊ ſiľr ꝓſeruatiua a peſte tpe peſtilētie: igit̄ eadē rōne equū cariꝰ vēdere poſſū ei q̄ ꝑ ipſum vult aufugere mortē ſibi iā intentatā ſicut ⁊ cariꝰ vendunt̄ equi cū bellū imminet futurū inter principes.

**Quinto** arguit̄ ꝯ primā rōnem ꝯcluſiōis. Nā ſi emptor ꝑ ſuā induſtriā pōt ex merce ꝓcurare magnā vtilitatē: oportet in merce eē habilitatē ⁊ idoneitatē ad hoc vt ex ea trahat̄ illa vtilitas. nā ſi nō eēt in ea illa habilitas: nō poſſet vere dici ꝙ ex ea ꝓcuraret ꝑ ſuā induſtriā illā vtilitatē: qꝛ nihil ad illā faceret ſed ſe oīo ꝑ accñs ad eā hrēt Ad hec argumēta riſionē q̄re.⁊c. Ex ꝓdictis ꝯcluſionibꝫ ſequunt̄ duo correlaria. Primū ꝙ minus piculoſa ē negociano illiꝰ cuiꝰ merces ſunt taxate ꝑ cōſtitutionē aliquā municipalē ſeu rectores ciuitatis vel ꝑ ꝯſuetudinem mō dicto in.xiij.manuductiuo. q̄ꝫ illius cuius mercīū taxa ē relicta ſuo arbitrio Quia nemo bonꝰ iudex ē in cā ꝓpria ꝓpter inordinatum amorē ad ꝓpriā cōmoditatē q̄ ꝑuertit iudiciū vt ſeductus auiditate lucri ſepe taxat rem ꝑ maiori q̄ꝫ iuſtum ſit.

Secūdū ꝙ min⁹ periculoſa ē negociatio illi⁹ q̄ habet merces q̄s etiā pleriq̄ȝ alij habēt in eadē ciuitate q̄ȝ illi⁹ qui ſolus hȝ merces talis modi, ꝓbaꝛ dupl'r. Prio: qꝛ p͛m⁹ minorē frontē ⁊ viā hȝ ſupuendēdi merces ſuas q̄ȝ ſecundus: eo ꝙ ſi ſupuendere vellet: hoīes diuerterent ab eo ad alios q̄ remiſſius darent: ⁊ ſic p͛m⁹ rarius incurret obligationē reſtitutionis ſuperaccepti q̄ȝ ſecūdus. ergo min⁹ ꝑiculoſa ē ſua negociatio etiā ſi in aīo libenter ſupuendidiſſet: qꝛ illud pctm̄ facilius deleꝛ q̄ȝ vbi etiam ſubſecutū ē pctm̄ actualis receptiōis iniuſti p̄cij: qꝛ difficulter extrahiꝛ qd̄ in gurgitē deſcēdit auari. Scd̄o: qꝛ pri⁹ facil⁹ ſciet eſtimare ſuas merces q̄ȝ ſecūd⁹: quia recurret ad eſtimationē alioꝝ venditoꝝ: ⁊ ſic facili⁹ vitabit ſuperuenditionē mercium ſuarum

## Quinta concluſio

Ualor mercis nō cōſiſtit in indiuiſibili: ſi valorē ei⁹ cōſiſtere in indiuiſibili ſic intelligereꝛ ſcȝ ꝙ merx ſic p̄ciſe valeat tm̄ preciuȝ ꝙ ſi aliquātulū vltra exigereꝛ: diceret venditor ꝯtra equalitatez iuſticie cōmutatiue exegiſſe p̄ciū excedēs valorē mercis. Probaꝛ: qꝛ nō pōt ꝑ hominē ꝯgnoſci valor naturali via niſi ꝑ p̄dicta māuductiua. Et dico naturali via qꝛ ꝑ reuelationē poſſet ſine illis ꝯgnoſci. Sꝫ nō ꝑ p̄dicta manuductiua nō poſſet deueniri in noticiā valoris mercis ſi conſiſteret p̄dicto modo in indiuiſibili: igiꝛ. aut nō cōſiſtit p̄dicto mō in indiuiſibili: ⁊ ſic habeꝛ intentū: aut nō teneꝛ venditor ad cognoſcēdū valorē mercis vt vitet iniuſticiā cōmutatiuā: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec ad cognoſcēdū q̄ntū p̄ciū exigere poſſit qd̄ ē inconueniens: qꝛ tūc nū q̄ȝ peccaret exigendo magnū p̄ciū. maior nota: minor ꝓbaꝛ: qꝛ illa ex q̄b⁹ colligiꝛ q̄ntitas valoris nō conſiſtunt p̄dicto mō in indiuiſibili ſcȝ quātitaſ p̄cij: expenſaꝝ: laboꝝ: cure ꝑiculi ⁊ eſtimatio. Nā eſtimatio de valore merc̄ ē apud vnū de decē: apud aliū de. xj. apud tertiuȝ de. xij. Itē ſi q̄s teneaꝛ tātū mercis puta vini vel tritici tibi dare q̄ntū teneꝛ mihi: ⁊ mihi teneaꝛ. xj. menſuras vl' modios q̄s ſoluat mihi: tibi aūt ſoluēdo vn⁹ vl' plēs modij vl' mēſure deficiāt in vno grano vl' gutta nō ob hoc diceꝛ ille non ſeruaſſe mercis eq̄litatē circa te ⁊ me: imo ridiculoſū eēt illud velle ſeruare ſꝑ ⁊ eredere ꝙ ſi nō obſeruareꝛ taliter ꝙ extunc peccaret: igiꝛ etiam eq̄litas merc̄ ⁊ p̄cij nō ſic ī indiuiſibili cōſiſtit. Cōfirmaꝛ. Qꝛ rariſſime eēt venditor tutus a pctō iniuſticie cōmutatiue vl' apꝑculo illi⁹ pcti: qꝛ aut rariſſime attingeret illud indiuiſibile: aut ſi attingeret neſciret tm̄ ſe illud attingere q̄n eēt in dubio ad min⁹ eq̄libri. Et dico notanꝛ ſic intelligēdo ⁊c. Qꝛ bn̄ veꝝ ē ꝙ valor mercis ꝯſiſtit in indiuiſibili ſic ꝙ ꝯtingit p̄ciū dari ꝙ p̄ciſe tot ⁊ tantos gradus habet habilitatis ad vſuȝ humanū quot ⁊ quātas habet merx itaq̄ ſi p̄ciū ī aliquātulo haberet plures vl' maiores eſſet excedens quātitatē valoris mercis. Et ſi haberet in aliquātulo pauciores vel minores eēt deficiēs ab eadeȝ. Attn̄ vt viteꝛ iniuſticia ꝯmutatiua ⁊ ſeruetꝛ iuſticia cōmutatiua: ſufficit ꝙ illud p̄ciū aut oīno ſit equale valori: aut ſi nō ſit huiuſmodi ꝙ tm̄ nō multū ſupexcedat nec multū deficiat ita ꝙ ē dare latitudinē gradualē īfra quā ſi maneat quantitas p̄cij: diceret p̄ciū equale valori mercis tali equalitate q̄ ſufficit et requiriꝛ ad iuſticiā cōmutatiuā. Un̄ ſicut illa iuſicia cū ſit virtus conſiſtit in medio nō mathematico ſcȝ pūctali ſed morali qd̄ habet latitudinē quandā qd̄ mediū ſapiens determinabit: vt ait phs ſecūdo Ethicoꝝ. Sic etiā valor mercis nō conſiſtit in punctali ſed in latitudine quadam de qua etiā dicetur in ſequenti queſtione. Nā illō modicum qd̄ vēditor accipit vltra ſimpliciter dictā equalitatez valoris mercis quā neſcit attingere: accipit vt ſibi liberaliꝛ donatum ab emptore ⁊ emptor ſm̄ rationabilem voluntatez debet ſibi illud donaſſe. Nam ſi nollet eſſet indiſcretus nolēs ſe cōformare illi dictamini legis naturalis. qd̄ tibi vis fieri alteri facias qꝛ illud vellet ſibi fieri. Nam ſi ipe dediſſet p̄ciū qd̄ in modico deficeret ab indiuiſibili equalitate valoris mercis quā attīgere neſciuit: vellet ꝙ venditor illud ſibi remitteret ⁊ illud plus in merce ſibi donaret. Unde durum eſſet homines contrahere niſi contrahentes intenderent ſibi mutuo aliq̄d remittere ⁊ donare quod deficeret vel ſuperexcederet ſimpliciter dictam equalitatē mercis et p̄cij ⁊ ſic oēm cōtractū pōt dici cōcomitari liberalis donatio vl' remiſſio ī illo modico vl'

pluri qđ deficit vel ſupexcedit eq̄litatē ſimplicit̄ dictā dūmō illud modicū vel pl⁹ cōtineat īfra extrema latitudīs iuſti p̄cij. Vn̄ ſequit̄ q̄ q̄uis equalitas naturalis ſm naturā ſtet ī indiuiſibili inter emptū ⁊ vēditū ſicut lingua libre ſtat ꝑpendicularit̄ inter duo brachia libre equalit̄ pōderātia: tñ ex parte nr̄a mediū illud ē diuiſibile q̄r nō poſſumus ſingula ad vnguem eſtiare: iō relinquit̄ cōſcie vniuſcuiuſq; vt nō pluris vendat qđ ſuum eſt q̄̄ bona fide credat valere ꝑ loco ⁊ tpe ⁊ ſilr nō minoris min⁹ emat. An aūt p̄ter talē eq̄tatē ius hūanū poſituū aliquid ſtatuerit ꝑ illos q̄ hn̄t in manu ſua oēs res hūane poſſeſſionis inter q̄s ſolet fieri cōtract⁹ vt ſcʒ liceat vendenti ⁊ emēti ſe decipe citra medietatē iuſti p̄cij ſicut vident̄ ad hoc ſonare ciuiles leges. Dicendū q̄ ius poſituū d̄ facto nō ſtatuit aliq̄d tale. Nā leges ad hoc ſonātes nō dant licētiam excedendi latitudinē iuſti p̄cij mō predicto ſed ſolū diſponūt q̄ nō det̄ actio decepto taliter dūmodo nō ſit vltra dimidiū iuſti p̄cij decept⁹, ⁊ deniq; hoc nō ē īdiſtincte verū ꝑut diffuſius patuit. q. liiij. Et dato q̄ dediſſent licentiā p̄dicto mō ꝯtrahendi ⁊ etiā illud potuiſſet: eo q̄ legiſlator habuiſſet illas res in manu ſua tñ nō excuſarentur ꝑ hoc illi qui illis legib⁹ ⁊ legiſlatori nō ſubeſſent: q̄r ille de alienis reb⁹ nō habuiſſet diſponere. Preterea diſputatiue loquēdo nō videt̄ q̄ potuiſſent leges illā licentiā dediſſe q̄r decipe, primū ⁊ cōtra iuſticiam cōmutatiuā agere ē cōtra legē nature cōtra quā nihil valet lex poſitiua diſponere. Vñ Aug⁹ in illis tp̄alib⁹ legib⁹, nihil iuſtū eſt qđ nō ab eterna ſibi deriuauerit homines. Et in hac vltima clauſula ſcʒ preterea, ⁊ loquor de ipa deceptione a ꝓpoſito. Nā iō mēdacium ex ſua rōne ē pctm̄: q̄r ex ſua rōne hab; fieri intētiōe decipiēdi, adeo in q̄; pctm̄ ē q̄ nl'la lege poſitiua ꝯcedēte ꝑt hn̄ fieri. Fuiſſent igit̄ ille leges pctm̄ q̄re n̄ eēnt rōnabiles ſicut nec lex ꝯcedēs domīnū p̄ſcribēti mala fide. Per has eñ leges excitarent̄ hoīes ad decipiendū ⁊ ad mala fide acq̄rendū res alienas: q̄uis ſi eēnt late tales leges ⁊ non reuocate: ſtaret q̄ poſtq̄̄ acq̄ſiſſet q̄s talē rē (licet cū pctō) nō teneret̄ tn̄ reſtituere: ex q̄ autoritate illi⁹ cui⁹ ē illa res vt ſuꝑioris diſp eā hret: ſʒ de h̄ vltimo nihil hic determino. ¶ Etiam Baldus dicitur dixiſſe q̄ deceptio permittitur contrahentibus vſq; ad dimidium iuſti precij ⁊ in foro anime: alias omnes mercatores tranſirent ad inferos: debet intelligi ſi non a propoſito fiat, ſed tunc etiam eſt veruʒ ſi vltra dimidium iuſti precij fiat deceptio: q̄uis differentia ſit ī conceſſione remedij ipſi decepto: ⁊ de hoc patuit ſupra queſtione. liiij. cōcluſione prima in fine.

# Ex his ſequitur

correlarium, q̄ non valet ſententia autorꝫ tractatuli incipientis. Abbas ſancti Jacobi qui aliquando inſcribitur. xij. doctorū vbi inuehit cōtra dicentes q̄ canones loquentes de emptione facta pro precio deficiente dūmodo non ſit venditor decept⁹ vltra dimidium iuſti precij: habent locum iure fori nō iure poli. i. in foro contentioſo non in foro anime vel conſcientie. Et arguit ſic. Primo ius canonicū a ſpiritu ſancto proceſſit: igitur illud qđ concedit vl' approbat etiam eſt in foro anime licitū. Itē ſi dicis, illud qđ decretū eſt ab illo iure nō licere tunc tenes ſtatuta papalia nō tenere: ⁊ hoc eſt male credere. Tertio quia ius dicens q̄ valet emptio etiam ſi fiat deceptio citra dimidium iuſti precij vel eſt ius vel non eſt ius ſi primum igitur iuſte ſic emit̄ ⁊ per conſequens etiā in iure poli valet emptio. Si ſecundū tunc non peccat contradicens ſtatutis pape quia non peccat contradicens ſtatuto concedenti illicitum. Quarto q̄r ſi tantū valet talis emptio iure fori: igit̄ iudex eccl'iaſtic⁹ illud dʒ iudicare qđ cōfeſſor dʒ infringere. Ad hec oīa dicēdū q̄ dicētes p̄dictos canonos hr̄e locū iure fori nō poli: nō volūt dicere q̄ illi canones decernāt ⁊ dicāt talē emptiōʒ eē licitā ⁊ q̄ hoc in foro exteriori ⁊ nō in foro interiori habeat locū: ſʒ volūt dicere q̄ talis emptio ē illicita ī foro īteriori ſi a ꝓpoſito fiat ⁊ ſi nō a ꝓpoſito fiat nō ē illicita etiā ī eodē foro: attñ nō vʒ ī illo foro q̄n cōperta illa deceptione teneat̄ emptor ſupplere defectū p̄cij modo dicto. Sed in foro exteriori valet ſic intelligendo. i. actio nō dat̄ decepto ꝯ emptorem ſi nō a ꝓpoſito ē facta ⁊ in illo ſenſu intelligitur cū dicitur q̄ canones predicti habent locum iure fori, i. non

dant actionē modo dicto:ſed nō ꝓpter hoc excuſatur emptor a ſupplendo cū comperit illū defectū. Et ꝑ hoc ad primū dicendum ꝗ ius canonicū nō approbat talez emptionem vt licitam ſed ſolū diſponit non dare actionē contra emptorē nō doloſum. Ad ſecūdū negandū ē ſuppoſituz ſcꝫ ꝗ ius decreuerit aliquē ſic poſſe emere. Ad tertiuz negetˀ ꝗ ius dicat eam valere ſic ꝗ non teneatur ſupplere ſed ſic valet ꝗ nō datˀ actio eā reſcindendi vel agendi ad ſupplementū ꝛ hoc ius eſt ius:nō autem eſſet ius ſi decerneret ꝗ non oporteret ſupplere comperta deceptione:niſi hoc in penam negligentie fieret decepti vt in preſcriptiōe fit. Ad quartū dicendum ꝗ iudex debet emptorē cōuentū per venditorē ſup deceptiōe ſi nō eſt a propoſito facta abſoluere a ſupplendo defectū precij:ꝛ tamen cōfeſſor dꝫ emptorem talē nō abſoluere nō ſupplere velit defectū ſi ſaltem ille eſt extra latitudinez iuſti precij. Nec mirum:nam multa debet iudex exterior dimittere indiſcuſſa ac īpunita q̄ nō dꝫ ꝯfeſſor in diſcuſſa dimitterˀ vl' īpunita: ſepe etiā cōfeſſor alicui dꝫ iniungere ꝗ cohabitet matrimonialiter alicui: vbi officialis epī interdixit cohabitationē ꝛ econtra de his etiam patuit ſupra qōne liiij. cōcluſione pˀma ꝛ ſequēti queſtione.

## Sexta concluſio.

Penes eadē cognoſcitur quantū liceat et debeat eſſe precium penes que cognoſcitˀ quantus ſit valor mercis. Probatur quia ꝑcium debet eſſe tātū quantˀ eſt valor mercis ad ſenſum tactū. vt patebit in ſequenti queſtione. Modo ꝑ eadē cognoſcitˀ quantitas vnius equaliū:penes que cognoſcitˀ quantitas alterius:vt ſi tu debes mihi eē equalis:tunc per illa per que ſcio quot pedum ego ſum:per eadē poſſum ſcire quot pedū tu eſſe debes.

Queſtio. LVII.

# Utrum illicitum

ſit vendere mercem ꝑ ꝑcio qđ excedit valorem mercis:ſiue ille exceſſus ſit citra dimidiū iuſti precij ſiue vltra:ꝛ ſi citra: ſiue ſit magnus ſiue paruus. Solutio queſtionis ſtat in duabus ſuppoſitionibꝰ: quinqꝫ cōcluſionibꝰ ac quatuor argumentorū ſolutionibus.

## Prima ſuppoſitio.

Dupliciter pōt intelligi ꝑciū excedere valorem mercis. Prīo ꝗ excedat ꝑciū valorez cōſiderādo ſcꝫ valorem put cōſiſtit in indiuiſibili:vt tacto in quinta cōcluſione precedētis qōnis: ꝛ ille poterit vocari exceſſus ſm quid. Scđo ꝗ eū excedat put cōſiſtit in quodā diuiſibili:puta ī quadā latitudine: ꝛ ille pōt vocari exceſſus ſimpl'r dictˀ. Et ſi primo modo excedat:hoc pōt fieri tripliciter ſm ꝗ infra latitudinē infra quā fit exceſſus poſſūt imaginari tres gradus ſcꝫ pius:mediocris:ꝛ rigidus. Nam ſi merx a pte rei ꝛ preciſe valet quinqꝫ ſolidos:ita ꝗ in re nō plus valet ꝛ nō poſſit hō ꝑ ſe attingere noticiā illius preciſi valoris:ſtat ꝗ eſtimatio hominū diſcretoꝝ ꝛ intelligentium in cōtractibus ſit ita diuerſa: ꝗ aliqui eſtimabūt eā mercē valere q̄nqꝫ ſolidos et duos deñ. Alij quinqꝫ ſolidos ꝛ tres deñ. ꝛ alij q̄nqꝫ ſolidos ꝛ q̄tuor deñ. ꝛ nemo prudēs eſtimaret eā vltra. v. ſ. ꝛ q̄tuor deñ. tā qōlibet illoꝝ q̄tuor ꝑcioꝝ eēt infra latitudinē:ꝛ tñ tria ex illis excederent preciſuz ꝑcium ſm tres gradus ſꝫ nō eēt ille exceſſus ſimpliciter dictus ſed infra latitudinem ꝑdictas eſſet incluſus

## Secunda ſuppoſitio.

Dupliciter ꝯtingit intelligi mercem vendi vltra dimidiū iuſti ꝑcij. Primo ſic ꝗ precium ꝑ q̄ vēditˀ merx includat tātū quātū debet eſſe ꝑciū iuſtū:puta qđ ē equale valori mercis ꝛ cū h̄ includit medietatē eiuſdē iuſti ꝑcij ꝛ vltra hoc adhuc aliquā quātitatē includit. vt ſi iuſtū ꝑciū mercis ſit. x. floř. put cōiter eſtimatˀ ꝛ tñ venditor vēdit ꝑ. xvj. Scđo mō ſic ꝗ ꝑciū ꝑ quo vēditur merx includat tātū quātū debet eē ꝑciū iuſtum ꝛ cū hoc adhuc tātūdē ꝛ vltra h̄ adhuc aliq̄d q̄ſi includat duas dimidietates quaꝝ q̄libet eēt iuſtū ꝑciū ꝛ vltra illas duas dimiditates: adhuc aliq̄d includat ſi iuſtū ꝑciū mercis de cōi eſtimatiōe ſit. x. floř. ꝛ venditor vendat pro. xxj. floř. Sed ille ſecundus modus intelligendi nō eſt rationabil':q2 tūc ſil'i mō ꝛ ꝓportionabil'r poſſet intelligi illud q̄ dicitur mercem emi infra

dimidiũ iuſti precij: ita ꝙ q̃n diceretur: ille emit mercẽ infra dimidiũ iuſti p̄cij: poſſet eē ſenſus: id ē dedit p̄ciũ qđ deficit ſemel a medietate iuſti p̄cij: ⁊ iterũ ſemel deficit ab ea ⁊ vltra duos illos defectus adhuc deficit in aliquo: ⁊ ita oporteret ꝙ daret̃ ſibi nihil ⁊ minus nihilo. hoc aũt eſt impoſſibile: q2 tale precium eſt impoſſibile eē aliqd ꝙ ſi illud p̄ciũ neutrã medietatem iuſti p̄cij habet: ſic ꝙ nihil de q̄nq3 flor. ⁊ iterum nihil de q̄nq3 flor. habet: ergo ex toto nihil habet: ⁊ ſic nihil eſt. nihilo aũt nihil vltra deficere pōt. Unde ſi merx valet. x. flor. et emptor ad p̄dictũ ſenſum intelligẽdo emeret infra dimidiũ iuſti precij: oporteret ꝙ daret p̄cium qđ bis eēt minus q̃3 quinq3. ⁊ ſic ſibi deficerent bis quinq3 flor. in toto ſeu oĩmode: ⁊ ſic nihil de decẽ flor. maneret ibi. q2 ſi aliquid maneret non deficeret ſimpl'r ⁊ oĩmode in. x. flor. In p̄n ti igitur q̄one debet hr̄i prim⁹ intellect⁹ nō ſecũd⁹.

## Prima concluſio

eſt ſeptemembris Sed prius notandũ ꝙ ſi alicui min⁹ cõſideranti alique ꝯcluſiones aut ſnĩe huius q̄onis ⁊ quarundã ſequentiũ ⁊ p̄cedentiũ q̄onũ hui⁹ tertij tractat⁹ videant̃ nimis emungere aut iuſticiã nimiaʒ exigere: qui huiuſcemodi ē q̄tuor cõſideret Prio ꝙ vbi de pctō vel illicito fit in cõcluſionib⁹ ſermo nō mox intelligat̃ de mortali pctō donec id exprimat̃: ſicut ⁊ id fit ĩ poſterioꝝ ꝯcluſionib⁹ que prioꝝ. dicta: poſtea ſpecificãt q̃n ſit tale vl' tale pctm̃. Secũdo ꝙ facile quis ꝯtrahit veniale pctm̃ ĩ cõmertio rerũ tp̄aliũ: qui em̃ tangit picem inquinabit̃ ab ea ⁊ arta ē via que ducit ad vitam. Tertio cõſideret ſnĩas. Eccl'iaſtici xxvij. ⁊ alias auctoritates ſupra queſtiõe lij. cõcluſione. iiij. ⁊ in p̄cedenti q̄one allegatas de facilitate ꝯtrahendi pctã ĩ negociationibus. Quarto ꝯſideret rõnes vrgẽtes p iuſticia cõmutatiua q̃ nihilomin⁹ ita ſunt moderate ꝙ locũ habere poteſt illud ꝙ omnẽ ꝯtractũ venditõis videt̃ comitari quedã donatio vt Scotus inquit. Illis p̄miſſis ſit prima concluſio talis. Uenditori ē illicitũ mercẽ vendendo exigere pro ea p̄ciũ qđ vẽdens pbabil'r credit vel credere deberet ſimpl'r vel ſm quid excedere valorẽ mercis in illo loco ⁊ tp̄e in q̃ gat⁹ ē vendere. Probat̃ quadrupliciter. Primo ſic. Illicitũ eſt ſcienter recedere a iuſticia cõmutatiua. p̄dictum vendere eſt huiuſmodi igit̃. Maior nota. minor pbat̃: q2 iuſticia cõmutatiua req̄rit ꝙ extrema cõmutatiõis ſint ſibi equalia vel equalitate ſimplicit̃ dicta ⁊ hoc in cognoſcente p̄ciſũ valorẽ cõmutabiliũ vel equalitate fundata in latitudine rõnabili. Nõ ſi preciũ excedit ſimpliciter valorẽ mercis: nõ erit equale vllo p̄dictoꝝ modoꝝ: q2 nõ ſolũ loquẽdo de eq̄litate ſimpl'r dicta erit equale valori merc̃ ſed etiã ſi de ea q̃ nõ ē ſimpliciter dcã loq̄mur: q2 ſupgredit̃ limites latitudinis rationabilis. Poſſet autem equalitas ſimpliciter dicta ſic diffiniri. Eſt reꝝ differentiũ preciſiſſime eadem quãtitas: hoc eſt: eſt habitudo duaꝝ rerum quantaꝝ quarum quantitates ſic ſe habent ꝙ p̄ciſe vna ē alteri cõmenſurata: adeo ꝙ tot ⁊ tante partes eiuſdẽ quãtitatis ſunt in vna ſicut in alia. Sed equalitas nõ ſimpliciter dicta ē habitudo duarũ rerum quantaꝝ quaꝝ quãtitates ſic ſe habent: ꝙ dato ꝙ vna parũp excedat aliam vel deficiat ab ea: tamen nõ excedit eam nec deficit ab ea vltra limites illos quibus determinat̃ ille exceſſus ⁊ defectus qui irrõnabilis eſt ⁊ de facili agnoſcibilis ⁊ vitabilis. Et ex hoc p3 ꝙ non bñ diffinit̃ equalitas a quodã ſic. Eſt eſtimatio mutua voluntaria bona fide facta: in qua nulla intenditur inequalitas nec in eſſe cognoſcitur. Nam equalitas nõ ē res abſoluta ſed relatio. igitur nõ eſt eſtimatio Nam eſtimatio eſt res abſoluta q2 ē actus intelligendi: nec etiã ille actus eſt fundamẽtaliter eq̄litas: quia equalitas fundatur in quãtitate p̄cij in ordine ad quãtitatẽ valoris mercis vel ecõtra. q̃uis illud fundamẽtum equalitatis cognoſcat̃ ex eſtimatione hominũ. nõ tamen capitur hic q̃titas ſtricte p q̃titate molis ſed large vt ſe extendit ad quãtitatẽ virtut' ſc3 habilitatis rei ad vſũ hũanũ q̃ habilitas ſi eſt tanta ſeu tot ⁊ tantorũ graduum in p̄cio quanta eſt in merce. dicit̃ inter illa eſſe equalitas. Item in diffinitiõe ponitur inequalitas q̃ eſt ita obſcura ſicut diffinitum. igit̃ nõ congrue ponit̃ p diffiniente eq̄litatẽ. Scđo pbat̃ ꝯcluſio p̄ncipalis ſic. Quicq̄d ē p cõi vtilitate inſtitutũ: nõ d3 plus eſſe in re in vnius

q̃ alterius. ⁊ ſi taliter trahitur q̃ plus eſt in rem vnius q̃ alterius nõ ſeruatur equalitas iuſticie: ⁊ per cõſequens illicitũ agit. Modo emptio ⁊ venditio ſunt inſtituta ⁊ introducta p̃ cõi vtilitate tã emẽtis q̃ vendentis: vt p₃ per. P. p̃mo politicoꝝ. igitur nõ d₃ ſic celebrari q̃ ſit pl⁹ in rẽ vni⁹ q̃ alterius vel ẽ: adeo q̃ ſi ſec⁹ fiat eq̃litas iuſticie nõ ſeruat ⁊ ſic illicitũ agit. mõ qñ p̃cũ excedẽs valorẽ mercis exigit p̃ vẽditorẽ erit vẽditio pl⁹ in rẽ vẽditoris q̃ emptoris. Tertio ſic. x. q. ij. §. Hoc ius. d₃ q̃ ſi ĩ venditiõe rei eccl'iaſtice plus offeratur q̃ res valeat: eccl'ia recipe nõ d₃ ſed tm̃ iuſtũ p̃cũ: ⁊ hoc nõ eſt niſi q: exceſſiui p̃cij receptio ẽ illicita: puta qñ exceſſus accipit ĩ ratiõe p̃cij: ſec⁹ ſi in rõne doni libere donati. Multo magis exactio hmõi exceſſiui p̃cij vt p̃cij erit illicita. Quarto ſic. Btũs Auguſti. xiij. d̃ trinitate cap. iij. Vili velle emere: ⁊ care velle vẽdere reuera vitiũ ẽ. ergo vt vitet vitiũ d₃ eſſe eq̃litas p̃cij ad mercez vñ ibidẽ ſubdit. Scio hoĩez cũ venal' codex ſibi fuiſſet oblat⁹: p̃cijq̃ ei⁹ ignaꝝ ⁊ iõ quiddã exiguũ poſcentẽ cerneret vẽditorẽ iuſtũ p̃ciũ qd̃ multo ampli⁹ erat nec opinanti dediſſe. hec ille. Añs tm̃ intelligit q̃ p̃cũ qd̃ exigit p̃ vẽditorẽ nõ d₃ excedere valorẽ mercis ꝯputatis ſingul' q̃ p̃nt augere p̃ciũ. Nõ aũt ſic q̃ nõ liceat exigere p̃ciũ maius q̃ ipẽ expoſuerit p̃mũ cũ eã rẽ emit. Hec aũt ꝯcluſio ſex h₃ clauſulas q̃ veniũt declarãde. Dicit p̃mo notãt exigere p̃ ea p̃ciũ ⁊c. ꝓpter duo. Prio q: ſi vendẽdo exigeret p̃ ea p̃ciũ eq̃le ei: ⁊ aliq̃d vltra hoc peteret vt donũ nõ exigẽdo vt p̃ciũ: nõ peccaret ſi illã qualitatẽ petitiõis exprimeret emptori: ⁊ emptor illud intelligeret q: nõ ẽ illicitũ petere dona. Scd̃o: q: ⁊ ſi peccaret exigendo vltra p̃ciũ eq̃le aliq̃d p̃ modũ p̃cij. q: attẽptaret ſuggredi frẽm ſuũ cõtra ſniam apl'i. j. ad Theſſal'. iiij. tm̃ certis ꝯcurrentibus ꝯditiõib⁹ poterit licite recipe illõ exceſſiuũ p̃ciũ. put in vna ꝯcluſiõe dicetur. Unde ſi emptor emẽdo ⁊ ſoluendo p̃ modũ liberalis doni daret ip̃m exceſſũ ⁊ non p̃ modũ p̃tis p̃cij ⁊ venditor ĩ illã donationẽ ꝯſentiret ⁊ p̃ modũ doni nõ p̃ modũ p̃cij reciperet: nõ peccaret recipiendo licet peccaſſet exigendo. Scd̃o d: q̃ p̃babil'r credit: q: ſi nõ h̃ ſed ei⁹ oppoſitũ p̃babil'r credderet ſc₃ q̃ nõ excederet valorẽ merc' excuſaret interim a p̃ctõ ĩ exigendo: lic₃ poſtea cũ cõperiret exceſſum deberet illud agere qd̃ dictũ ẽ in q̃ne. liiij. ꝯcluſiõe p̃ma. Si aũt eſſet in dubio eq̃libri de hoc dicetur in ſecũda ꝯcluſione hui⁹ q̃nis. Tertio d: vel credere deberet. Nã ſi crederet q̃ nõ excederet valorẽ mercis: ⁊ tm̃ h̃ret ſufficiẽtia indicia quib⁹ exceſſũ poſſet ꝑpendere ſi aliqualẽ diligẽtiã adhibere vellet: nõ excuſaret: eſſet em̃ tũc ignorãtia craſſa vel affectata q̃ nõ excuſat. Quarto d: ſimpl'r vl' ſm quid: ⁊ ad hoc vt peccet ĩ ſupuenditiõe nõ req̃rit q̃ p̃ciũ ſimpl'r excedat ſed ſufficit q̃ etiã ſm quid excedat: ⁊ hoc ſi venditor (vt caſus ꝯcluſiõis ponit) p̃babil'r credit illũ exceſſuz. Nã q̃uis dictũ ſit q̃ ſi tm̃ ſm q̃d excedit: puta q: nõ ẽ ſimpl'r equale merci: ẽ tm̃ infra latitudinez eq̃litatis diuiſibil'r capte. nõ ẽ ꝯtra iuſticiã cõmutatiuã p̃ tali vẽdere: hoc venit ex eo q: nõ ſcit vendẽs preciſum valorem mercis: ⁊ ſic non credit precium excedere etiam ſm quid valorẽ mercis: tm̃ ſecus ẽ ſi credit excedere: ⁊ ſic credit ſe noſcere preciſuz valorẽ. Uñ inter exceſſum ſimpl'r ⁊ ſm q̃d: ſi ſupponat in vtroq̃ q̃ ſit vel agnit⁹ vel credit⁹ exceſſus a venditore non eſt differentia facienda quo ad h̃ q̃ vnum exigere ſit licitum ⁊ non alterum. imo neutrum ẽ licitum exigere. ſed q̃ quo ad hoc eſt differentia q̃ quia nõ ſic natus eſt agnoſci exceſſus ſm quid ſicut exceſſus ſimpliciter: ideo bona fides. ⁊ per ꝯſequẽs ratio excuſans magis nata eſt interuenire in vno q̃ in alio. Inſuper ⁊ in hoc eſt differentia q̃ exceſſus ſimpliciter dictus ẽ notabilior q̃ exceſſus ſm quid: ⁊ per conſequens eius exactio magis nata eſt tranſire in peccatum q̃ exactio exceſſus ſm q̃d. Dicitur quinto in illo loco. quia ſi nõ eſt paratus in illo loco vendere ſed tm̃ in alio in quo huiuſmodi precium non cenſeretur excedere: imo maius eo poſſet obtinere in illo alio loco: ⁊ emptor ſua inſtantia induceret eum ad vendendũ ſibi eam hic: tunc poſſet venditor licite exigere illud preciũ: quia licet hic non valeret tm̃: tamẽ illõ pl⁹ qd̃ ſup accipit vt hic: nõ accipit in ratione p̃cij ſed p̃ ſuo intereſſe lucri ceſſant' cuius ceſſatiõis cã ẽ emẽs inducẽs ſua inſtantia eum ad carendũ illo lucro ceſſante: ⁊ p̃mo

per ꝯſequens ſibi ad illi⁹ refuſionez tenet. Et dixi: imo mai⁹ eo poſſet ꝛc. quia ſi ſolū mandez poſſet in illo alio loco obtinere nō poſſet illud hic ab emptore exigere. qꝛ ſi tráſferret ad alium locū: illa res toto tēpore intermedio ſtaret ꝑiculo ſuo ꝛ habe ret facere expēſas: labores: curā ꝛ pericula ſuſcipe in traductione mercis ꝛ etiam adeſſet ei dubietas lucri. Hec autē omnia diminuerēt illud ꝑciū alibi obtinendū. ꝛ ſic ꝓportōnabilit̄ ad illa defalcare deberet cū hoc loco ſine illis impendendis vendit q̄ bus defalcatis illud ſolū eſſet ſibi licitum exigere hic: qḋ relinqueret̄ illis defalcatꝭ. Si autē non haberet aliqḋ illoꝝ impēdere: qn ſana ꝯſcientia dicere poſſet: ꝙ alibi obtinere poſſet tale ꝑciū vltra oēs expēſas labores ac alia q̄ diminuere poſſent lucrū. ideo ꝙ eque eligibile eēt ſibi vel magis ꝙ emptor dimitteret ſibi mercez: ſic ꝙ ab eo hic recipe debet tale ꝑcium: licita eſſet ſibi venditio ꝑ tali ꝑcio lꝫ hic exceſſiuo. ꝛ itelligit̄ ille caſus: niſi emptor inſtās in tali neceſſitate eſſet: ꝙ venditor etiā tale intereſſe deberet ꝓpeti ꝑ emptore ꝛ vendere ei ꝑcio hic currenti. ꝛ ſic de aliꝭ ꝯditionibꝫ put ꝯ mutuante dictū eſt. q. xxx. Dicit̄ ſecūo, et illo tpe: ꝙ ſi non eſſet parat⁹ nunc vendere ſed reſeruare ad tēpus futurū in q̄ ſperat eam valiturā nō ſolū tātū ꝑcium: imo maius eo: ꝛ emptor ſua inſtātia induceret eū ad vendendū ſibi nunc: poſſet vēditor licite exigere illud ꝑcium nūc. ꝛ deduc hoc ꝓporcionabiliter ſicut in ꝑcedēti caſu deductum eſt. Et dixi. imo maius eo ꝛc. ex cauſa ꝓporcionabiliter ſicut in ꝑcedenti caſu: intelligit̄ etiam ille caſus niſi emptor ꝛc. et hic ꝓportionabiliter vt in ꝑcedēti caſu. Ad quintam autē ꝛ ſextam clauſulas reduci vel applicari pōt etiam caſus vbi vēditori non fuit merx ſua venalis ſimpliciter: puta nec hoc loco ꝛ tpe nec alio. qui tamē inductus eſt ꝑ inſtantiā emptoris ad vendendū ſibi ꝛ ipe illi vendit ꝑ maiori ꝑcio q̄ȝ alꝭ de cōmuni curſu valeat. de quo caſu patuit q̄ſti one precedenti in tertia concluſione in. xij. manuductiuo quomodo ſit licit⁹.

Scda cōcluſio. prima cōcluſio ē vera etiaȝ ſi venditor equilibri dubio dubitet illud ꝑcium excedere valorem. probat̄: naȝ ſi eſt in dubio equilibri et nihilominꝰ vendit ꝑ tanto: tunc exponit ſe equilibri ꝑiculo recedendi a iuſticia cōmutatiua. modo non ſoluȝ ille q̄ exponit ſe ꝓbabili ꝑiculo peccādi peccat: ſed etiaȝ qui equilibri ꝑiculo ſe exponit peccat. quia q̄ amat periculū peribit in illo. qḋ intelligit̄ tam de ꝓbabili q̄ȝ de equilibri: eo ꝙ vterqȝ eſt neglector verus vel iterꝑtatiu⁹ ſue ſalutis ꝛ eiuſdē atqȝ diuine offenſe iterꝑtatiu⁹.

Correlariū ꝯtemptor. ꝙ ſicut venditor interim ꝙ eſt in ꝓbabili credulitate ꝙ ꝑciuȝ excedat: puta qꝛ pl⁹ credit ꝙ ſit excedēs q̄ȝ oppoſituȝ lꝫ non ſit cert⁹ (que ꝓbabilis credulitas de hac ꝓpoſitione opponit̄ ꝓbabili dubio de eadem) non debet exigere tale ꝑcium ſꝫ minus. ſic etiam ſi eſt in eq̄libri dubio nō debet tale exigere: ſed minus. quia tutiorem viā eligere eſt ꝑcepti ꝛ debiti ſi illa que eſt min⁹ tuta: eſt ſic min⁹ tuta: ꝙ eaȝ ſequēdo credit ꝓbabiliter vel equilibri dubio dubitat ſe deum offenſurū. Conſiliuȝ igit̄ ꝑ illo qui ē in equilibri dubio eſt ꝙ recurrat ad aliqua manuductiua ex q̄bꝫ moueatur rationabiliter ad plus credēduȝ ꝙ merx ſua valeat tantū: q̄ȝ ꝙ valeat ſolū minus: vt puta recurrat ad cōmunē eſtimationem vel aliā viam, put in ꝑcedenti q̄ſtione tactū eſt in tertia ꝯcluſione. Si aūt nec illa iuuare eū poſſunt: tūc ſi emptor eſt vir expert⁹ ꝛ non artatus nec ꝓdigus nec laborans inordinata affectiōe ad mercem ꝛ venditori cōſtet de illis cōditionibꝫ emptoris. ꝛ vltra hoc etiā venditor emptorez ad exceſſiuū ꝑcium dandū non occaſionauerit ꝑ hoc ꝙ ei mercē exhibuit ꝑ magno ꝑcio. ꝛ emptor verecūdia ductus non audet intātū deſcendere ſicut tamen poſſet. Aliis inqȝ ꝯcurrentibꝫ poterit illam mercem vēdere emptori dādo emptori ad arbitriū ſuum ꝛ recipe illud qḋ emptor arbitratus fuerit. Si aūt emptor nō haberet illas cōditiones vel vēditori n n conſtaret de eis non liceret venditori interim ꝙ ē in dubio equilibri: recipe illud qḋ emptor arbitrat⁹ fuiſſet. ſed debet tutiorē viaȝ eligere ſcꝫ accipere illud minus qḋ credit ꝓporcionatū ſue merci.

Tertia ꝯcluſio. prima cōcluſio ē vera ſiue ꝑcium ſic excedat valorē ꝙ ſit vltra dimidiū iuſti precij ſiue citra. ꝛ ſi citra:

ſiue in modico ſiue in multo. Probatur: q2 illicitū eſt recedere a iuſticia cōmutatiua ſi ille receſſus fiat ſcienter ſeu credulitate probabili que ineſt recedenti vl' ineſſe deberet ⁊ ſimiliter exponere ſe pbabili vl' equilibri periculo illius receſſus. ⁊ hoc ſiue ille ſit i magno ſiue in pũo. Sicut in ſili ſurripere rem alienā inuito domino ē illicitū ſiue illa res ſit modica ſiue multa, put tactuz fuit q̄ſtione. liiij. ꝯcluſione q̄rta. igit̄ ⁊c.

Ex his ꝯcluſionib9 ſequit̄ correlariū de falſitate duaruz opinionū. quaz p̄ma dicit q2 venditori liceat ſciēter exigere exceſſiuū p̄ciū: dummodo exceſſus ſit citra dimidiū iuſti p̄cij: etiaz ſi ſit notabilis: quā opinionē ſeq̄t durādus ordinis minorū in ſua ſūma. Secunda eſt aliorum qui lȝ hoc non ſentiant licitū eſſe quādo ē exceſſus notabilis: tamē illud ſentiunt quando ē modicus ⁊ indiſtincte hoc ſentire vident̄. Sed ꝯtra eos arguit̄. Naz ſiue ſit notabilis ſiue modicus ſi ē ſcit9 vel pbabiliter creditus tanq̄ʒ exceſſus: licitū ē exigere ipm: vt patet per pbationes ſupra poſitas ad p̄mā cōcluſionē. Confirmatur q2 quicunq̄ʒ hoc facit modo dicto: decipit ⁊ fraudat p̱ximum. decipe autē p̱ximum ⁊ fraudare eum eſt peccatū etiam ſi in modico fiat. ſicut ⁊ modicū furari eſt peccatum lȝ illud decipere vel fraudare i modico nō ſit mortale ſic̄ in multo vel notabili ē mortale: iuxta diſtinctionez in duab9 p̄cedentibus q̄ſtionib9 poſitam in q̄rta ꝯcluſione. Unde etiā gloſa in. l. ſemp in ꝯuentionib9 ff. de re. iu. dicit. non cōgruit honeſto viro circūuenire alium infra dimidium iuſti p̄cij. Eſſet tamē hec ſcḋa opinio vera quando ille exceſſus in modico eſſet ignoratus ſiue eēt infra limites latitudinis ſiue extra eoſdem: ⁊ maxime ſi infra limites eſſet latitudinis et eſſet creditus eē infra eoſdem lȝ ignoratus excedere indiuiſibilē equalitatem: quia illā agnoſcere nō poſſet. Unū bene dicit doctor ſolennis Hein. gandēſ. quodlibeto p̄mo: loquēs d̄ ſciēter vēdente carius. Nam dicit ſic. dico ſciēter: q2 ignorantia in talibus facit inuoluntariū q̄ omnino et in toto excuſat. quia eſt ignorantia non in electione p̱pter maliciā obnubilātē rationem neq̄ʒ in regulis vniuerſalib9 legis ſed in ſingularibus circa que cadit opatio ſibi enī ē miſericordia in parte ſi non apponat omnē diligentiam quā deberet vt cognoſcat valorē rei. vel eſt venia in toto ſi videatur res ſua ſibi amplius valere q̄ʒ valeat. ⁊ in nullo eſt cauſa ſue ignorantie. hec ille.

Ex iā dictis ſequit̄ etiā q2 regula Johānis de gerſona ſi debeat eſſe vera nō debet in vtroq̄ʒ foro intelligi qn̄ dicit in ſuis floribus ſic. Deceptiō e a medio iuſti p̄cij: contractum initū leges interimunt: etiaz ſi peccent vendentes res ſuas enormiter tamen reſtituere non tenent̄ ementib9: q̄ntuz regulariter occurrit iudicandum. hec ille. Unū in tractatu d̄ contractib9 loquens de defraudante citra dimidiuz iuſti precij ait in foro cōſcientie nulli dubium qn̄ defraudans teneatur confiteri. Utrū autem obligetur reſtituere: nō eſt ita clarum nec ꝯcordatū apud omnes p̄ſertim theologos: nō enī videtur neceſſariū q2 vbi cōcurrūt mutue volūtates ementis ⁊ vendentis vt res ſuas cōmutent in alterutrū q2 furtum cōmutatur vel rapina. iuxta illud. Scienti ⁊ cōſentienti nō fit iniuria neq̄ʒ dolus: precipue dum ſciens ⁊ volens eſt ſui iuris i ſua re: qḋ dicitur p̱pter pupillos et ſimiles. et dum cōſenſus non eſt lege irritatus ſicut i deceptione vltra dimidiū iuſti precij ſi preterea conſenſus ſit abſolutus non ſolū cōditionalis aut ſm̄ quid vt Areſtoteles loquitur de p̱ijciēte merces in mare ⁊ de cōſenſu metu mortis extorto aut per erroꝝ frauduleter inducto quoniā ignorātia cauſat inuoluntariū in toto vel in parte. hec ille. Sed ex circūſtantijs in iam vltimo allegato eius dicto patet q2 in preallegata regula non debuit eam ſentire veraz in foro conſcientie in caſu p̄cedentium ꝯcluſionū. Nā in illo caſu non ſupponit̄ liberalis donatio emptoris ⁊ abſolut9 ꝯſenſus d̄ pluri q2 iuſtum ſit.

Contra hanc ꝯcluſionem arguitur q̄druplicater. Primo ſic. licitum eſt vendere mercem tāti q̄ntum valet. Sed ſi res vēdit̄ p exceſſiuo precio valet illō. igit̄ licite ſic vendit̄. Maior nota. Minor pbatur p vulgatum dictuz: qḋ lex p regula dicit. Res tantū valet quātū vendi poteſt. Dicendū dupliciter. Primo retorquēdo argumētū ꝯtra facientez. quia ſi ꝯcluderet etiā probaret q2 liceret vēdere

p̄cio excedente dimidiuz iuſti p̄cij: quia
ſi de facto ſic venditur res diceř valere tm̄.
Secūdo dicendū ꝙ minor eſt falſa. Ad p
bationem dicendū dupliciter. Primo ꝙ il
la regula non dicit. res valet tantū quātū
vendit. ſed quātū vendi poteſt. Modo h̄
dicimur poſſe qđ licite poſſumus. ⁊ ſic ſe
quereř ꝙ ſenſus eſſet. Res tātū valet q̄ntū
licite poteſt vendi. Modo ſi illa regula ſic
aſſumereř: petereř principiū in argumēto.
Secūdo dicendū ꝙ ſenſus illius puerbij
eſt. valor rei eſt metiendus ex cōmuni eſti-
matione et ex hoc ꝙ multi vel pauci eam
deſiderant habere. ⁊ ſic eam appreciant ſeu
magnipendunt vel paruipendūt. qꝛ q̄nto
magis amař tāto magis cara eſt. ſicut ecō-
tra ſi pauci eam deſiderant ⁊ parum de ea
curāt: non poteſt magno precio vēdi: quia
emptores eam nō appreciant. Modo ſi p
precio exceſſiuo vendiř: ſcienter volendo il
lud totum vt p̄cium habere ab eo qui non
vt donū vult donare ipm exceſſum: iā ven
dit eam vltra q̄ȝ ameř ⁊ deſideretur ab ho-
minib⁹ de cōmuni curſu. ⁊ ſic non facit ad
mentem illius regule.

**Scdo** arguiř. ſi ſenſus illi⁹ regule ē
res tantū valet quātū vendi
poteſt ſupple licite ſeu d̄ iure (quia qđ d̄ iu-
re poſſumus licite poſſum⁹) igitur valebit
tantū quantū vendi poteſt: etiam ſi p̄cium
ſit exceſſiuū: dūmodo exceſſus ſit citra di-
midiū iuſti p̄cij vel etiam cōtineat iuſtum
p̄cium ⁊ dimidiū eiuſdez. tenet ꝯſequētia.
quia d̄ iure ciuili poteſt vēdi p quātocūq̄ȝ
p̄cio dūmodo exceſſus non ſit vltra dimi-
dium iuſti p̄cij. illum enī exceſſum ſolū dā
nauit. Dicerent forte aliqui ꝙ ad pbandū
aliquē actum eſſe licitum non ſufficit alle-
gare ius ciuile: ipm admittens vel conce-
dens. qꝛ huiuſmodi ius admiſit: imo con-
ceſſit ac⁹ lege diuiā dānatos vt vſuras q̄ſ-
dam. ſimiliter ⁊ cōcubinatū etiam illis fa
uendo ⁊ ad eos auxiliū p̄ſtando. Vn̄ etiā
oporteret ad pbandū aliquem ꝯtractū eē
licitum aſſumere nō ſolū ꝙ eſſet admiſſus
a iure ciuili: ſed etiam a iure diuino. Hoc
eñ omnē illicitū damnat. Unde cum pro
pheta in pſalmo. lxx. feciſſet mentionez de
negociatione reprobata (qualis ē illa que
eſt tm̄ cōformis iuri humano ⁊ difformis
iuri diuino ⁊ naturali) dicēs. Quoniaȝ nō
cognoui negociationē introibo in potenti
as domini. id eſt ex quo nō approbaui talē
negociationez q̄ ē difformis iuri diuino lȝ
humano vel ciuili ſit cōformis. ideo ītroi-
bo in potentias domini: ſubdidit. dn̄e me
morabor iuſticie tue ſol⁹. quaſi diceret. ad
negociationez non reprobā requiriř: vt ſit
etiam cōformis diuine iuſticie vel legi. et
lȝ dicat ſolius: nō ē tamē illud intelligēdū
ſic: ꝙ ad hoc ꝙ ꝯtractus aliquis ſit licitus
ſufficiat ꝙ ſit conformis ſoli legi diuine:
imo ſtaret ꝙ etiam req̄rereř ꝯformitas ad
legem humanā: puta in caſu quo aliq̄s cō
tractus nullam cōtinens iniquitatē cōtra
legem diuinā vel naturalē: eſſet ex aliqua
cauſa phibitus lege ciuili ne ſcȝ maliuoli
eo abutereňř p pallio ſue iniquitatis: aut
ſi lex ciuilis vel municipalis p̄ciperet ali-
quas circūſtantias pure poſitiuas ſeruan
das in tali cōtractu: ⁊ tamē ꝯtrahentes nō
ſeruarent. ille inq̄ȝ contract⁹ eſſet reproba-
tus: lȝ non eſſet in ſe ⁊ īmediate reprobat⁹
iure diuino vel naturali ⁊ vitandus. ſȝ ſo-
lum mediate. qꝛ lex diuina p̄cipit legem ci
uilem vel municipalē etiā ſeruare Luce. x.
⁊ ad Roma. xiij. ſed debet intelligi altero
illoruȝ duorū modorū aut quia negociās
debet eſſe memor ſoli⁹ diuine iuſticie p̄nci
paliter ⁊ ante omnia. Aut quia lȝ etiaȝ iu-
ſticie humane debeat eſſe memor: tamē il-
la ſi eſt rationabilis etiā poteſt aliquo mo
do dici diuina deriuatiue vł deductiue: qꝛ
nihil eſt in tēporalib⁹ legibus iuſtum ⁊ ra-
tionabile qđ non ab eterna ſibi deriuaue-
rint homies vt dicit Aug⁹. Unde nō pōt
eſſe cōformis legi diuine omni modo niſi
etiā ſit cōformis legi humane ſi aliqua ta-
lis ſup illo cōtractu diſponit rationabiliř.
Sed hec ſolutio non ſatiſfaceret argumē-
to. nam non ſolū ius ciuile ſed etiā canoni
cum admiſit venditionē factam p q̄ntocū
q̄ȝ p̄cio. dūmodo exceſſus nō ſit vltra dimi
dium iuſti p̄cij. vt patȝ in. c. cum dilecti. de
emp. ⁊ vendi. ⁊ tamē ius canonicū non ad
miſit aliquid illicitū. quoniā illius ſancti-
ones pceſſerunt ex auctoritatibus veteris
⁊ noui teſtamēti: vt habeř in. c. qualiter. de
accuſationib⁹. ⁊ ſic ſunt q̄ſi correlaria ⁊ cō-
cluſiones theologie. ⁊ p ꝯſequens non ad
mittunt illud qđ in theologia damnatur.
Ideo aliter dicēdū ꝙ admiſſio ē triplex

ſicut conceſſio eſt triplex vt patuit ſupra q̄ſtione.xxij.⁊ ꝯcluſione.vij.ſic. Quedaȝ eſt ipſius actus ꝑmiſſiua tm̄ ⁊ ſimplex eius tolerantia. Quedam vero eſt ꝑmiſſiua actus ⁊ ꝓhibitiua impedimētorū eiuſdē. Tertia eſt ipſius actus nō modo ꝑmiſſiua nec tm̄ ꝓhibitiua impedimentorū eiuſdem. ſȝ etiā ꝓmotiua illius fauendo eidem ⁊ cōſentiendo ī ipm. vide loco ꝓallegato. ius itaq̄ʒ canonicum venditionē factam pro precio etiam ſi ſit excēſſiuū dūmodo non ſit vltra dimidiuȝ iuſti precij ſm aliquos admiſit primo modo nō aūt ſcđo nec tertio modo. Ratio illi⁹ tertij eſt. quia hoc eſſet ꝯſentire in illud qđ eſt contra equitatē iuris naturalis. illa enī requirit equalitatē inter cōmutabilia: alioquin iniuſticia cōmittitur. Unde ph̄us.v.ethic.c.ij. Iuſtū legale eq̄le eſt. iniuſtum autē illegale ⁊ inequale. ⁊ ita iniuſtus eſt qui agit ꝯtra equitatem iuris naturalis. Et ſicut commutatiua iuſticia virtus eſt in equalitate ⁊ mediocritate conſiſtens, ita etiaȝ iuſticia animata cuiuſmodi eſt iudex vł legiſlator poſitiu⁹ debet ipſam equalitatē nō violare: nec ei⁹ ſentētia (cuiuſmodi ē eius lex ⁊ ꝯſtitutio) ad idipm̄ tēdere debet. ⁊ ideo ſi qui homīes cōmutauerint q̄d ꝓ quo ⁊ non ſint extrema cōmutata equalia: non debēt in hoc cōſentire: legem vel ſententiā dando qua illa inequalitas ſubſiſtat. ſed potius ſi vult dare debet eā dare qua fiat adequatio. Ex cauſa tamē poteſt nolle ferre ſentētiā in caſu aliquāte ineq̄litatis nō audiēdo q̄rulantē ꝓut patebit: itaq̄ʒ q᷑ tm̄ ꝓmo mō admiſit: nō oportet illđ eſſe licitū qđ ipm̄ admittit tm̄ ꝓmo modo. imo nec illud qđ admittit ſcđo modo vt patet. q᷑ ritus iudaicos ceremoniales admittū ſcđo modo: ⁊ tamē ſūt mortales. Et hec ſolutio cū dicit ꝙ admiſit ꝓmo modo debet ītelligi in foro exteriori: quia in illo foro ſm illos nec punit ſic vēdenteȝ nec cogit eum ad reſcindendū contractuȝ nec ad reſtituendū ſuꝑacceptum. Et ſic ꝑdicta decretalis habet locū iure fori ⁊ non iure poli. ⁊ hoc in odium litium ⁊ ad vitāda mlta litigia que abſq̄ʒ numero poſſent quotidie fieri quorum nunq̄ʒ eſſet finis ſi audiretur querela cuiuſlibet decepti ī q̄ntulocunq̄ʒ exceſſu vel defectu precij: ſed in foro cōſcientie non ſic: imo ius canonicuȝ illi in foro conſciētie imponeret penitētiaȝ et niſi deſiſtere vellet a talibus denegaret ei abſolutionem. quia decernit falſam eſſe talem penitentiā: vt patet de penitē.diſ.v. c.falſas. iniūgeret etiaȝ eidem reſtitutionē ſuꝑaccepti: iuxta regulam iuris. Peccatuȝ non dimittit᷑ niſi ablatuȝ reſtituatur. Dixi notanter ſm aliquos. quia alij dicūt de foro exteriori oppoſitum. de quo vide ſupra q̄ſtione.liiij.ꝯcluſione ꝓma.

Tertio arguitur. vnuſquiſq̄ʒ in re ſua eſt moderator ⁊ arbiter vt dicit ius ciuile in.l.in re mādata.C. mandati. igitur ſi res ē venditoris: poterit eius precium taxare ⁊ arbitrari ſm ꝙ placuerit. ergo etiam exigere ꝓcium ſic taxatū. Dicēdum tripliciter. Primo cōcedēdo antecedens ⁊ negando ꝯſequentiā ex duplici cauſa. Prima: quia in antecedēte dicitur moderator: ⁊ ille eſt nō qualiſcūq̄ʒ taxator. Nam ille qui taxaret rem ad exceſſiuū precium ſm ꝙ placet ſue cupiditati: non diceretur moderator: quia nō moderati precij ſed imoderati taxator. Unde deberet ſic inferri. igitur poterit precium rei taxare moderate arbitrando ipm̄. ⁊ hoc concedit᷑. ſed inferendo eſt moderator. igitur eſt taxator qualiſcunq̄ʒ: cōmittitur fallacia ꝯſequētis ab inferiori ad ſuꝑius cum diſtributiōe ſuperioris. Secūda cauſa: quia in antecedēte dicit᷑ eſt arbiter ⁊ infert᷑. ergo ē qualiſcūq̄ʒ arbiter. ⁊ ſic fallacia cōmittitur a nō diſtributo ad diſtributū. ſicut. ē animal. igit᷑ qualecūq̄ʒ animal. Unde ſi ī antecedēte diceret᷑: tm̄ arbiter. vel iudex: deberet itelligi iuſtus ⁊ nō iniquus. debet enī inniti eius iudicium non affectui cupiditatis ſed ſuꝑdict; manuductiuis. Sicut etiā ſimile ipſius antecedentis intelligitur ſcȝ cum dicit᷑. Unicuiq̄ʒ domino licituȝ eſt rei ſue dominari ⁊ ea vti. Nam verum ē ſi debite ei dominetur et ſm rectam rationem ea vtatur. Naȝ intereſt reipublice qualiter quiſq̄ʒ rebus ſuis vtatur. Alioquin liceret domino vti ancillis ſuis qualitercunq̄ʒ. ⁊ ſic abuti.

Secundo dicendū: conceſſo antecedēte: poſſet primū ꝯſequens concedi in caſu quo nondū expoſuit rem ſuam vendītōe tunc enī cuȝ non ſit ſibi venalis: poſſet intra ſe decernere ſi quis vellet a me habere oportere eum mihi dare tm̄. Non autē in

caſu quo iam eam expoſuiſſet venditioni. Nam tunc poteſt compelli vt debito precio vendat: vtputa iure ciuili compellitur vt non vltra dimidium iuſti precij vendat: ꝛ iure diuino ꝛ morali vel naturali ꝙ nullo exceſſiuo precio vendat ſcienter: etiam ſi exceſſus ſit citra dimidiuz iuſti ꝓcij. Sz hec ſecunda ſolutio non videtur valere niſi aliquid addatur: quia primū conſequēs non debet concedi etiam in caſu quo nondum mercem expoſuit venditioni niſi ipſe poſit allegare tātū īntereſſe qḋ equiualeat exceſſui. Nam tunc in caſu talis intereſſe etiam poſſet exigere illud precium poſtꝗ̄ ad inſtantiam emptoris expoſuiſſet eidez eam ad venditionem, put tactum fuit in fine prime concluſionis. ſecus de expoſitione facta motu proprio. Hac tamen additione facta valet hec ſecūda ſolutio. Et in mutuo eſt ſimile. Naz dabilis eſt caſus ī quo quis non tenetur mutuare proximo: attamen in illo caſu ſi vult mutuare debet mutuare nihil vltra ſortem exigendo: niſi allegare poſſit intereſſe aliquod. Similiter in caſu aliquo quis non tenetur celebrare: attamen ſi vult celebrare debet eſſe prius cōfeſſus ꝛ ieiunus. ꝛ ſic de alijs. Tertio dicitur ꝙ dato ꝙ primum ꝯſequens ſit verum non tamen ſequit̄ ſcd̄m cōſequens ex eo: quia in arbitrando vl' taxando nulli facit iniuſtum. ſed in exigendo eam attēptat facere iniuſticiam proximo et ſupergredi fratrē ſuum. Sed contra: quia etiam intra ſe arbitrando attemptat q̄ntuz in eo ē facere iniuſticiā proximo: lz nondū faciat in effectu ſed tm̄ attemptet ideo ſtandū eſt ꝑcedētibus ſolutionibus.

**Quarto** arguitur. Quilibet ē liber ad taxandum ꝓciū rei ſue. ꝛ conſequenter ad exigendū illud ſic ꝙ niſi emptor velit illud dare: poterit ſibi denegare venditionem. Sed nemo eſt liber ad illicite agendum. igitur non eſt licitum taxare mercem ad exceſſiuū preciū ꝛ conſequenter illud exigere. Maior probatur: quia niſi ſic: tunc non quilibet eſſet liber ad vendendum rem ſuam: imo cogeret aliquis eam vendere nolens: quia cogeret eaz vendere pro precio minori ꝗ̄ ſibi placeret conſequēs eſt falſum. Nam lex ciuilis decernit neminem compellendū ad vendendum rem ſuam neqꝫ quēqꝫ poſſe apponere precium rei aliene: vt patet in. l. dudū. C. de cōtrahenda emptione: ꝛ. l. nemo exter⁹. Dicendum maior eſt falſa: ꝛ ad probationem dicendum ꝙ non eſt indiſtincte veruz neminem poſſe compelli ad vendendum rem ſuam: neqꝫ eſt indiſtincte verum neminem poſſe apponere preciū rei aliene. Nā vtrunqꝫ fallit dupliciter. Primo quando quis expoſuit rem ſuam venditioni. ꝛ eſt illa res pertinens ad neceſſitatem vel ad vitam hominiſ. vt ſunt alimenta puta blada ꝛ huiuſmodi. Nam talis poſtꝗ̄ expoſuit venditioni poteſt compelli ad vendenduz pro precio iuſto. ꝛ ſuperior poteſt ſtatuere illud iuſtum precium. Nam intereſt ſuperioris ꝓuidere vtilitati ſubiectorū ꝛ reipublice. ff. de offic. ꝑſidis. l. j. vnde in. §. cura carnis. ff. ꝺ offi. prefecti vrbis. l. j. eſt caſus ꝙ ad prefectum vrbis ſpectat vt victualia iuſto precio vendantur. item in. l. annonā. ff. de extraordinarijſ criminib⁹. mandatur preſidibus prouinciarū vt ad hoc ſuis ſtatutis ꝛ ordinationibus laborent ꝙ ānona non oneretur: ꝛ quia certum eſt ānonaz augeri ſi ſuperiores non taxent precium rez venalium venditioni expoſitarum. igitur ad hoc tenentur. Item ex fine ꝓſidentie eorum patet. ideo enim preſides cōſtituūtur populis: quatenus per eorum preſidentiā ſcilicet prudentiam potentiam ꝛ iuſticiam populis ſibi ſubditis procurent neceſſaria ad vitam: pacem ꝛ honeſtatem. talia autez conſequi nō poſſunt niſi pro victualibus venditioni expoſitis iuſtum precium conſtituatur per ſuperiores. igitur hoc poſſūt imo debent in caſu quo irrationabiliter taxatur per venditores. ſed heu nōnunꝗ̄ ꝑmittunt pro arbitrio ꝛ cupiditate vendentium ꝛ ementium precia creſcere. ꝛ hoc ex ſua ſtulticia negligētia vl' ignauia. vel (qḋ peius eſt) quia muneribus corrupti vel ꝓprij cōmodi affectione ſeducti eo ꝙ et ipſi ſunt ſimul preſidentes et vendentes. Et ex hoc poteſt inferri ꝙ ex quo non ſolum alimenta ſunt neceſſaria homini: ſed etiam tegumēta. iuxta illud apoſtoli. Habētes alimenta ꝛ quibus tegamur his contenti ſumus. ſupple tanꝗ̄ neceſſarijs. ꝙ ergo etiaz

in pannis expoſitis vēditioni non ē quis liber ad vendendum quin cogatur vendere iuſto precio: et ꝙ ſuperioritas poteſt in eis ſtatuere iuſtum precium. Idem pōt dici de domibus locandis ſaltem vbi eſt neceſſitas talium domoꝝ propter inundationem alienigenarū in illa ciuitate volentium manere. ſicut fit in loco vbi cōfluunt prelati ad cōcilium ꝛ ſcholares ad ſtudium generale. In alijs vero mercibus que non ſunt ſic neceſſarie hominibus ſed magis ſunt ad pompam vel ornatum quēdam ſicut ſunt gemme non eſt opus ꝙ ſuperior ſtatuat certum precium nec eſt opꝰ venditores cogere ad hoc vt pro tali debito precio vendant. qꝛ emere volentes poſſunt eis carere. ideo non preiudicatur eis ſi venditores taxent ad magnum precium ꝛ ſic taxa precij ī illis relinquit arbitrio eorum. non tamen per hoc excuſatur venditor etiam talium rerum in foro anime ſi exceſſiuum precium taxet lȝ ſint merces non neceſſarie hominibus ꝛ etiaȝ lȝ citra dimidium iuſti precij ſit ille exceſſus. Secūdus caſus in quo fallit eſt quando etiam quis nondum expoſuit rem ſuam venditioni: attamen ſubeſt neceſſitas qua ceteri indigent huiuſmodi re ꝛ ipē exuberanter habet eam. tunc enim poteſt compelli ad vendendum: ꝛ etiam ad vendendum tanto precio quantum ſuperior ſtatuerit. ideo tempore cariſtie ꝛ famis illi qui habent blada quibus ipſi pro ſe et familia non indigent: poſſunt compelli ad vendendum alijs carentibus. ꝛ hoc precio etiam qđ rationabiliter decreuerint ſuperiores ciuitatis. Secus ſi nō ſubeſſet neceſſitas talis. ꝛ nec ipſi expoſuiſſent ea vēditioni. Ad preſides itaqȝ regionum ꝛ magiſtratus ciuitatum pertinet obuiare penurijs per illos modos quibus poſſunt. vtputa precium rationabiliter taxando: diuites vt ſuperflua vendant cōpellēdo: mercatores ad regiones abundantes mittendo: rerum vtilium aductores vndecunqȝ aduenerint admittēdo: abductores de ciuitate vel regione prohibendo. inutiles ꝛ ingurgitatores eijciēdo: ocioſos ad labores coercendo: publicos peccatores propter quorum peccata et blaſphemias nonnunqȝ a deo cariſtia immittitur exterminando. quorum penis placabitur altiſſimus ſicut ſuſpendio filiorum Saul placatꝰ fuit deus terre tempore famis que contigit tempore Dauid. ij. Regum. xxj. Debēt inſuper prouidere per penas ſufficientes ꝙ in mercibus non ſit ſophiſticatio nec corruptio: puta putrefactionis ne communitas inde mortem incurrat aut morbos nec in mēſuris ſit diminutio vel in ponderibus. Finaliter ergo patet ꝙ ſi quis expoſuit rem ſuam venditioni non eſt liber ad vendendum: ſic ꝙ niſi velint emptores precium exceſſiuum dare vt ſibi placet: ꝙ poſſit recuſare venditionē. imo cogi poteſt vendere pro iuſto precio ſi ille merces ſint tales que reſpiciunt vitam hominis. in alijs autem expoſitis venditioni lȝ ſit predicto modo ꝛ in foro exteriori liber ad vendendum. quia in foro exteriori non compellitur ad vendenduȝ qn poſſit recuſare venditioneȝ: non tamen in foro anime eſt ſic liber quin peccet attemptando ꝑ exceſſiuo vendere.

## Quarta concluſio.

venditor qui ſciēter ꝑ tenorem prime cōcluſionis recepit exceſſiuum precium: ſiue ſit ibi exceſſus vltra dimidium ſiue citra. et hoc ſiue in multo ſiue in modico: tenetur illū exceſſum reſtituere ſȝ differenter. Prima pars ꝓbatur. quia exceſſum ſiue magnus ſiue paruus ſit recepit ſub ratiōe precij vel partis precij. ꝛ tamen non dedit pro illo exceſſu mercem vel partem mercis. eo ꝙ tota merx quā dedit reſpicit reliquā partē precij pro qua dedit. ꝛ ſic ipſm exceſſum accepit ſine cauſa: ſine modo ꝛ ſine conditione. Naȝ emptor illum exceſſum aut dat in ratione precij aut in ratione doni. Si primum tunc non dedit niſi ſub conditione ſi venditor daret ſibi pro eo mercem. et ſub modo ſcilicet vt daret ſibi pro eo mercem ꝛ ex cauſa ſcilicet ꝙ venditor pro eo daturꝰ erat vt ſperabat mercem. Modo conditione non extante non tenet datio. et ſic nō eſt tranſlatum dominiū illius exceſſus in eū igitur tenetur reſtituere. Si autē vt donū dat non eſt tranſlatum dominium eius in venditorem: quia venditor per caſum non recepit illum exceſſum vt donum ſed vt ꝓ

cium vel partem precij. Donum autẽ non trãſfertur in dominium donatarij niſi donatarius conſentiat in donationez. Et notanter dicit concluſio ſi ſm tenorẽ prime concluſionis recipit ſcilicet vt preciũ. ſecus enim ſi exegit ipm exceſſum vt precium et poſtea recipiendo recipit vt donum: quia taliter ſibi donat emptor. Naz tunc nõ teneretur reſtituere. peccaſſet tñ exigendo. peccaret etiaz ſi recipiendo eẽt illius propoſiti: ꝙ etiam ſi emptor nõ donaret ſibi adhuc vellet recipere non tamẽ teneretur tũc reſtituere. Secũda pars probat: ponẽdo duas differẽtias. Prima quia ſi eſt vltra dimidium iuſti precij tenetur in vtroqꝫ foro ad alterum illoruz duorum ſcilicet aut reſcindere contractũ ſi placet emptori. aut ſi emptor vult ſtare tenetur ſibi reſtituere exceſſuz. Sz i alijs exceſſibus non ſic eſt. Nam in foro conſcientie tenetur ad alterum illorum duorum: non autez in foro exteriori. et de hoc quando ad primum ꝛ quando ad ſecundum teneatur dictum eſt ſupra queſtione liij. in prima cõcluſione. Quare autẽ ius etiaz pro exteriori foro prouidit decepto ſine dolo vltra dimidium iuſti precij: et non prouidit decepto citra ſaltem quando eſt ſine dolo deceptus: ſed tñ re ipſa huius diuerſitatis ratio eſt enormitas leſionis in primo caſu qualis non eſt in ſecundo. Secunda differentia. quia exceſſus citra medietatem iuſti precij eſt duplex: quia aut ẽ intra limites latitudinis aut vltra. Si ſecundum tunc tenetur indiſtincte reſtituere ita ꝙ illa tentio eſt neceſſitatis ſi eſt quid notabile ita ꝙ peccat mortaliter ſi non reſtituit. Si autem eſt non notabile: tenetur ſub culpa veniali ſic ꝙ ſi non reſtituit ſolum peccat venialiter: niſi excuſetur per hoc ꝙ huiuſmodi minutie ſunt innumere ꝛ non digne tanto labore quantum haberet facere vt ſingulis ſingule reſtituerentur: adeo ꝙ etiaz ipſi quibus eſſet reſtitutio facienda deberent conſentire in hoc ꝙ pro eoruz bono talia erogarẽtur pauperibus. quia illud vellent ſibi fieri ſi ipſi in ſimili caſu eſſent in hoc ꝙ dediſſent precium in aliquãtulo minus. ꝛ tunc poterũt ꝛ debebũt pauperibus erogare. ꝛ hoc pro illo a quo ſup acceptum eſt. Et ſi detur primum tunc nõ tenetur reſtituere ſaltem ſi ipſe venditor tempore venditionis ignorauit eſſe exceſſum indiuiſibilis equalitatis: ꝛ poſtea comperit eſſe exceſſum. Nam tunc emptor donauit ſibi tempore vẽditionis aut ſibi debuit donaſſe: quia illud vellet ſibi fieri ſi quo minus (infra tamẽ limites latitudinis) dediſſet in precio. Quicquid ſit de hoc ſi vẽditor a principio et tempore venditionis ſciuiſſet indiuiſibilẽ equalitatem ꝛ nihilominus ſuperuendidiſſet lꝫ infra limites latitudinis. Nam videri poſſet alicui ꝙ etiã teneretur reſtituere modo predicto ſcilicet ſub culpa mortali ſi fuiſſet quid notabile: vel ſub veniali ſi non notabile vt pri⁹. Ratio quia ex quo ſcienter ſuperuendidit non videtur dignus vt emptor ſibi illud donet quia nec emptor rationabili volũtate vellet illud ſibi fieri ſi quo minus dediſſet in precio ſcienter a principio emptionis. Et confirmatur: quia ratio cur contrahentes mutuo ſibi donare debent et remittere ſi ꝗ minus ſoluitur aut ſuperaccipitur: ẽ quia difficillimum eſt attingere indiuiſibilẽ equalentiam precij et mercis ſed vt communiter ignoratur. ergo cum in ſciente illam indiuiſibilem equiualentiam ceſſet illa ratio: ceſſabit etiam ratio cur emptor ſibi donare deberet. Sed de hoc in tractatu ꝺ reſtitutionibus latius videri habet. in preſenti enim tractatu principaliter tractãduz eſt quando contrahentes peccent contrahendo: non quando incurrant obligationem reſtitutionis.

## Quinta concluſio.

Quibus quattuor concurrentibus poſſit vẽditor etiam ſcienter recipere precium excedens valorem mercis in magno vł paruo tamen quodcunqꝫ horum defecerit nõ ſolum exactio eiuſdem vt precij cenſenda eſt ſibi fuiſſe illicita ſed etiaz receptio. Prima pars probatur. Nã ſi venditor exigat precium exceſſiuum ita ꝙ totum velit habere vt precium pro merce et emptor habeat quattuor ſequentes conditiões. Primo ꝙ ſit perſona ſagax atqꝫ ſciens valorẽ

mercis. Secundo ꝙ non ex mentis leui-
tate vera vel preſumpta det tãtũ preciũ. et
per hoc excluditur prodigalitas vl' inordi
nata affectio ad mercem in emente ex qua
aliquando contingit dare plus iuſto. Ter
tio ꝙ non ex neceſſitate vel artatione qua
indiget multum illa re det tãtũ preciũ: imo
liber. Quarto ꝙ illa tria conſtent vendito
ri de emptore probabili certitudine. Illis
igitur quattuor concurrentibus lꝫ vendi-
tor peccauerit exigẽdo tãtuꝫ quanto merx
eſt indigna: tamen ſi emptor illud dat: pre
ſumet venditor ⁊ poterit preſumere ꝙ em-
ptor illud quod eſt exceſſus in precio det
per modum doni liberalis liberaliter da-
ti ſine hoc ꝙ aliqua ratio inuoluntarij mi-
ſceatur illi dationi. eo ꝙ emptor ẽ peritus
non prodigus nec artatus. Modo vendi
tor potuiſſet donum taliter qualificatum
recepiſſe ab eo etiam ſi nihil ei vẽdidiſſet.
igitur etiam nũc poteſt recipere illud vt ta-
le. ⁊ etiam quia licitum eſt alicui procura-
re vtilitatem ſine iniuria alterius. ibi autẽ
cum dans ſciat et velit: non fit ei iniuria re
cipiẽdo ab eo. igitur. Et dico vt tale quia
non poſſet illud recipere vt partem precij:
cum nihil correſpondens ei dederit in ra-
tione mercis. Dico autem. preſumet et po
terit venditor preſumere ⁊c. quia ſi nec pre
ſumeret nec poſſet preſumere animum do
nandi in emptore nõ debet recipere: quia
exponit ſe periculo recipiendi alienum: et
ſi de facto preſumit contrarium eo ipſo pec
caret recipiendo alienum: ⁊ ſi preſumpſiſ-
ſet animum donandi in eo ⁊ poſtea depre-
henderet preſumptioni non ſubfuiſſe ve-
ritatem: deberet reſtituere ſuperacceptuꝫ.

Secunda pars ſcilicet quo ad exactio-
nem ꝙ fuerit ſibi illicita patuit concluſio-
ne prima. Tertia pars ſcilicet quo ad re
ceptionem probatur. Nam ſi prima defi-
cit puta quia emptor inexpertus ⁊ ſimpli
cianus exiſtens ignorat valorem mercis:
credens eam valere tantum quantum dat
⁊ vẽditor exegit: al's nullatenus tãtũ datu
rus: non erit illa datio voluntaria ſed mi-
xta cum inuoluntario: adeo ꝙ non eſt illa
datio ſufficiens ad faciendum recipienteꝫ
eſſe dominum illius exceſſus. quia datio
non facit aliquem dominum rei date niſi
dans cõſentiat. modo errans nõ conſen-
tit ſi ſic errat ꝙ nullatenus daret ſi nõ er-
raret. Et ad defectum illius prime cõditi
onis reducitur caſus vbi vẽditor rem q̃
vix valet vnum denarium exhibet ſcien-
ter pro quattuor et emptor dat tres dena
rios eo ꝙ vel veretur ei ſolum vnum de-
narium offerre vel duos. vel quia credit
non ſuperexhiberi vltra dimidium iuſti
precij ſed tm̃ in modico puta in vno de-
nario more venditorum. Si ſecunda
deficit: puta quia emptor ex ꝓdigalitate
dat: peccat venditor recipiendo: quia cõ-
municat emptori in vitio. non enim ſo-
lus prodigus peccat prodige expenden-
do. ſed etiam ille qui talia ab eo recipit:
quia efficacem cauſam dat damno proxi
mi: ⁊ cõmunicat proximo in peccato: con
ſentiens in vitioſam dationẽ dantis. Si
enim dare eſt prodigo illicitum: cur non
etiam ⁊ recipere ab eodem eſſet recipien
ti illicitum ſi in illaꝫ dationem conſentit.
Similiter etiam ſi inordinata affectione
daret. nam tunc ſicut dans eſt in vitio: ſic
etiam recipiens. imo talis dans habetur
pro ignorante: quia ignorat omnis ma-
lus. tertio ethicorum. lꝫ non ſit neceſſe ex
illa ignorantia procedere actum malum.

Si etiam tertia deficit: puta quia ar-
tatus fuit: peccat recipiendo. Tum ꝓmo
quia potius debebat illi ſuccurrere q̃ eũ
afflictum amplius affligere. Tum ſecun
do: quia recipit illud cuius dominum il-
lo modo habere nõ poteſt. Nec poteſt il
lud retinere. quia non transfertur domi-
nium eius in ipſum. quia datio talis eſt
non voluntaria ſed mixta ex inuolunta-
rio. coactio enim etiam conditionalis di
minuit rationem voluntarij. Si etiaꝫ q̃r
ta defecerit: puta quia dato ꝙ prime tres
adeſſent: attamen non conſtaret vendito
ri de eiſdem: peccaret recipiendo: quia ex
poneret ſe probabili vel equilibri pericu
lo accipiendi illud quod illicitum eſt ac-
cipere: quia non ẽ licitum accipere niſi cõ
ſtet de ꝑdictis conditionibus ſeu de om-
nino liberali datiõe. ⁊ maxime ex quo ex
egit exceſſum in ratione precij ⁊ non con
ſtat ei de predictis conditionibus em-
ptoris: potius habet preſumere qꝺ ſibi

detur exceſſus in ratiõe precij: ſicut ipſe exegit ꝙ̃ in ratiõe doni in qua ratiõe non exegit. Correlarium. Ex multum alleuiat venditorem ſi quã mercem vẽdit emptori experto et non artato neqꝫ prodigo: q2 nõ habebit leuiter timere ꝙ recepit ab eo exceſſiuum precium ex quo emptor eſt expertus non artatus ⁊ maxime ſi emptor emit vt reuendat: quia tunc emit vt lucret̃ ⁊ per cõſequens nõ nimis dat ne forte non poſſit lucrari.

## Queſtio. LVIII.

# Utrum illicituz ſit

emptori emere mercem pro precio deficiẽte a valore merc; ſiue ille defect⁹ ſit ſub dimidio iuſti ꝑcij ſiue citra. ⁊ ꝟ ſiue ſit magnus ſiue paruus Solutio queſtionis ſtat in duabus ſuppoſitionib⁊ quinqꝫ cõcluſionibus. Prima preciuz eſſe deficiens a valore mercis poteſt intelligi dupliciter Primo ꝙ deficiat ab eo ſm quid. ⁊ ille defectus ſit infra latitudinem iuſti precij et ſolum eſt defectus a preciſo valore mercis Alio modo ſimpliciter. et ille eſt defectus egrediens limites latitudinis iuſti precij. Hec poſſunt intelligi ex dictis in ſimili in pma ſuppoſitione precedentis q̃ſtionis ⁊ ex dictis ibidem poſſet etiam defectus ſm quid dictus ſubdiuidi ſm tres gradus.

Secunda ſuppoſitio. defectus ſimpliciter dictus poteſt eſſe duplex: quia aut eſt ſub dimidio iuſti precij aut citra. ⁊ illa diſtinctio etiam patet ex dictis in ſecũda ſuppoſitione eiuſdẽ q̃ſtionis. Et ꝙ̃uis ex ibidem dictis cõcluſionibus poſſent cõcluſiones hic ponende d emptore ſimili modo imaginari: tamen ꝑ celeriori intellectu ponentur hic ⁊ declarabunt̃ in ꝓprijs terminis aliquib⁹ omiſſis q̃ ex ꝑcedenti q̃ſtione ſatis haberi poſſunt.

Prima cõcluſio. emptori illicitũ eſt emendo mercem velle dare pro merce precium qd ipſe credit probabiliter vel deberet credere ſimpliciter vl̃ ſm qd deficere a valore merc;. in illo loco ⁊ tempore quo paratus ẽ eam emere. Hec concluſio probatur illis duabus ꝑmis ꝓbationibus quibus prima concluſio ꝑcedentis q̃ſtionis eſt probata. ⁊ etiam declaratur per ſingulas ſex clauſulas ꝓportionabiliter ſicut prima fuit de venditore declarata ⁊ quattuor prime clauſule ſatis patere poſſunt ex dictis ibidem. Exemplum de quinta ⁊ ſexta clauſula ſcꝫ in illo loco ⁊ in illo tẽpore. Nam ſi aliquis non eſt empturus illam mercem hoc loco nec hoc tẽpore. ſed dilaturus emptionem donec ad alium locuz vl̃ aliud tempus venerit vbi ⁊ in quo ſperat tali leui vel deficienti: imo leuiori precio ſe empturũ. ⁊ tamen inducit̃ per inſtantiam venditoris vt in hoc tẽpore ⁊ loco emat ab eo etiam pro illo deficiẽti ꝑcio qd curret ĩ illo alio loco ⁊ tempore non peccat contra iuſticiaz cõmutatiuã et de ſcholaſtico rigore loquendo ſi det ꝑciũ aliquãtulum deficiẽs. quia lꝫ illud ꝑcium ſit hoc in loco et tempore deficiens: non tamen eſt deficiens pro loco et tempore pro quo deſtinauerat emptor ſe empturum illam vel conſimilem mercem: ⁊ cum in illo alio loco ⁊ tẽpore veriſimiliter pro illo deficienti: imo minori illo deficiẽti ꝑcio emiſſet: ⁊ tamen venditor hoc in loco ⁊ tempore inducit eum ad emẽdum: ſi ſibi ſolueret precium hic ⁊ nunc currens: emptor damnificaret̃ per inſtantiam vẽditoris. hoc autem damnuz venditor deberet emptori refundere tãtum quantũ eſt: et per cõſequẽs debet tanto minus recipere in quãto ꝑ minori potuiſſet emptor alibi ⁊ ĩ alio tempore emiſſe: deducta dubietate negocij Et dico ĩmo leuiori: quia ſi ſolũ tam leui precio et nõ leuiori poſſet alibi ⁊ in alio tempore emere: non tamen leuiori nõ liceret ſibi ꝑ caſe illud leue hic velle dare. quia ſi iret ad alium locum: facere haberet labores ⁊ expẽſas ⁊ etiam ſibi ſubeſſet dubietas an ne tam leui precio poſſet obtinere. Hec autez omnia deberent facere hic ⁊ in hoc tempore aſcenſum in precio vt ſcilicet potius hic nõ ita leue ſed maius deberet dare. ſecus autem ſi ſm exigentiam illorum laborum ⁊ expenſarum ꝓportionabiliter etiam tanto leuiori precio alibi ⁊ in alio tẽpore eſſet obtenturus illã mercem ita ꝙ in conſcientia ſua eque vel magis vellet nũc et ꝟ loco omittere emptõez ꝑ illo ꝑcio. ſic eã facere ꝑ tali. Nã nũc excuſaret̃. Et ĩtelligit̃ ille caſus niſi neceſſitas q̃ vẽditor ꝑmit vt ĩducat emptorẽ ad emendũ: ſit tãta ꝙ emptor

tantū intereſſe deberet pati vt iuuaret ven
ditorem quātū eſt itereſſe q̄d patiꝛ ex hoc
ꝙ i iſto loco et tēpore emit. Et huic adijci
poteſt alius caſus ſimilis ſcȝ ꝙ ſicut dicitꝛ
de eo qui non eſt hoc loco et tempore em-
pturus ſed alio: ita dicendū de eo qui nul-
latenꝰ deſtinauerat tale q̄d emere puta nec
hoc loco ꝛ tēpore nec alio: ꝛ tamē inducitꝛ
per vēditorē vt ab eo tale quid emat: ita ꝙ
rogatus vt emat mallet ſimpliciter eē ſup
portatꝰ ab emptiōe etiā pro illo deficiente
ꝓcio: q̄ȝ ꝙ emeret ꝓ illo. vt puta quia i nul
lo indiget illa merce nec vult nec intēdit
eam diſtrahere ad lucrū. Attamē quia ro-
gatur ꝑ alium. ideo emit partim ex pietate
motus ad ſuccurrendū proximo q̄ indiget
numiſmate ꝛ optat carere merce. et tamen
quia emendo grauatꝛ in hoc ꝙ debet ſubi-
re emptionē ſibi ſimpliciter nolitam: vult
pro huiuſmodi grauaminis tāq̄ȝ cuiuſdaȝ
intereſſe refuſione dare tanto minꝰ quātū
eſt illud grauamē. Caueat autē emptor ne
illud minꝰ q̄d vult ſubtrahi de precio ꝛ ſi-
bi retinere: nō adequetꝛ ꝑuamini q̄d ſubit
Hoc autē ſcȝ an adequetꝛ ei patere poteſt
ex eo ſi ſcȝ emptor eſſet indifferens tam ad
omittendū emptionē etiam pro illo defici-
enti precio q̄ȝ ad faciendū eam. hoc enī eſt
ſignū ꝙ illud ſubtrahēdū non excedit ſuū
grauamē. ſed ad omne maximū ei tātū ad-
equetur. ꝛ ſic non eſt in lucro. ꝛ multo ma
gis ſi magis vellet ꝙ ſupportatus eſſet ab
emptione etiā ꝓ illo precio q̄ȝ ꝙ eā faciat.
ſecus autē ſi potius vellet illud grauamen
ſubire ꝛ dare deficiens preciū q̄ȝ omnino
omittere emptionē. ſicut contingere poſſet
quādo ille emptor intenderet ꝛ ſciret mox
illud vendere pro maiori. ꝛ ſic lucrari cuiꝰ
lucri cauſa potius vult facere emptionem
q̄ȝ omittere. Unde in tali caſu ſi ſine graua
mine mox poſſet reuēdere pro maiori vbi
venditor non ſic poterat: conſulo ꝙ det ei
maius ꝓcium ꝛ non illud deficiens. aut re
mittat eum ad illū qui pro maiori emeret.
Et debet ille caſus adiectus intelligi etiaȝ
niſi ſit tanta neceſſitas in vēditore ꝛc. vt di
ctum eſt in priori caſu. Quāuis ille caſus
adiectus ſic veſtitus ſit de rigore iuſticie ꝛ
ſcḋm limam ſcholaſticā licitus. ꝛ q̄ntum eſt
de iuſticia cōmutatiua non dānādus q̄c-
q̄d ſit de malicia quā de ꝑaccidēs hr̄e pōt

ꝓpt̄ ſpeciē mali vel hmōi. Patet p̄mo a ſili
de priori caſu. Secūdo a ſili de vēdito-
re qui omnino deſtinauerat ſe nō vēditu-
rum rem ſuam qui tamē inducitꝛ ꝑ empto-
rem vt ſibi vendat cui vendit pro plurī q̄ȝ
nunc vel hoc loco ꝛ tēpore vel alio vende-
tur. qui caſus fuit tactus in q̄ſtione. lvj. cō
cluſione tertia in. xij. manuductiuo. Ter-
tio a ſimili de mutuante cui licet recipe ali
quid vltra ſortē nomine pene cōuentiona-
lis ꝛ tamē hoc non eſt niſi ratiōe grauami
nis quo grauatꝛ mutuans nō habēdo ſor-
tem in termino prefixo ita ꝙ mallet ſortem
tunc habere ꝛ carere pena q̄ȝ ecōtra. igitur
eadem ratione licebit emptori in ꝓpoſito
caſu minus dare ꝓ merce. Quarto pba
tur. vēditor cui res eſt cara ꝛ non venalis
ꝛ tamen inducitꝛ per inſtantiam emptoris
ad vendendū ei: poteſt rem vendere aſcen-
dendo vltra ſolitum in precio ꝓpter affecti
onem ad rem: cur ergo emptor cui res nō
eſt in animo vt emat: non poſſet deſcende-
re in precio ſcḋm diſplicentiā quā habet ad
eā: quā tamen venditor vult ſibi imponere
vt emat. Quinto. quia ſi venditor vult
habere numiſma. ꝛ ideo inducit emptoreȝ
ad emendū qui omnino non deſtinauerat
tale quid emere. aut igitꝛ vēditor poteſt ali-
quem aliū inuenire qui daret ſibi precium
maiꝰ q̄ȝ poſſit ab illo habere. aut nō. Non
poteſt dici primū. quia tunc non eſt veriſi
mile ꝙ daret illi pro minori niſi vellet illi
aliquid donare de q̄ntitate precij debiti: ꝛ
tunc cenſetur emptor non emere niſi cū pa
cto ꝙ ſibi remittatꝛ liberaliter vel donetur
pars precij debiti: vl̄ ſaltem ſi non velit eē
donatariꝰ emptoris: vult illud ſibi ſubtra
hi ratione grauaminis q̄d ſubit in emēdo.
Si ſcḋm igitꝛ illud preciū non eſt deficiēs
ſed debitum: quia res non valet plus q̄ȝ tā
tū ꝓ quāto poſſunt inueniri q̄ eā emāt.

Circa hanc igitur concluſionē No
ta ꝙ emens iuxta tenorē p̄me
cōcluſionis eo grauiꝰ peccat quo vēditorē
maiori neceſſitate ꝓſſus ad vēdēdū rē ſuaȝ
ꝛ habēdū ꝓciū. q: talis crudelꝛ agit circa
preſſū: ſcȝ ampliꝰ ꝓmēdo ꝛ affligendo affli
ctū. Et eodē modo dic ō vēdente ꝓ ma-
iori iuxta tenorem p̄me cōcluſionis prece-
dentis queſtionis: quia etiā eo grauiꝰ pec
cat q̄ emens eſt maiori neceſſitate preſſus

ad emendum illam rem. Adhuc autē lō
ge grauius peccat qui in fraudem vſurarū
cōmittet talem venditionem ꝑ me concluſio
nis ꝓcedentis queſtionis ꝛ talem emptio
nem prime concluſionis ꝓſentis q̄ſtionis.
Naꝫ talis tripliciter peccat quia cōmittit
tam venditionem q̄ꝫ emptionem iniquas
ꝛ cum hoc vſuram mentaleꝫ capiendo mē
talem vſuram ꝓut diſtinguitur cōtra effe
ctualem ſcꝫ pro ipſo ꝓpoſito ꝛ ꝑparatiōe eā
cōmittendi. Talis autē eſt ille qui cū roga
tur ab indigēte vt ſibi mutuet decē floreñ.
dicit: decē floreñ. non mutuabo: ſed mercē
quādaꝫ habeo quā tibi pro decē dabo: ꝛ ſi
non indigeas ea: poteris eam vēdere. ꝛ ſic
acquirere pecuniam optatā. ꝛ ſtat q̄ merx
non valet niſi nouē: ꝛ venditione facta idē
dines dic. Ex quo nōdū habes optatā pe
cuniam: ego a te emam illam mercē ſed ne
quaq̄ꝫ pro decē: quia nō indigeo ſed tm̄ ꝓ
octo. ꝛ ad hunc contractū ideo diuertit: q꞉
libenter mutuaſſet octo floreñ. (vt petijt) ꝛ
hoc pro vſura duoꝝ floreñ. vel triū. ſed q꞉
non audebat timore ſeculi hunc contractū
amplecti. ideo diuertit ad alium cōtractuꝫ
quo tantundē habebit. ſicut ſi ad vſurā ſi
bi mutuaſſet octo floreñ. Nam cuꝫ primo
p decem floreñ. vel. dit mercem: nō niſi no
uem valentē: lucrat᷑ vnū floreñ. ꝛ cū poſt
ea redimit eandē pro octo que valet nouē
iterū lucratur vnū. ꝛ ſic duos floreñ. lucra
tur. talis inq̄ꝫ inique vendidit et iniq̄ emit
ꝛ paratus fuiſſet actuali ꝑparatione men
tis ad vſuram mutuare ergo tripliciter pec
cauit. Si auteꝫ quis nullatenus vellet
mutuare ad vſuram cuiq̄ꝫ nec etiam illi pe
tenti mutuū vellet mutuare ſiue gratis ſiue
non gratis eo q̄ non adeſſet caſus in quo
vllo modo teneret᷑ ei mutuare: attamē pa
ratus eſſet ſibi quid vendere pro iuſto pre
cio: ꝛ hoc faceret quaten⁹ ſaltem emptor ꝑ
illam mercē reuendendaꝫ acquireret pecu
niam: nec hoc faceret illa intentione vt ſibi
ſibi reuenderet: imo nihil de hoc cogitaret
nec illud eum moueret ad vendendū ei il
lam mercem: imo ſtaret q̄ nō optaret illaꝫ
mercem redimere ꝛ tamen ideꝫ emptor nō
niſi illi vēditori vellet reuendere q̄ tamen
nollet ſibi dare tantū quāti ei vendiderat
eo q̄ non indiget ea: tunc talis redimens ſi
redimendo agit ſm tenorem illi⁹ prime cō
cluſionis peccabit. ſi autem nō agit ſm te
norem illius ꝑme cōcluſionis tunc q̄uis
ī aliquo certo caſu circūſtātionato eo mo
do qui expreſſus eſt in clauſulis concluſio
nis: de rigore cōtractus ille forte poſſet ex
cuſari tanq̄ꝫ in ſe non iniuſtus: tamē habe
bit ſpeciem mali ꝛ actorem infamare ꝛ ali
os ſcandalizare natus eſt. ideo omittēdus
eſt tanq̄ꝫ latibulū vſurariorū ꝛ infamatiu⁹
ſui actoris.

Secūda concluſio. prima cōclu
ſio iam de emptore formata: eſſet etiā vera
ſi emptor equilibri dūmodo dubitet ꝑciū
deficere a valore mercis. Probat᷑: q꞉ ſi ē in
tali dubio ꝛ nihilomin⁹ contendit vel co
natur dare illō preciū: exponit ſe equilibri
periculo violandi iuſticiam cōmutatiuaꝫ.
hoc autem eſt illicitū ſicut ꝛ exponere ſe ſi
ne equilibri ſiue ꝓbabili ꝑiculo peccati ē
pctm̄. Et idō cū ē ī tali dubio recurrat ad
manuductiua quibꝫ rationabiliter mouea
tur ad cognoſcendū qd̄ ſit competens pre
ciū: que ſi inueniri non poteſt: aut omittat
emptionem aut det maius illo deficiēti ꝑ
cio qd̄ contendebat dare de quo maiori ſit
ei probabilis credulitas q̄ ſit competens
Aut ſi hoc non velit facere: tunc in emēdo
ponat ſe ad arbitrium venditoris dicēdo.
taxetis vos ipſe qd̄ dignū fuerit ꝛ illud da
bo: ꝛ tunc poterit illud dare: dūmodo ven
ditor ſit vir expertus non artatus nec inor
dinata affectione precij ꝛ diſplicētia mercꝫ
agitatus ꝛ emptori cōſtet de illis ꝯditioni
bus vēditoris. ꝛ dūmodo etiā emptor nō
fecerit talē oblationē venditori: ex qua oc
caſionē dederit vēditori ad petendū min⁹
iuſto: eo q̄ ducit᷑ verecundia vel errore vt
non audeat plus petere eo q̄ tā vile q̄d ſi
bi emptor obtulit. Si aūt vēditor non ha
beret illas ꝯditiōes vel nō ꝯſtaret empto
ri de eiſdē non liceret ſibi exiſtēti in dubio
eq̄libri ponere ꝑcium ad arbitriū vendito
ris. ſed poti⁹ debet omittere emptiōeꝫ aut
dare ꝑciū qd̄ credit ꝓbabiliter eē cōpetēs.

Tertia cōcluſio. prima cōcluſio ē
vera ſiue illud ꝑciū ſic de
ficiat a valore q̄ ſit ſub dimidio iuſti ꝑcij
ſiue citra. ꝛ ſi citra: ſiue in multo ſiue ī pau
co. Probat᷑ ꝓportionabiliter ſicut ꝓbata ē
tertia concluſio ꝓcedentis q̄ſtionis. Et ex
illa etiā poteſt inferri correlariū contra de

as opiniones ibidem poſitas:que ſicut er
ronee ſenſerunt de vendente exigente ꝓciū
exceſſiuū. dicendo ꝙ illud ſibi liceret quā
do exceſſus non eſt vltra dimidiū iuſti ꝓ
cij ſed citra:etiā ſi in multo (vel vt ſecūda
opinio dixit) dūmodo in modico:ſic etiā
ſenſiſſent ꝓportionabiliter de emptore qui
ꝓcium deficiens dat:dicēdo ꝙ illud ſibi li-
ceret ſi defectus nō eſt ſub dimidio iuſti ꝓ
cij:etiā ſi ī multo ſit ille defect⁹ vel (vt ſcd́i
dicerent) dūmodo ſit ī modico. Et ſicut ar
gumenta ſunt facta ꝓ illis opinionib⁹ fal
ſis de venditore ⁊ ſoluta:ſic ſi cōſimilia ap
plicent ꝓportionabiliter ad emptorē:etiā
ſoluerent ꝓportionabiliter.

**Quarta** concluſio emptor q̄ ſciē
ter ſcḋm tenorem ꝓme cō
cluſionis dedit ꝓ merce ꝓcium deficiens a
valore mercis:ſiue ille defectus ſit ſub di-
midio iuſti precij ſiue citra. ⁊ h̄ ſiue in mul
to ſiue in pauco:tenet̄ ſupplere defectū vel
reſtituere partem mercis ſed differenter.

Prima pars ꝓbatur:qꝛ ſi ſcḋm tenorē pri
me cōcluſionis dedit ꝓcium deficiēs a va
lore mercis:tūc accipit aliq̄d mercꝭ ſub ra-
tione mercis:ꝓ quo nihil dedit eo ꝙ totū
ꝓciū ſolū reſpicit reliquum mercis. Signe
tur igit̄ illud acceptū ꝓ quo nihil dat:eo
ꝙ ad id non attingit aliqua pars precij:et
ſit B. arguitur ſic:recepit B ex cauſa ſub
modo ⁊ ſub ꝯditione non extantib⁹. Nam
venditor dat ſibi B vel in ratione mercis
vel in rōne doni. Si primū:tūc venditor
non dedit ſibi B niſi ſub conditione ſcꝫ ſi
emptor daret ſibi ꝓciū ꝓ B. ⁊ ex cauſa ſcꝫ
quia emptor dare debebat ſibi ꝓcium pro
B ⁊ ſub modo ſcꝫ vt emptor daret ſibi pro
B ꝓcium:modo cōditione ſub qua datur
res non extante nō tenet datio nec trāſfert̄
dominiū rei date in accipientē. et ſic tenet̄
accipiens reſtituere vel ſupplere ꝯditionē
ſub qua data eſt. Si aūt B vt donū datū
eſt:non eſt tranſlatū dominiū ipſius B in
emptorem:qꝛ emptor ꝑ caſū non recepit
ipm̄ B vt donū:ſed vt mercē vel partem
mercis. donū aūt nō tranſfert̄ in dominiū
donatarij niſi donatari⁹ conſentiat in do-
nationem ⁊ velit datum habere vt donū.

Et notāter dicit cōcluſio ſi ſcḋm tenorem
ꝓme cōcluſionis dedit ꝓcium ⁊c. ſec⁹ autē
ſi a ꝓncipio voluit vt̄ conabat̄ recipe ipm̄
B vt mercē ⁊ tm̄ poſtea in recipiēdo B re-
cepit ipm̄ vt donū ⁊ defectū vt ſibi remiſ
ſum liberaliter a venditore: eo ꝙ venditor
ſibi B liberaliter donat vel liberaliter re-
mittit defectū precij. Nam tūc nō teneret̄
ſupplere defectum nec reſtituere B lꝫ pec-
caſſet conando dare ꝓcium deficiens pro
ta merce in ratione mercis:peccaret etiam
ſi recipiendo ipm̄ B:eſſet talis ꝓpoſiti ꝙ ſi
venditor etiā ſibi nō donaret B nec remit
teret defectū precij:nihilomin⁹ vellet B re
tinere ⁊ nō ſupplere:non tm̄ teneret̄ q̄d re-
ſtituere ſuppoſita liberali donatiōe B vel
remiſſione liberali defect⁹. Secūda ps
ꝓbatur ponēdo duas differētias. Prima
quia ſi defectus eſt ſub dimidio iuſti precij
emptor tenebit̄ in vtroqꝫ foro ad alteꝝ illo
rum duoꝝ ſcꝫ aut reſcindere contractum ſi
placet venditori:aut ſi placet vēditori con
tractū manere:tenet̄ ſupplere defectū. ſꝫ in
alijs exceſſib⁹ non ſic eſt. Nā in ſolo foro
cōſcientie nō in foro exteriori tenet̄ ad alte
rum illoꝝ duoꝝ. ſed d̄ hoc quādo ad ꝓmū
⁊ quādo ad ſcd́m teneat̄:dictū eſt ſupra q̄-
ſtione. lv. cōcluſione ꝓma. Scḋa diffe-
rentia. qꝛ defectus modic⁹ eſt duplex. quia
aut ē intra limites latitudinis: aut ſub eis
ſeu extra eos. ſi ſcḋo:tunc tenet̄ indiſtincte
ſupplere ita ꝙ illa tentio ē neceſſitatis:ſi ē
notabilis ita ꝙ peccat mortaliter ſi nō ſup
plet. ſi aūt eſt nō notabilis:tenet̄ ſub venia
li culpa:ſic ꝙ ſi non ſupplet:peccat veniali
ter:niſi excuſet̄ ꝑ hoc ꝙ minutie taliū defe
ctuū ſunt īnumere ⁊ non digne tāto labo-
re quātū haberet facere:vt ſingule ſinglis
ſupplerent̄. ita ꝙ etiā venditores deberent
mēt ſcḋm rectā rōnē conſentire ꝙ tales ero-
garent̄ eorū noīe pauperib⁹:qꝛ rationabili
ter illud vellent ſibi fieri ſi ipi in ſimili ca-
ſu vendendo ſupaccepiſſent in aliquāula
minutia. Si detur primū:tūc ſi emptor tē
pore emptionis ignorauit ſe in ꝓcio defe-
ciſſe ab indiuiſibili equalitate valoris:tūc
non tenet̄ ſupplere etiā ſi poſtea cōperiat
illū defectum. qꝛ tunc venditor donauit ſi
bi B vel remiſit illam partem deficientem
vel ſaltē ſibi debuit donaſſe ⁊ remiſiſſe. ſe-
cus forte ſi a ꝓncipio contract⁹ ſciuiſſet il
lum defectū. ⁊ deduc hec ſicut in ſimili de
ductum eſt in concluſione quarta preceden
tis queſtionis.

**Quinta** concluſio. q̃ʒuis q̃ttuoꝛ concurrentibꝰ poſſit ſana ↄſcientia emptoꝛ etiam ſcienter dare p̃cium deficiens a valoꝛe mercis in magno vel in paruo: tñ quodcũqꝫ hoꝝũ defecerit: non ſolũ p̃tenſa oblatio eiuſdem vt precij ſufficientis cenſenda ẽ ſibi fuiſſe illicita: ſʒ etiam datio precij ⁊ receptio totꝰ mercis. Prima ps ꝓbatur. Naʒ ſi emptoꝛ offerat preciũ deficiens ſic ꝙ velit totã mercẽ habere in ratione mercis ſolute: ⁊ vẽditoꝛ habeat illas q̃ttuoꝛ cõditiones ſcʒ ꝙ ſit ꝑſona ſagax ⁊ ſciens valoꝛẽ mercis. Scd̃o ꝙ nõ ex mentis leuitate vera vel ꝓ̃ſũpta det tantã mercem ꝑ tam deficienti p̃cio. et per hoc excludit̃ ꝓdigalitas vel inoꝛdinata affectio in venditoꝛe ad preciũ et inoꝛdinata diſplicẽtia ad mercẽ: ex qua inoꝛdinatiõe cõtingit aliq̃ñ dare mercẽ ꝑ minus iuſto. Tertio ꝙ venditoꝛ nõ artatiõe vel neceſſitate qua valde indiget p̃cio: det tantã mercem ꝑ tam vili p̃cio: imo libere. Quarto ꝙ illa tria ↄſtent emptoꝛi de venditoꝛe ꝓbabili certitudine. Illis itaqꝫ quattuoꝛ ↄcurrentibꝰ lʒ emptoꝛ peccauerit offerẽdo a p̃ncipio tam deficiens p̃cium qd̃ indignum eſt tãta merce: tñ ſi venditoꝛ ſic cõditionatꝰ (vt dictũ eſt) nihilominꝰ dedit eaʒ rem emptoꝛi: ꝓ̃ſumet emptoꝛ ⁊ poterit ꝓ̃ſumere ꝙ venditoꝛ ipm̃ ꝟ ſibi liberalit̃ donet: ⁊ liberaliter remittat defectum precij ſine hoc ꝙ aliq̃ ratio inuoluntarij miſceat̃ illi dationi. Modo emptoꝛ potuiſſet donũ taliter q̃lificatũ recepiſſe a vẽditoꝛe: etiam ſi nihil ab eo emiſſet. igit̃ etiã nũc poteſt recipe illud vt tale. Et dico vt tale: quia nõ poſſet ipm̃ ꝟ recipe vt mercẽ: cũ nihil coꝛreſpõdens ei vt p̃cium dederit. Dico aũt ꝓ̃ſumet ⁊ poterit emptoꝛ ꝓ̃ſumere ⁊c. qꝛ ſi nec ꝓ̃ſumeret nec poſſet ꝓ̃ſumere in venditoꝛe animũ donãdi ſibi ꝟ: vel remittendi ſibi defectũ: non debet recipe ꝟ vel dare taliter deficiens p̃ciũ. qꝛ exponeret ſe periculo recipiẽdi alienũ. ⁊ ſi de facto ꝓ̃ſumit cõtrariũ: eoipo peccat recipiendo alienuʒ ſcʒ ꝟ: ⁊ ſi ꝓ̃ſumpſiſſet animũ donandi in eo: et poſtea depꝛehenderet ꝓ̃ſumptioni ſue nõ ſubfuiſſe veritatẽ: deberet ſupplere defectum p̃cij vel reſtituere ꝟ. Scd̃a ꝓo ps ſcʒ ꝙ oblatio fuerit ſibi illicita patuit concluſione p̃ma. Tertia ꝓo ps ſcʒ ꝙ receptio ſit ſibi illicita ſi defecerit aliqd̃ illoꝝʒ q̃ttuoꝛ ꝓbatur. Naʒ ſi p̃mũ deficit puta qꝛ venditoꝛ eſt ſimplicianꝰ ⁊ inexpertꝰ credẽs mercẽ nõ plus valere q̃ʒ det emptoꝛ: ita ꝙ aliãs nullatenus daret ꝑ tam leui p̃cio: non erit illa datio mercis pure volũtaria ſʒ mixta ex inuolũtario: adeo ꝙ non ẽ illa datio ſufficiẽs ad faciẽdũ emptoꝛẽ eſſe dominuʒ totꝰ mercis ⁊ ſignanter ipiꝰ ꝟ: qꝛ datio nõ facit quẽ dominũ rei ſibi date: niſi dãs ↄſentiat. Modo errans non cõſentit ſi ſit talis erroꝛ ꝙ nullatenꝰ daret ſi non erraret Et ad defectũ illiꝰ p̃me ↄditionis reducitur caſus vbi emptoꝛ ꝑ re que bene valet q̃ttuoꝛ: offert tñ vnum et venditoꝛ dat ꝑ duobꝰ: eo ꝙ vel veret̃ exigere q̃ttuoꝛ ab eo q̃ ſibi ſoluʒ vnum obtulit: vel qꝛ credit emptoꝛem non offerre p̃ciũ deficiens ſub dimidio iuſti p̃cij. ſed tñ in modico puta ĩ vno denario moꝛe emptoꝝũ. Si ſecũda deficit puta qꝛ vẽditoꝛ ex ꝓdigalitate dat: peccat emptoꝛ recipiẽdo: qꝛ cõmunicat vẽditoꝛi in vitio. non enĩ ſolus pꝛodigus peccat ꝓdige expendendo: ſed etiaʒ ille q̃ talia ab eo recipit. Et idem iudiciũ eſt ſi venditoꝛ det ex inoꝛdinata affectiõe ad p̃cium vl̃ ex inoꝛdinata diſplicẽtia ad mercẽ pꝛo illo p̃cio diminuto. An aũt tũc emptoꝛ teneat̃ ſupplere defectum vl̃ reſtituere ꝟ: videãũ eſt in tractatu de reſtitutionibꝰ. Si etiã tertia deficit: puta qꝛ artatꝰ fuit: peccat ſic deficiens p̃cium dando et recipiendo ꝟ. pꝛimo qꝛ potius deberet ſuccurrere vẽditoꝛi q̃ʒ eũ afflictũ amplius affligere. ſecundo qꝛ recepit illd̃ cuiꝰ dominiuʒ illo modo nec habere nec ipm̃ retinere põt. quia non transfert̃ dominiũ eiꝰ in ipm̃ ꝑ dationeʒ ſic mixtã ex inuolũtario. coactio enĩ etiã ↄditionalis diminuit de rõne voluntarij. Si etiã q̃rta deficit: puta qꝛ dato ꝙ tria p̃ma adeſſent: attamẽ illa nõ cõſtarent emptoꝛi de venditoꝛe: peccaret dando deficiẽs pꝛecium. qꝛ exponeret ſe ꝓbabili vel equilibꝛi periculo accipiẽdi vel dandi id qd̃ eſt illicitũ accipe vel dare. qꝛ non eſt licituʒ accipere ꝟ vel dare deficiẽs p̃cium: niſi cõſtet de p̃dictis conditionibꝰ venditoꝛis: ſeu de omnino liberali donatiõe ꝟ ⁊ remiſſione defectus: ⁊ maxime ex quo emptoꝛ obtulerat tale deficiẽs p̃cium. ideo ſi non conſtet emptoꝛi de p̃dictis ↄditionibꝰ venditoꝛis:

potius habebit pſumere q̧ ſibi detur B i ratione mercis ꝛ nõ i rõne doni: ſicut ipſe obtulit pcium p tota merce (cuiꝰ B eſt gꝛa) ſub rõne mercis. Et circa pmaȝ partem cõcluſionis nota q̧ ſtantibꝰ q̃tuoꝛ illis de q̄bus dictũ eſt in pma parte venditoꝛ etiã in foro exteriori eſt tutus. Unde nõ dabit venditoꝛi actio ↄtra emptorem: qꝛ ſi quis donationis cauſa vẽdit p modico precio: nõ audit volens venire ↄtra ſuam voluntatẽ: vt tãgit Panoꝛ. in. c. cũ cauſa. de emp. ꝛ ven. ꝛ ibideȝ dic e cõtra in caſu ſimili q̄nte ↄcluſionis pcedentis q̃ſtionis. Nota tñ q̧ etiam cõcurrentibꝰ illis q̃tuoꝛ fallit illa ps in caſu quo platus eccleſie eſſet ille q̄ ſic viliter vẽderet mercẽ aut alius qui facta alteriꝰ pcuraret vt tutoꝛ vel curatoꝛ pupilli vel minoris, qꝛ ab illo etiaȝ ſi ſciat verum pcium: nõ licet ſic viliter emere, quia nec illi licuit ſic viliter vendere.

# Correlariũ

Multũ alleuiat emptorẽ ſi quam mercẽ emit ab experto vẽditore: qꝛ pſumitur q̧ ex quo expertus eſt nec artatus q̧ nõ ei vendidiſſet p illo precio niſi fuiſſet ſibi viſũ condignũ. Unde ſi emptoꝛ inexpertus vadat ad iſtitores ꝛ mercatores publicos non ẽ ſibi multũ periculũ ſi modicũ pciaȝ exhibet p merce: dũmodo emptoꝛ ignoret valorẽ mercis: neſciens an pcium id ſit deficiens vel equalens, ſed hoc dũtaxat faciat vt reſpõſione vẽditoris addiſcat debitũ valorẽ ꝛ debitũ pcium: eo q̧ vẽditores exhibent rem pmo p magno quã tamẽ ſolẽt finaliter vẽdere p minori ꝛ aliqui etiaȝ ita ſuperexhibent a pncipio q̧ p longe minori etiã ſub dimidio pme exhibitionis vẽdũt ſicut dicit de colonienſibꝰ. Unde ſi emptoꝛ emat a ſupradictis ſcȝ peritis ꝛc. mercẽ pro illo deficienti pcio qđ obtulit: poterit preſumere q̧ ex quo vẽditoꝛ fuit expertꝰ ꝛ non artatus q̧ hoc fecit ſine ſuo piudicio tãq̃ recipiens condignũ pcium.

## Queſtio. LIX.

# Utrum licitum ſit

vẽditori vendere mercẽ vni p maiori pcio q̃ alteri: puta carius vendendo ementi ad terminũ vel expectationẽ q̃ ad promptaȝ ſolutionẽ. Solutio q̃ſtionis ſtat i duabus diſtinctionibꝰ: q̃tuoꝛ cõcluſionibus: duobꝰ correlarijs: ꝛ trium argumentoꝛ ſolutionibꝰ atq̧ quodã documento in fine ꝛ cauda q̃ſtionis annectẽdo.

**Prima** diſtinctio. vendere mercẽ vni p maiori precio q̃ alteri contingit dupliciter, quia aut illa maioritas manet intra latitudineȝ iuſti precij: aut egredit eã. Exemplũ primi. ſtat q̧ aliqui prudẽtes eſtimant pannuȝ aliquem. l. floreñ. alij prudẽtes. lj. tertij. lij. floreñ. ꝛ ſic poſſunt vendant ꝛ emant ſm illã triplicem eſtimationẽ, nec quiſq̧ ſit qui eſtimet eum vltra. lij. floreñ. valere vel nõ valere. l. flor. iam iuſtum pcium illius panni ſtat in tribus gradibꝰ ſcȝ pio mediocri ꝛ rigido: et illis cõſiſtit latitudo illius precij iuſti. Si igit venditoꝛ vendat vni eũ p. l. floreñ. ꝛ alteri p. lj. ꝛ tertio p. lij. vendit vni pro maiori ꝛ alteri pro minori: ꝛ tamẽ maioritas illa manet itra latitudinẽ iuſti pcij. Exẽplũ ſcdi vt ſi q̄s eũ vẽderet p. liij. vel. liiij. flor.

**Scda** diſtinctio. ſi maioritas precij egreditur latitudinẽ iuſti precij: tunc aut vẽditoꝛ exigit illam maioritatem rõne mercis tanq̃ pciuȝ eius: aut alia ratione, ſi ſcdm. aut igit ratione expectationis: aut alia rõne. ſi ſcdm hoc etiam cõtingit dupliciter: quia aut ratione intereſſe puenientis ex expectatiõe pcij ſeu carentia eiꝰ ſiue illđ ĩ eẽ ſit dãni emergẽtis ſiue lucri ceſſantis: aut ratione alicuiꝰ alteriꝰ.

**Prima** ↄcluſio. venditoꝛ non peccat ppter hoc q̧ vẽdit mercem vni p maiori precio q̃ alteri: ſi illa maioritas manet intra latitudinẽ iuſti precij: dũmodo credat tam maius q̃ minus precium eſſe iuſtũ, vt ſi agat ſm tenorem pmi exempli pme diſtinctiõis. Probat dupliciter. Primo ſic quia ex quo quodlibet illorum trium precioꝝ eſt iuſtũ p caſum: ꝛ ipſe credit eſſe tale: nõ facit iniuriã ſcdo nec tertio: quia exigit qđ iuſtum eſt: lȝ ſcdo nõ faciat tantã gr̃aȝ ſicut primo nec tertio ſicut ſcdo. Modo nõ peccat q̄s nõ faciẽdo vni gr̃am quã alteri facit. igit. Nec ſequit: vendit vni p iuſtiori precio q̃ alteri. igit illi alteri vendit pro iniuſto. Nã ſtat duo pcia eſſe iuſta ꝛ tñ vnũ eſſe iuſtiꝰ alio. ſicut ſanctũ eſſe ſanctiorem inuenire cõtingit et mũdo a peccato mundiorẽ: lȝ vterq̧ nihil habeat imũdicie, ꝛ vnum habitũ ſcientifici cerciũ

certiorem alio cõtingit inuenire: lʒ neuter habeat aliquid incertitudinis. Scḋo probatur idem a ſimili. ſi B ſit debitor ipi⁹ A in .x. ad terminum. ⁊ F ſimiliter in .x. ſit debitor eiuſdē A ad eundē terminū: non peccat remittēdo aliq̇d de .x. ipi B ſoluēti ante terminū etiā ſi nihil vellet remittere ipſi F non ſoluēti ante terminū. facit enim ipi B bñficiuʒ ob hoc ꝙ citi⁹ ſoluit q̄ȝ F: ⁊ ſic benefaciēti benefacit ⁊ nō benefaciēti non ſic benefacit. igiẗ etiā non peccat venditor ſi nolit ita remiſſe vendere ei q̇ non ſtatim ſoluit ſicut deberet ei q̇ ſtatim ſoluit. et ſic ꝑ maiori ei licebit vēdere: dūmodo tñ maioritas maneat intra iuſtū p̄cium. tenet cõſequentia a ſimili. Naʒ ſicut B ⁊ F ambo erāt debitores in decē tanq̄ȝ iuſto debito: ſic emptores recipiēdo mercē ſunt debitores ipi vēditori in iuſto p̄cio cui⁹ ē triplex gradus p̄dict⁹. igiẗ vni poterit nolle remittere gradū mediocrē vel rigidum ⁊ tamen alteri poterit velle remittere. Hec tñ ſecūda ꝓbatio nō ē ita certa ſicut p̄cedēs: q̄r antecedens non ē indiſtincte verū: q̄r ſicut B anticipans ſolutionē in caſu predicto: aliq̄n nō eſt imunis a peccato vſure vt patebit in ſcḋa cõcluſione ſequētis q̄ſtionis ſic etiā A inducendo B ad hm̄oi anticipationē aliq̄n non eſt imunis a peccato ſcandali vel occaſionis ruine in B ꝑut de taliter inducente ꝓrimū dictū fuit ſupra q̄ſtione .xlvij. Diciẗ notāter in cõcluſione dū modo credat ⁊c. quia ſi non crederet niſi infimū gradū eſſe iuſtum p̄cium: non excuſaretur a peccato: niſi in caſu tertie concluſionis ſequentis vel etiā quarte ꝑ p̄ma parte eiuſdem. Et in caſu hui⁹ cõcluſionis nō intelligiẗ illud extra de emp. ⁊ vē. placuit. vbi ſtatuit ſacrum ꝯcilium ꝙ p̄ſbyteri moneant plebes ſuas vt hoſpitales ſint atq̄ȝ non carius tranſeuntib⁹ vendāt q̄ȝ in mercato vēdere poſſint. Nā illō ītelligiẗ q̄n illa maioritas egrediẗ latitudineʒ iuſti p̄cij.

Scḋa cõcluſio. vēditor peccat mortaliter vendens vni ꝑ notabiliter maiori p̄cio q̄ȝ alteri vbi maioritas eſt extra latitudinē iuſti precij et notabilis ſi eam exigit rõne expectationis ſeu dilationis precij. Probaẗ: quia expectare ſeu dare dilationē ſolutionis precij eſt implicite mutuare. igiẗ ſi ipam maioritatē ſeu partē que eſt extra latitudinē iuſti precij: vult habere rõne expectationis: tunc rõne mutuationis eam vult habere. Modo rõne mutui aliq̄ȯ t̄pale lucrum exigere eſt peccare mortaliter peccato vſure. igiẗ. Antecedens ꝓbatur: q̄r quādo vēditor expectat ſeu dat emptori dilationē: ꝑinde eſt ac ſi p̄ciū iam haberet in burſa et de burſa ſua daret emptori vſq̄ȝ ad terminū. Scḋo ſic ꝓbatur vendere tēpus ē illicitū. modo ſi venditor vendit illo modo vt cõcluſio ſcḋa diciẗ: tūc vēdit tempus. igitur. Sed hec ꝓbatio ⁊ talis locutio q̄uis ſit cõmunis ⁊ multorum doctoꝝ: tñ eſt obſcura ⁊ quaſi īintelligibilis: imo de rigore ſermonis falſa: niſi reducaẗ ad terminos p̄cedētis ꝓbatiōis. Probaẗ. nam venditor p̄dictus nō poteſt etiā de facto vendere tempus emptori nec eſt hoc mentis ſue nec etiā attēptat hoc. q̄r nō attēptat ei vendere tempus p̄ſens: quia ſcit ꝙ tēpus p̄ſens eſt cõmune vtriq̄ȝ: ita ꝙ emptor eque habet illud ſicut vēditor: nec etiam attemptat ſibi vēdere tempus p̄teritū: quia neuter habet illō nec poteſt habere: nec etiam tempus futuruʒ: q̄r venditor ſcit ſe illud emptori nō poſſe ꝯcedere ⁊ emptor ſcit venditorē illud ſibi non poſſe dare. hoc enī eſſet velle vendere ꝓximo ꝓrogationē vite. Item tempus ſaltem vniuerſale eſt mot⁹ primi mobilis vel paſſio eiuſdem. ⁊ ſic eſt in primo mobili. igiẗ non eſt veriſimile ꝙ venditor velit vēdere aut emptor emere rem ita diſtantē ⁊ inattingibilem. Unde modus ille loquēdi obſcur⁹ videẗ potius omittēdus et loco illi⁹ termini tempus vtendum eſt illo termino expectatio vel dilatio ad tēpus. Nam mutuationem implicitā in dilatione vēdit ille qui ꝓpter dilationē carius vltra iuſtū p̄cium vēdit q̄ȝ faceret ad ꝓmptam pecuniā.

Tertia cõcluſio. ſi maioritas ē extra latitudineʒ iuſti precij ⁊ venditor nullaten⁹ ratiōe expectationis exigit maioritatē. ſʒ rõne intereſſe ſibi ꝓueni..tis ex carētia p̄cij expectandi: ſiue illō ītere... ſit dāni emergētis ſiue lucri ceſſantis: tūc vēditor nō peccat ob h̄ ꝙ cari⁹ vendit p̄dicto modo: dūmodo fueriẗ ille cõditiones q̇ requiruntẗ ad h̄ ꝙ mutuāti licitū ſit vltra ſortem mutuatam aliquid exigere ratione intereſſe dāni emergentis vel lucri

ceſſantis: q̄ ꝯditiões fuerūt poſite ſupra q̄
ſtione.xxx. Exēplū aūt vbi ſingule ꝯditio-
nes ſint incluſe (ſuppoſito caſu prime di-
ſtinctiōis huius queſtionis) eſſet ſi vendi
tor vēderet p.liij. ad terminū. ſic q̄ teſte cō
ſciētia ſua vellet poti⁹ in ꝓmpto iā capere
liij. vel.lj. vel etiā.l. q̄ꝫ q̄ debet carere precio
ꝛ accipe.liij. ꝛ tn̄ ex quo emptor non habet
nunc ſibi ſoluere: ipe ꝯtim pietate mot⁹ vt
ſcꝫ nō cogat̄ emptor abire ſine merce ꝛ ad
placendū ſibi vēdit ſibi ad terminū: neqꝫ ē
tanta neceſſitas in emptore q̄ de precepto
teneat̄ ſibi expectare: ex alia ꝟo pte q̄ etiaꝫ
ſib ſipſi ꝓuidere vult de intereſſe qd̄ patit̄ ī
carēdo: ob qd̄ vitandū maluiſſet de p̄ſenti
accepiſſe.lij. vel min⁹: exigit vnū floreñ. ad
quē nullaten⁹ afficit̄ plus q̄ꝫ ad illud rōne
cui⁹ ſua intereſt: q̄n mallet liberat⁹ eſſe ab
intereſſe ꝛ carere vno floreñ. q̄ꝫ accipe vnū
floreñ. ꝛ ſubire itereſſe. neqꝫ infamatio aut
ſcandalū aliquod orit̄ vel natū eſt oriri ex
hmōi ꝯtractu. tunc enī oēs ſeptem ꝯditio-
nes ſunt incluſe: vt patet eas trāſcurrēdo.
Jlla igit̄ cōcluſio ꝓbatur quintupliciter.

Primo ſic. venditorē expectare p̄cium
eſt eū implicite p̄ciū vt ſortē mutuare em-
ptori vt oſtenſū eſt. igit̄ ſi ex hmōi expecta
tione ſeu mutuatione: q̄ caret p̄cio ſuo iu-
ſto: ꝓueniat venditori intereſſe: poterit ra-
tione illius q̄d exigere vltra iuſtū p̄cium.
tenet ꝯſequētia: q̄ꝛ ſupra q̄ſtione.xxx. oſten
ſum ē q̄ licitū ē mutuāti exigere vltra ſortē
rōne intereſſe ꝓuenientis ſibi ex carētia ſor
tis. Scd̄o ſic: q̄ꝛ ſi peccaret: aut peccato
ſupuenditionis ſcꝫ ꝯtra iuſticiam cōmuta
tiuā aut peccato vſure. Non ſcd̄ꝫ vt iā pa-
tuit: q̄ꝛ lꝫ expectādo mutuet ꝛ accipiat vl-
tra ſortem: non tn̄ non omne mutuare ꝛ vl
tra ſortē cape eſt vſuram cōmittere vt ſepe
patuit ſupra. Nec primū: q̄ꝛ ꝓtē egrediēt̄ē
latitudinē iuſti p̄cij: nō accipit in rōne p̄cij
ſed ꝓ refuſione ſui intereſſe qd̄ patit̄ expe-
ctando ꝛ carendo precio iuſto ſibi debito.
Modo h̄ non ē illicitū ſicut patuit ſm̄ ca-
ſum Scoti poſitū ſupra in.q.lvj. in tertia
ꝯcluſione in.xij. manuductiuo: vbi dictuꝫ
fuit de vendente mercē que nullaten⁹ fuit
vendenti venalis ꝛ ex cui⁹ carentia dānifi
cat̄: q̄ licite poteſt altius vendere q̄ꝫ ſoleat
al's vendi. et hoc ꝓ relevatione damni qd̄
incurrit vendendo ad inſtantiā emptoris.

Vn̄ nō debet dici q̄ ꝓ tanto ſit caſus hui⁹
concluſionis licitus vt q̄daꝫ iuriſperitus
dicit: q̄ꝛ ſcꝫ agrum vel aliud fructificās ad
terminū vendendo: venditor interim care
bit fructib⁹ quibus tamen fruetur emptor.
Nam ꝓpter hoc non debet venditor rē ca-
rius extiſtimare: quia hoc ineſt naturaliter
contractui venditionis: q̄ fructus mercis
ſpectant ad emptorē ſicut ꝛ periculūꝫ ꝛ nō
ad venditorē. Nam etiā ſi mox fuiſſet ſibi
ſolutum p̄ciū: etiaꝫ ꝓtinuiſſent fructus ad
emptorē. Unde pon⁹ econtra debet extiſtima
ri ſcꝫ q̄ carēdo p̄cio qd̄ deberet habere pa
titur itereſſe. Tertio ſic. ſi venditor ven-
dat p.liij. ad terminum ꝛ tn̄ ſi (vt optabat)
habuiſſet in prompta ſolutiōe.lij. fuiſſet il
lis vſus in mercantijs licitis vel emptiōe
alicuius poſſeſſionis fructifere de qua vel
de quib⁹ veriſimiliter intra predictū termi
num fuiſſet lucrat⁹ plus q̄ꝫ vnū floreñ. etiā
vltra oēs expenſas: labores ꝛ curas etiam
deducta dubietate lucri: ita q̄ teſte ꝯſcien-
tia ſua non accepiſſet vnū floreñ. ꝓ renūci-
atione huius lucri ſperati: iam inq̄ꝫ videt̄
q̄ non ſoluꝫ poſſit excuſari a peccato de h̄
q̄ accepit vltra iuſtum preciū: imo videtur
q̄ non indigeat ſup illo aliqua excuſatiōe
eo q̄ videtur q̄ non accipiat vltra iuſtum
p̄cium in tali caſu. Et hoc vltimuꝫ aſſum-
ptum ſcꝫ q̄ nō videt̄ q̄ accipiat vltra iuſtū
p̄cium: imo q̄ illi.liij. maneant intra latitu
dinem iuſti precij ſtante caſu vt format⁹ eſt
in p̄ncipio hui⁹ tertie ꝓbatiōis ꝓbatur ſic.
quia.liij. floreñ. nondū habiti ſed ſolum ad
primū habendi in tali termino: nō ſūt ma
ioris valoris vſualis q̄ꝫ ſint.lij. de p̄ſenti ſo
luti: imo ſolum eis equalent. Modo quā
titas precij eſt attendenda ſm̄ valorē vſua
lem ſicut ꝛ quātitas mercis: vt patuit ſup
q̄ſtione.lvj. igit̄ cenſet̄ vendere ſolum pro
p̄cio valente tantū ſicut valēt.lij. de p̄ſenti
ſoluti: non diceret̄ vltra iuſtum p̄cium ven
didiſſe. igit̄ idem dicendū ſi pro.liij. ad ter
minū p̄dictum dando vendidit. Maior ꝓ
batur: quia ita vtiles ſunt ſibi.lij. q̄b⁹ actu
poteſt vti vſqꝫ ad illum terminuꝫ ad lucrū
p̄dicto modo ſperatuꝫ et multo magis ad
damna emergēda vitanda: ſicut.liij. quib⁹
vſqꝫ ad illū terminū non pōt vti ſiue ad lu
crū p̄dicto modo ſperatū ꝯſequendū ſiue
ad damna emerſura vitāda. Modo et

idoneitate vl' habilitate numiſmatꝫ ad vſū
⁊ cōmoditatē hoīs attendit valor eiꝰ vſua
lis in emptione: ſicut ex idoneitate mercis
ad vſū humanū attendit eiꝰ valor vſualis
attēdendus in vēditiōe. Cōfirmat ⁊ de
claratur huiꝰ aſſumpti ꝓbatio ſequenti exem
plo. Si habeo librū cuiꝰ iuſtū ꝑciū ſm ri
gidū gradū ſit .lx. ſolidi. veniatqꝫ emptor
habens .lx. de quodā ꝑegrino numiſma
te. qđ talis eſt ꝯditionis ꝙ in re ſcꝫ ī argen
to ſit meliꝰ noſtris groſſis vel ſolidis qui
hic currūt ⁊ ꝑ quibꝫ ego vendere volo. ⁊ tn̄
tales ſolidi vel groſſi nō plꝰ poſſint mihi
vtiles eſſe q̄ .lx. ſolidi vl' groſſi huiꝰ patrie
adeo ꝙ ſi vellē illos cābire ī t'ra hac vl' ali
alienare: nō ꝑ pluri poſſem eos diſtrahe
re q̄ ꝑ .lx. huiꝰ patrie. ⁊ ſi vellem eos ꝑ me
vel aliū in aliā terrā ducere tātas cogerer
facere expēſas ꝙ nō plꝰ inde haberē q̄ de
.lx. ſolidis huiꝰ patrie. ⁊ ſi eos cōflare vel
lem: etiā non plus inde poſſem acq̄rere cō
putatis expēſis ꝯflationis ⁊ hmōi. ſi ergo
emptor diceret: ſolidos huiꝰ patrie nō ha
beo. ſꝫ dūtaxat tales habeo q̄ in re ſūt valē
tiores tuis. de illis itaqꝫ dabo .lx. ego ꝓo
dicerē. nō dabo niſi ꝑ .lx. patrie huiꝰ. vl' ſi
vis ꝙ de tuis accipiā: non accipiā niſi .lx.
eo ꝙ quomodocūqꝫ agam nō plꝰ ſūt mi
hi vtiles illi .lx. de tuis q̄ .lx. patrie huiꝰ.
q̄ro an peccarē exigendo hmōi .lx. ⁊ patꝫ
ꝙ nō: q2 illi .lx. non ſunt maioris valoris
vſualis q̄ .lx. noſtre patrie. igit etiā ſic erit
de caſu ſupradicto. Videt enī hincinde eē
ſimile ſi caſus ſint veſtiti illis circūſtantijs
q̄s poſui. Quarto ſic. ſi A emat redditū
ſeu ius ꝑcipiēdi imꝑꝑetuū annuatim d cō
muni curſu aliquā rem valētē vnū floreñ.
nō tantū dabit ꝑciū ꝑ hmōi iure ꝑcipiē
di hmōi rem: quantū daret ꝑ iure ꝑcipiēdi
⁊ exigendi iā ab eo talē rem ī numero cētu
plicato. etiā dato ꝙ imꝑꝑetuū ꝑ ſe vl' ſuos
ſucceſſores ꝑcipiendo annuatim talē rem
valentē vnū floreñ. eēt ꝑcepturꝰ nō ſolū in
numero centuplicato: imo in lōge maiori
⁊ non reputat tn̄ ille ꝯtracꝰ iniuſtꝰ: ⁊ huiꝰ
non eſt ratio alia niſi q2 ius ꝑcipiēdi rem:
etiā que tādē aſcendet ad longe maiorē nu
merū: tali tn̄ modo ſcꝫ annuatim tm̄ et nō
ſimul obuenturā: nō eſt ita vtile emptori ſi
cut ſibi vtile eēt ius ꝑcipiendi hmōi rem ī
numero (etiā minori q̄ ſit cētuplū) dū mo
do eſſet percipiēda ſimul et ſemel eo ꝙ ipſa
res in illo numero (tali tamē modo ſucceſ
ſiuo) recipiēda nō eſt ita vtilis ſibi ſicut eēt
in minori numero ſi ſimul et ſemel reciꝑet.
igit etiā .lx. floreñ. in caſu huiꝰ tertie ꝯclu
ſionis non ſunt maioris valoris q̄ .lx. ita
ꝙ merx aliq̄ eque poteſt dari ī illo caſu ꝑ
.lx. ad terminū dandis ſicut ꝑ .lx. iam de ꝑ
ſenti ſoluēdis. Quinto ſic. ſi quis agrū
vel domū valētē .xx. floreñ. emere vellet et
venditor nō vellet vendere agrū vl' domū
niſi hoc pacto ꝙ etiā emptione celebrata
⁊ ꝑcio ſoluto vti vellet agro ꝑ annū: quo
lapſo ꝑmū ⁊ nō ante poſſet emptor eo vti
emptor licite poſſet tanto minꝰ velle dare
ꝑ agro vel domo: quāta eſſet veriſimiliter
vtilitas quā emptor interim potuiſſet ha
buiſſe de agro: ſingulis defalcatis: etiā ſi
ager vel domꝰ ſit vel eſſet talis res ꝙ non
eſſet nata importare vtilitatē niſi appoſita
induſtria hoīs ſicut ⁊ pecunia: et ratio q2
ex quo valor mercis attendit conſideratis
etiam fructibꝫ quos importare poteſt: tūc
ex quo ꝑmo anno fructꝰ non ſibi ſed vēdi
tori importabit: eo minus valet illa merx.
Item de natura ꝯtractus emptiōis ꝑti
nent fructꝰ emptori ideo ſi ꝑ pactū adiectū
debet renūciari naturalitati ꝯtractus: pōt
pro illius refuſione aliq̄d ſibi velle remitti
⁊ hoc tantū quantū eſt illud cui cedit. Er
go econtra ſi emptor nolit dare ꝑciūm niſi
ſi poſt annū. ⁊ ſic venditor non poſſit vti
ꝑcio ſibi debito (ſicut tamen deberet poſſe
vti eo) ex cuiꝰ carentia patiat interim defe
ctum illius vtilitatis quā veriſimiliter ha
buiſſet: poterit venditor eo carius ſibi vel
le dare quatenus ex illa ꝑte recuperet id q̄
ex alia parte carere cogit. Nec ē differē
tia inter caſum antecedētis ⁊ ꝯſequentꝫ ni
ſi ꝙ in caſu antecedētis res ſcꝫ domus vel
ager cuius vſu carere cogit: eſt res nō mu
tuata nec mutuabilis ſed locabilis. In ca
ſu vero conſequētis eſt res mutuata ſcꝫ ꝑ
ciū: ſed illa differentia non obſtat: q2 etiā
in caſu antecedentis dando minus: id qđ
ſubtrahit non ſubtraheret nomīe locagij
ſed nomine intereſſe qđ tam in re locata q̄
mutuata poteſt peti. igit. Unde ex ꝑdictis
patet ꝙ non indiſtincte debet cōdemnari
venditio facta ad terminū pro maiori pre
cio q̄ ad ꝓmptā ſolutionē: ꝑſertim in foro

conſciētie.ꝓpter qꝺ crudum ſatis videtur fuiſſe conſiliū Panor. quo (vt de ſe dicit in c. ad noſtram. de emp. ⁊ vendi.) cōſuluit ꝙ illi eſſent vſurarij qui vendūt merces pro aliquāto ꝑcio ſibi incontinenti ſoluto: ſed cū ad credentiā vendūt: dant ꝑ maiori. Et ex hoc ꝯſequenter conſuluit indiſtincte ꝙ teſtamentū taliū eſſet nullū ex quo cum id publice faciunt ſūt publice vſurarij. Et dixi notāter in cōcluſione. dūmodo ſeruēt omnes ꝯditiones ibidem poſite: q2 quecū ꝗ harum defecerit non erit venditor immunis a peccato. ⁊ hoc vel vſure implicite in ipa expectatione aut a peccato ſcādali aut ꝓpriae infamatōis

Sꝫ q̄ꝫuis dictū illꝰ ſolutiōis i ſe eēt verū: qꝛ tn̄ videri poſſet alicui ꝙ nō eēt đ mēte illꝰ capituli. ideo aliť ē reſpōdēdū. Primo dato ꝙ q̄rtꝰ caſus nō ꝓbareť ſufficienter ꝑ ꝑdictū caplm̄ fore licitus: tn̄ alia via poſſet ꝓbari tāq̄ꝫ licitꝰ. ideo nō ꝑiudicareť veritati q̄rte ꝯcluſiōis ꝓpť inſufficientiā ꝓbationis adducte. poſſet eni ſic ꝓbari. Si nō ē q̄s vēditurꝰ mercē i A: ſꝫ ſolū i B in q̄ valebit veriſiliter plꝰ q̄ꝫ i A: ꝛ tn̄ i A vendit: tūc ħ nō facit niſi inductꝰ ꝑ inſtantiam emptoris. ꝛ ſi deberet vēdere ꝑ ꝑcio in A curręti patereť itereſſe lucri ceſſantꝭ ſcꝫ tāti i quāto veriſiliter plꝰ valebit i B q̄ꝫ i A. ꝛ illđ (deducta ſaltez dubietate eiꝰ) emptoꝛ deberet refūdere. igiť poterit emptori vendere ꝑ aliq̄ pluri q̄ꝫ ſit ꝑciū i A. q̄tenꝰ lucꝫ ceſſans ſibi refundať ꝑ illđ plꝰ. Illud aūt plꝰ ꝑ q̄ vēdit nō erit ſufficiēs ad refūdēdū ſibi ceſſans lucrū niſi aſcēdat ad tātū quātū ē id qđ veriſiliter valebit in B deducta tn̄ dubietate illꝰ lucri ꝛ etiā ſuſceptiōe periculi qđ ſibi īminuiſſet ſi mercē ſuaꝫ vſq̄ꝫ ad B retinuiſſet ꝛ ꝯſilibꝫ tactꝭ.q.xxx. ꝛ etiā q.lvij. ꝯcluſione ꝑma. q̄ ꝯditiōes ſi omnes aſſint nō pōt de rigore ſcholaſtico loquendo talis ꝯtꝰ dānari q̄ꝫuis an̄ factuꝫ ſit de eo agēdū ſm̄ tenorē cuiuſdā documēti traditi i fine.xxx. q̄ſtiōis. Scđo dicēduꝫ ꝙ ꝑdicta ꝓbatio aliq̄ modo pōt defenſari tā q̄ꝫ ſufficiēs ad ꝑmā ꝯcluſionē. ſi eni ſubtiliter ꝛ ꝓfūde itelligať ꝑdictū caplm̄: i eo habebiť ꝙ papa approbat noſtrū caſum q̄rte ꝯcluſiōis ſi ſaltē ly vt capiť cauſaliť. Ubi ſciēdū ꝙ dupliciť pōt ꝯtingere ꝙ q̄s vendat i A ꝛ recipiat i B ꝑciū malꝰ q̄ꝫ valuerit i A etiā ſi nō recipiat illđ plꝰ rōne dilatiōis ꝑcij. Primo qn̄ q̄s i A vēdit ꝛ tradit mercē ꝑ ꝑcio curſuro i B: nō intēdēs hr̄e ꝑciū malus q̄ꝫ nūc currat in A nec cogitat mercē plꝰ valiturā i B q̄ꝫ nūc in A valeat: ſꝫ potiꝰ credit eā ſolū eē tātūdez q̄ntū in A valet valiturā: etiā dato ꝙ nō intēderit differre venditiōēꝫ mercis vſq̄ꝫ ad B. Scđo modo ꝙ q̄s i A vēdat ꝛ tradat mercē ꝑ ꝑcio curſuro in B intēdēs hr̄e malꝰ ꝑciū q̄ꝫ nūc currat i A: ħ tn̄ nequaq̄ꝫ intēdat ex eo qꝛ differt ſolutiōēꝫ ꝑcij. ſꝫ qꝛ ipe in animo deſtinauerat ſe nō vēditurū mercē niſi i B vbi ſperabat ꝓbabiliť eā id ꝛ magꝭ valiturā adeo ꝙ maluiſſet retinuiſſe mercē ꝛ expectaſſe euētum ꝑcij i B. Si ꝑmo modo tūc ſiue erat vēditurꝰ in A ſiue nō i A ſꝫ in B: ſufficiēs via excuſandi eū eſt veriſimile dubiū vł eq̄libꝛe de illo pluri ad qđ aſcendit ꝑciū i B. Nam ęt̄ꝗ inerat ſibi illđ dubiū: nō fecit illū ꝯtractū ex cupiditate aliq̄ lucri indebiti. ꝛ qꝛ etiam alꝭs apđ homies nō ꝑſumebať ꝙ i B debuiſſet ſic aſcēdiſſe vltra ꝑciū currēs i A: nō poterit i foro exteriori ꝑſumi ꝯ eū ꝙ vēdiderit ad terminū B: ſpe alicuꝰ lucri obtinēdi vltra ꝑciū in A. Et huꝰ pōt accipi ſimile etiā i mutuāte. ſi eni q̄s i A mutuat frumētū ſibi reſti-

tuēdū ī B:nullatenꝰ cogitās ꝙ ſit ī B plꝰ valiturū q̄ȝ ī A:nec aduertēs illud.ꝛ ꝑ ꝯſequēs nec motꝰ ex eo ad mutuādū:nec etiaȝ inductꝰ ex h̄ ꝙ īterim erit exoneratꝰ a picu‑lo ſortis mutuate:ille nō peccat. lȝ cū ſors reſtituit ſit in duplo melioꝛ ea q̄ȝ mutua‑uerat. Si ſcḋo modo ꝯtigat:tūc via excu‑ſandi eū ē ꝙ ipm qḋ ē plꝰ:accipit ꝑ refuſio‑ne īterelle modo dicto. Dūmodo fuentur fuāda ī volēdo ſibi refundi intereſſe lucri ceſſantꝭ que tacta ſūt queſtione.xxx.ꝛ.lvij.

Scḋo notādū ꝙ illi duo modi nō poſ‑ſūt ſimul ī vno ꝯcurrere:qꝛ in ꝑmo modo ſupponiꝛ ꝙ nec ītēdat nec cogitet de h̄ ꝙ in B debeat plꝰ valere q̄ȝ in A. In ſcḋo aūt ſupponiꝛ ꝙ intēdat ꝛ cogitet de illo pluri.

Illis ꝑmiſſis poterit ſic defenſari ꝑdi‑cta ꝓbatio. Nā ſuppoſito ꝙ vt capiaꝛ cau‑ſaliter ꝛ nō ꝯſecutiue tm̄:tūc ī ꝑdicta capi‑tulo vult papa ambos modos tangere et vtriqȝ ſuā rōnem annectere. ꝛ ꝑmo modo ꝑmā excuſatiōeȝ ānectit ī ꝑncipio cū dicit rōne dubiȷ̄ Scḋo ꝓo modo (quē tetigerat dicēdo vt amplꝰ ꝛc. vbi vt denotat intēti‑onē) annectit excuſatōeȝ cuȝ ait ī fine. ſi tm̄ ꝛc. et cū caſus q̄rte ꝯcluſionis ſit ſcḋs mo‑dus:ſeqꝛ ꝙ ꝑdictū caplm approbet caſuȝ q̄rte ꝯcluſionis. Et ſi dicas. papa videꝛ velle ꝙ ſola dubietas non ſufficiat excuſa‑re vēditorē recipiētē ad terminū plꝰ q̄ȝ va‑luerit tp̄e vēditiōis nec etiā hoc ſolum ſcȝ ꝙ nō erat tp̄e ꝯtrꝰ vēditurus:imo opꝫ ꝙ vtrūqȝ ſimul aſſit. ꝛ h̄ idē ſentit glo. ꝛ Pa‑noꝛ. Dicendū dupliciꝛ. Primo ꝙ dubie‑tas etiā ſola ſufficit excuſare ꝑmū modū. ꝛ ꝑ ſcḋo modo ſufficit et reqꝛiꝛ illa clauſula ſcȝ ꝙ nō erat tp̄e cōtractꝰ vēditurꝰ. ꝛ ſic illa cauda ſcȝ ſi tm̄ ꝛc. reſpicit ꝑcedētē clauſulā ſcȝ vt amplius. ꝛ hec ſolutio ſupponit ꝙ vt capiaꝛ cauſaliter denotādo ī vēditore intē‑tionē ꝛ ſpem maioris ꝑcij. Si aūt vt im‑pꝛopꝛie capeꝛ ſcȝ ꝯſecutiue. tūc ſcḋo dicen‑dū ꝙ ſi q̄s vēdit ī A ad terminū B:ſine tm̄ intēnōe acq̄rēdi plꝰ q̄ȝ valeat ī A:q̄uis ꝑ‑ter ſuā intētiōeȝ ī effectu ꝯtingat eū plꝰ re‑cipere:papa talē excuſat ꝑ dubietatē:ꝛ q̄ȝ‑uis addat ſi tm̄ tp̄e ꝯtractꝰ nō erat vēditurꝰ debet ītelligi ſupplēdo maxīe:qꝛ tūc magiſ excuſabiꝛ ex q̄ nō erat vēditurꝰ niſi ī B. nō ꝰ debet ītelligi cū ꝑciſione q̄ſi non ſit excu‑ſabilis ſola rōne dubiȷ̄ niſi etiā non fuerit vēditurꝰ niſi ī B:ꝛ maxīe in foꝛo cōſciētie. Vn̄ talē excuſat ꝑ dubietatē. ꝛ adijciendo ſi tm̄ tp̄e ꝯtꝰ ꝛc. non debet ītelligi ꝙ neceſ‑ſe ſit ī foꝛo ꝯſciētie ambo adeſſe ſcȝ dubiū ꝛ ſcḋo ꝙ nō eēt vēditurꝰ niſi ī B. ſȝ ꝙ ſi am‑bo ſimul ꝯcurrāt eo magis erit ī foꝛo exte‑rioꝛi īmunis a ſuſpitiōe vel ꝑſūptiōe frau‑dis vſurarꝝ. attn̄ ſi ꝑmū ſit ſine ſcḋo etiam erit ī vtroqȝ foꝛo īmunis. ꝛ ſi ſcḋm ſine ꝑi‑mo ſit:etiā erit īmunis ab illa ꝑſūptiōe. q̄ȝ‑uis ſi ſcḋo accedat primuȝ magis ſit īmu‑nis. Et hec ſcḋa ſolutio ſupponit papam tm̄ ꝑmū modū tāgere ibidē ꝛ cape vt ꝯſe‑cutiue. ꝛ h̄ modo fatēdū ē ꝙ illḋ caplm ni‑hil facit ꝑ caſu noſtre q̄rte ꝯcluſiōis. Ad Panoꝛ. aūt ꝛ glo. dicēdū ꝙ ſi indiſtincte ī‑tellexerint ſuū dictuȝ: volēdo ambo ſimul tāq̄ȝ excuſantia reqꝛi:eoꝝ dicta ſūt negāda imo impoſſibile eſt ambo ſimul ꝯcurrere ſtāte caſu pape ſcȝ ꝙ vēditoꝛ ītēdat amplꝰ ꝑcipe ī termīo q̄ȝ valeat ī tp̄e vēditionis ꝛ ita ꝙ vt capiaꝛ cauſaliter. Sȝ bn̄ poſſunt ambo ſimul ꝯcurrere vbi nō ītēderet vēdi‑toꝛ aliq̄d maiꝰ q̄ȝ valeat tp̄e vēditiōis lȝ nō ſit in A vēditurꝰ ſȝ ī B:ꝛ ita vt capeꝛ ꝯſe‑cutiue tm̄. Et ſi dicat Panoꝛ. ꝙ tunc am‑bo reqꝛūꝛ:nō ē vex:imo ſufficeret ſola du‑bietas ꝑdicta. qḋ ꝑ tȝ:qꝛ ī tali caſu papa in c. in ciuitate. ſolū facit mētiōnē de dubieta‑te tāq̄ȝ ſufficiēte excuſare a ꝑctō ī tali caſu. Et ſiliter idē facit in. c. nauiganti. in. §. ille ꝛc. Et ꝑ h̄ ceſſat ꝑmū argumētū ꝑncipale factū ꝯ q̄rtā ꝯcluſionē. Ad ꝯfirmationem eiuſdē argumēti dicēduȝ ꝙ papa ī ꝑcedēti §. eiuſdē capli nō tetigit vtrūqȝ modū ꝯtin‑gētē ī emptoꝛe:ſicut tm̄ ī ſequēti tetigit vtrū‑qȝ ꝯtingētē ī vēditoꝛe ſi ſaltē vt capiaꝛ cau‑ſaliter. Vn̄ ꝙ emens ꝛ tradēs ꝑciū in A ꝛ recipiēs mercē ī termīo B recipit mercem maioꝛis valoꝛis q̄ȝ fuerit ꝑcium traditū ꝛ anticipatū ī A:ꝯtingit etiaȝ dupliciꝛ:ſicut ꝛ ꝓpoꝛcionabiliter ſimile poſitū ē cōtinge‑re duplici modo ī vēditoꝛe. papa aūt ſolū tāgit ꝑmū modū coꝛreſpōdētem ꝑmo mo‑do ꝯtingētē ī vēditoꝛe:puta tāgit illū vbi dans ꝑcium ī A ꝑ merce ſibi tradēda ī B nō intēdebat hr̄e mercē valiturā plꝰ q̄ȝ fue‑rit ꝑciū in A datū:nec de h̄ cogitabat:nec ideo anticipabat ſolutiōeȝ vt in retributio‑nē anticipatiōis reciperet ī termino mercem maioꝛis valoꝛis q̄ȝ fuerat ꝑciū anticipatū

⁊ ille modus ſufficiēter ⁊ ſolum excuſatur rōne dubij veriſimilis de illo pluri precio et de illo loquit̄. §. penultim⁹. Alio mō do contingit q̄ dans p̄cium in A pro merce ſibi tradenda in B: ſperabat mercē i B tradendā eſſe maioris valoris, et de h̄ cogitabat ⁊ volebat talē mercē ſibi tradi, nec tñ illum maiorē valorē intēdebat cōſequi rōne anticipationis ſolutiōis. Vñ nō iō anticipauerat ſolutōē vt maius q̄d i mercē haberet q̄z fuerat p̄cium anticipatū, q̄r hoc eſſet vſura: ſed volebat illū maiorē valorē mercꝭ aſſequi ex alia cauſa puta quia aut ipſe non erat in A emptur⁹ nec in B ſꝫ in F: vbi valde vili p̄cio ſperabat ſe veriſimiliter empturū. cum igit̄ venditor nūc in A inducat eū ad emendū: ipſe ad cauēdū ſibi de intereſſe damni emergētis dat ſibi p̄ciū min⁹ q̄z fiet valor mercis in B: volēs habere in B mercē maioris valoris illo p̄cio: vt p̄ illā maioritatē ſibi refundat̄ illō intereſſe q̄d patit̄ exponēdo i A mai⁹ p̄ciū q̄z deſtinauerat ſe expoſiturum in F. Vel ſcdo: q̄r non erat empturus talē mercē vl' o tpe. ſꝫ aliam que ſibi vtilior ⁊ lucroſior: veriſimiliter fuiſſet a qua maiori lucroſitate impedit̄ p̄ venditorē inducentē eum ad emendū ſuā mercē. ⁊ ideo vult recipere ab eo mercē in maiori valore q̄z tradat p̄cium vt refundat̄ illud itereſſe. Vel tertio: q̄r ipſe cū illa pecunia quā anticipat omnino intēdebat. ⁊ veriſimiliter ſperabat ſe lucraturū aliqua a quo lucro impedit̄ anticipādo ſolutionē p̄cij venditori: cui⁹ itereſſe refuſionē vult hr̄e p̄ hoc q̄ merx ſibi tradat̄ maioris valoris q̄z fuerit p̄ciū datū. Et idē vl' mag⁹ ſi ex illa anticipatiōe icurrit dānū emergēs. Vel q̄rto: q̄r cū merx mox in A fuiſſet ſibi tradēda: ⁊ tñ non tradit̄ ſibi niſi i B: ipſe interim caret fructu mercis q̄ ad eū deberēt ſpectare quare p̄ illi⁹ refuſione vult habere mercē maioris valoris q̄z fuerit p̄ciū datū in A. Hūc igit̄ ſcd̄m modum non tetigit papa in. §. penultimo. ſed tñ primū ⁊ cōmemorat ibidē dubiū veriſimile tanq̄z cauſā excuſantē caſū penultimi. ſed i vltimo. §. ſi vt cap. ſat̄ cauſaliter: tangit vtrūq̄z modū. ⁊ ideo tāgit ibi duas cauſas excuſantes. Sed ſi teneat̄ q̄ in. §. vlti. tñ vnū modū tangit ſcꝫ primū. ⁊ q̄ vt capiat̄ ꝯſecutiue: concedēdū eſſet q̄. §. penultim⁹ non faceret aliq̄d. p̄ caſu q̄rte ꝯcluſionis: nec tñ p̄pter h̄ caſus q̄rte concluſionis nō eēt aliter ſufficiēter p̄babilis ⁊ iuſtificabilis. Nec ſequit̄. papa eū ñ iuſtificat. igitur nō ē iuſtificandus. Nā loc⁹ ab auctoritate negatiue nō valet. Nā multi ſūt caſus q̄s non iuſtificat: q̄r nō de eis tractat i decretalib⁹. Modo diceret̄ q̄ nō tractat i. §. vltimo, niſi p̄mū. nec ſequit̄. primū iuſtificat rōne dubij. igit̄ vbicūq̄z illō dubiū nō ē nō ē iuſtificabilis, etiā ali⁹ caſus ab illo. ſꝫ bñ valeret. q̄ ille quem rōne dubij iuſtificat nō ē iuſtificabilis ſi nō adeſt dubiū.

**Tertio** arguit̄ ſic in. c. in ciuitate. extra de vſuris. ponit̄ caſus ſilis q̄rto caſui: ⁊ papa ibidē dicit q̄ illi q̄ talē ꝯtractū faciūt bene ꝯſulerēt ſue ſaluti ſi a tali ꝯtractu ceſſarent cū cogitationes hoīm omnipotēti deo nequeāt occultari. Aſſumptū p̄ p̄ma p̄te p̄bat̄. Naꝫ ibidem ponit̄ talis caſus Aliqui ad terminū pro ſex libris vendūt piper tpe q̄ nō valet vltra q̄nq̄z libras. ⁊ dicit papa q̄ lꝫ ex forma ſua nō ſit vſurari⁹: tñ vēditores nihilomin⁹ incurrūt pctm̄. ⁊ glo. in v̄bo pctm̄ dicit: ſcꝫ vſuraꝝ. ⁊ addit papa dicens: niſi dubiū ſit merces illas pl⁹ vel min⁹ tpe ſolutionis valituras. ⁊ ſic i tali dubio excuſat vēdētes a peccato vſuraꝝ. ⁊ tñ ſtatim adijcit volēs q̄ bñ agerēt ſi abſtinerēt a tali ꝯtractu. ⁊ h̄ additū nō intelligit̄ extra caſū iam exceptū: q̄r tūc non diceret q̄ bñ ꝯſulerent ſue ſaluti ſi abſtinerēt. imo oīno eos ab eo p̄hiberet. ſꝫ itelligit̄ etiā in caſu illi⁹ dubij. igit̄ multo mag⁹ vbi nō dubitabāt de illo pluri: imo p̄babilit̄ credebant. ⁊ ad h̄ aſpirabāt dixiſſet papa q̄ bñ ꝯſulerēt ſi abſtinerēt. Dicēdū ſc̄m Scotū q̄ papa h̄ dicit vtiliter monēdo nō autē p̄cipiēdo. Vñ nō ē neceſſe vitare illū ꝯctū dūmodo fuerit ꝯditiōes ille multe q̄ ad eū req̄rūt̄ q̄ patet ex dictis. q. xxx. ⁊. lvij. Attñ q̄r facile ꝯtingit aliquā illaꝝ ꝯditionū deficere. ⁊ ſic cōtractus deprauabit̄. ideo papa merito eūꝫ diſſuadet vtiliter monēdo p̄ut etiā de eo ⁊ ſibi ſilib⁹ ē ſalubre documētū poſitū i fine q̄ſtionis. xxx. ⁊ alijs q̄ pēdēt ex eadē q̄ſtiōe xxx. Et h̄ nota q̄ h̄ tertiū argumētuꝫ nō debet formari tāq̄z habeat ſpeciē p̄cedendi ꝯ q̄rtā ꝯcluſionē directe q̄ſi in illo. c. i ciuitate. diſſuadeat̄ ꝯtract⁹ quarte ꝯcluſionis

q̃tuis doctores aliqui ſic ipſm introducere
videant̃ ⁊ noiatim Scot⁹. Naʒ in.c.in ci-
uitate.diſſuadet̃ cõtractus: vbi dubiũ erat
de illo pluri p̃cio.caſus aũt noſtre q̃rte cõ
cluſionis ē vbi veriſimilis credulitas erat
de illo pluri. Sed debet introduci ꝑ locũ
a minori: puta ꝙ min⁹ videt̃ diſſuadẽdus
caſus.c.in ciuitate.ſuppoſito dubio in ven
ditore: ⁊ tñ diſſuadet̃.igit̃ multo magꝫ no-
ſter caſus eſt diſſuadendus.

**Quarto** arguit̃.q̃n quis vendit
mercē ad terminũ ꝑ pre
cio illius termini ⁊ recipit ĩ termino p̃ciuʒ
mai⁹ q̃ʒ valuerit tpe vendinõis: requirunt̃
due ꝯditiones ad hoc ꝙ excuſet̃ a peccato
Primo ꝙ habuerit veriſimile dubiuʒ an
merx illo termino erat valitura mai⁹ vl' mi
nus q̃ʒ tpe ꝯtractus: puta quãdo nõ cogi-
tabat nec credebat rem ĩ illo termino plus
valiturã q̃ʒ in tpe contract⁹. Scđo ꝙ non
fuerat eaʒ venditur⁹ in tpe contract⁹.ſʒ tñ
in illo termĩo ꝑ cui⁹ precio tradit. Modo
in caſu q̃rte concluſionis ſolũ ſcđa ꝯditio
adeſt ⁊ nõ p̃ma.igit̃ ē inexcuſabilis caſus.
Maior probatur dupliciter. Primo quia
hoc vult papa in.c.nauigãti.in.§.ratione
hui⁹ ⁊c. Scđo ꝓbatur ſpecialiter de p̃ma
cõditione que tñ deeſt in caſu q̃rte cõcluſi
ſionis: quia in.c.in ciuitate.extra de vſurꝫ.
dicit papa illũ peccare q̃ mercē non valẽtē
tpe contractus vltra q̃nqꝫ libras vẽdit ad
terminũ ꝑ ſex libris niſi ipſe venditor dubi
tet an fuerit merx in illo termino valitura
ſex.hec ibi. Ergo a ꝯtrario ſenſu ſi non af-
fuit illõ dubiũ: puta q: veriſimiliter crede
bat ꝙ ĩ termĩo erat valitura ſex: nõ excuſa-
bit̃ a peccato. Dicendũ ad maiorē negãdo
eaʒ.q̃mo p̃ma ſola ſufficit. Siliter ſcđa ſo
la ſufficit ſeruatis tñ ſeruãdis in eo q̃ vult
ſibi refundi intereſſe lucri ceſſantꝫ. Ad pri-
mã ꝓbationē dicenduʒ ꝙ aut papa ibi in-
uoluit duos diſtinctos caſus etiã incõpoſ
ſibiles ſibi.⁊ p̃mo caſui annectit excuſatio
nem ſcꝫ rõne dubij.⁊ talis nõ eſt noſter ca
ſus q̃rte cõcluſionis.⁊ ſcđo caſui ſcđaʒ ſcꝫ
rõne intereſſe qđ patit̃ q̃ non erat in A vē-
diturus: ⁊ talis eſt noſter caſus. Aut ſi tñ
vnaʒ cauſã ponit: tũc capit vt conſecutiue
⁊ tũc ambe ille cõditiones cõcurrũt: nõ tñ
ambe neceſſario.ſʒ ſi prima adeſt cuʒ ſcđa
tũc ſcđa cõcurrit tanq̃ʒ faciens ad maioreʒ
excuſationeʒ modo tacto in reſpõſione ad
primũ argumẽtũ tactũ ſupra. Ad ſcđaʒ
ꝓbationē dicẽdũ ꝙ in.c.in ciuitate.loqui-
tur papa in caſu vbi venditor nõ patit̃ in-
tereſſe lucri ceſſantis: nec grauamen aliqđ
ex hoc ꝙ non ꝑmittit̃ reſeruare mercē vſqꝫ
ad terminũ ꝑ cui⁹ precio vẽdit.puta quia
parat⁹ erat vendere in ea: nec etiã ex hoc ꝙ
cogit̃ carere precio: et ipſm differre vſqꝫ ad
terminũ patit̃ intereſſe vel grauamen: ⁊ tñ
q: expectat p̃cium ideo vult habere mai⁹
preciũ q̃ʒ al's habuiſſet. Ille enim nõ excu
ſatur.quia tũc rõne dilationis vult habere
aliq̃d. Unde de tali vẽditore non potente
allegare intereſſe aliqđ: vult papa ꝙ nõ ex
cuſet̃: niſi vendẽdo ꝑ precio termini dubi-
tauerit veriſimiliter illõ preciũ termini fo-
re mai⁹ q̃ʒ fuerit tpe ꝯtractus.⁊ ꝑ ꝯſequēs
ꝙ illud nõ mouerit eũ ad vendendũ ad ter
minũ.hoc aũt non dixiſſet papa de alio q̃
patit̃ vnũ ex p̃dictis intereſſe: ſeruatꝫ tñ ſer
uãdis tactis q̃ſtione.xxx.

**Quinto** arguit̃. venditor peccat
ſi in A parat⁹ exiſtēs vē
dere vẽdat ꝑ p̃cio curſuro ĩ termĩo B: etiã
ſi veriſimiliter dubitet p̃ciũ in B futuruʒ
eſſe mai⁹ currẽte ĩ A: cui⁹ tñ oppoſitũ dictũ
eſt in ſcđa ꝯcluſione: ⁊ in ſolutiõe prime
ſcđi argumẽti. Aſſumptũ ꝓbat̃: q: talis vē
dens in dubio ⁊ exiſtẽdo in dubio neglig
tutiorē viã. Modo hoc ē peccatuʒ.igitur
peccat. Maior ꝑ p̃ma pte de ſe patʒ ex for
ma caſus.ſed ꝑ ſcđa pte ꝓbat̃: quia tutior
via eſſet ꝙ vẽdẽdo determinaret in A em
ptori p̃ciũ.⁊ nõ relinqueret ipſm pẽdere ex
euentu in B: de cui⁹ quãtitate dubitat: q:
determinãdo cert⁹ eſſet ꝙ nõ acciperet mai⁹
q̃ʒ ſit illud qđ currit in A: ſʒ vẽdendo ꝑ p̃
cio in B curſuro: ⁊ volẽdo illud accipe ex-
ponit ſe periculo accipiendi pl⁹ q̃ʒ ſit illud
qđ currit in A.cũ tamen ſolũ liceat ſibi ac
cipere tantũ quantuʒ in A currit.q: ꝑ illo
erat parat⁹ vẽdere.igit̃. Minor aũt ꝓbat̃:
q: dubi⁹ exiſtens dimittẽs tutiorē viam ex
ponit ſe periculo.modo q̃ amat periculuʒ
peribit in illo: ⁊ ſic peccat. Dicendũ negan
do aſſumptũ. Ad ꝓbationeʒ dicendũ per
duas diſtinctiones ꝙ duplex eſt dubiuʒ.
quoddam eſt iuris: quoddã facti. Exẽplũ
primi.dubitat quis de quodã cõtractu an
licitus ſit vt ſi quis dubitaret an ſit licitus

vendere illam rem ꝓ decē quaꝫ ſcit valere tm̄ nouē Exemplū ſcd̄i: aliquis ſcit ꝙ peccatum ē vēdere ꝓ maiori q̄ꝫ valeat: attamē dubitat an illud ꝓ quo vendit ſit maius vł non eo ꝙ vł neſcit eſtimationē hominū: et alia ex quibus valoꝛ mercis ꝑpēdit vel ex eo ꝙ nondū ſcit q̄ntuꝫ ſit illud eo ꝙ non ē determinatū: ſed pendet ex futuro. Exēpla etiam extra ꝓpoſitum poſſunt dari de illa diſtinctiōe. vt ſi quis dubitat an cognoſcere alienā ſit licitū: hoc eſt exemplū pꝛimi. ſi aūt non dubitat quin cognoſcere alienā ſit illicitū. ſed tamē dubitat an hec mulier quā vult cognoſcere ſit aliena vel ſua: hoc eſt exemplū ſcd̄i. Scd̄a diſtinctio. Dubium iuriſ eſt triplex ſcꝫ ꝓbabile equilibꝛe ꝛ improbabile. vel ſic: veriſimile neutrū et leue. His ſuppoſitis dicenduꝫ ꝙ maioꝛ eſt vera de dubio facti nō iuris ſaltē de ꝓ ſe. qꝛ ſtat ꝙ vēdens in ꝑdicto caſu ſciat bene ꝙ rem vēdere ꝓ maiori q̄ꝫ valeat ſit peccatū nec de hoc vllo modo dubitet. ſed tm̄ dubitat an ꝑcium ꝓ quo vendit ſit maius vel nō: ꝙ quātitas eius non eſt ſibi nota: ſed pēdet ex euentu futuro. Ad minorē dicendū ꝙ minoꝛ eſt vera de dubio iuris: et adhuc nō de qualicūq̄ꝫ tali. ſed tm̄ de ꝓbabili vel equilibꝛi. Unde ſi q̄s acturus eſt aliquā actionē ꝛ dubitat an ſit licita ꝛ dubiū eſt ꝓbabile: puta qꝛ plꝰ credit ꝙ nō ſit licita. vel ē equilibꝛe vel neutrū: puta quia non plus credit vnā partem q̄ꝫ aliā: talis nihilominꝰ agēdo eā peccat: quia neglectoꝛ ē ſalutis ſue ꝛ diuine offenſe deſpectoꝛ. Sed nō eſt vera de dubio iuris leui ꝛ improbabili ſi ſaltem regula intelligaꝛ ꝑceptiue: ſed eſt cōſiliū. imo nōnūq̄ꝫ ſalubꝛe eſt homini exiſtenti in tali dubio q̄d nō eſt niſi quidā leuis remoꝛſus ꝛ ſcrupulꝰ deſpicere id ꝛ contra ip̄m deſpiciendo agere ad conſiliū ꝛ directionē ſapientū ſm̄ Johem de gerſona. Si aūt minoꝛ intelligaꝛ d̄ dubio facti: dicendū ꝙ ſi ip̄m factū d̄ quo dubitaꝛ eſt circūſtantia cuiꝰ ꝑſentia depꝛauat actū: ꝛ ip̄e de eius ꝑſentia dubitet: non peccabit in tali dubio agendo actū: dūmodo dubium ſit ꝓbabile vel equilibꝛe: puta qꝛ magis credit ꝙ non aſſit q̄ꝫ ꝙ aſſit. Ad ꝓpoſitum applicando dicendū ꝙ ꝑciū aliquod eſſe maioꝛis valoꝛis q̄ꝫ ſit merx ē facti ꝛ taliter ꝙ eius ꝑſentia depꝛauat vēditionem factā ꝓ tali. Modo ſtāte caſu ꝯtra quē ꝓcedit quartū argumētuꝫ: vēditoꝛ nō credit ꝑcium in B futurū maius: imo dubitat veriſimiliter de hoc: hoc eſt potꝰ credit ꝙ non erit maius vel nūq̄ꝫ de hoc cogitat. ſed tm̄ eſtimat ꝙ erit equale. ideo illud eius dubiū non incuſabit eum ſed potius excuſabit.

## Coꝛrelariū

Ex inualida ē reſponſio tam glo. q̄ꝫ Panoꝛ. ad argumētuꝫ q̄d glo. facit i ꝑdicto capl'o in verbo dubitaꝛ. vbi glo. arguēdo dicit videꝛ ꝙ potꝰ in tali dubio abſtinendū eſſet a talibꝰ ꝯtractibus ꝓpter periculū. quādoq̄ꝫ eni aliqui fingunt ſe dubitare vbi dubitatio nō ē. ꝛ glo. reſpōdēdo tali argumēto dicit ꝙ relinquēdi ſint in talibꝰ ꝯſcientie ſue. Et Panoꝛ. dicit ꝙ glo. formaliter nō ſoluit. ideo ſpealiter ſoluēdo dicit ꝙ in dubijs debet q̄s abſtinere a tali cōtractu ex quo ad cōſcientiā ſuā ꝛ in foro anime debet fieri iterpꝛetatio potius ꝯtra eum: qꝛ illa pars ē benignioꝛ que ē tutioꝛ. ſed in foro cōtentioſo interpꝛetatio fit in benigniorē ꝑtem: ꝛ ita loquitur iſte textus. Hec ille. Sꝫ tam glo. q̄ꝫ Panoꝛ. deficiūt i ſua reſpōſione q̄ntupliciter Pꝛimo qꝛ ſolutio argumenti ꝯſiſtit i ſano itellectu illius dicti in dubijs tutioꝛ via ē eligenda q̄ de dubio iuris intelligiꝛ. Modo argumētū ꝓcedit d̄ dubio facti. ꝛ dato ꝙ regula etiā de dubio facti intelligeretur nō tm̄ niſi de ꝓbabili vel eq̄libꝛi dubio ꝑſentie illiꝰ cuiꝰ ꝑſentia requiriꝛ ad h̄ vt actꝰ ſit licitꝰ vel de ꝓbabili vel equilibꝛi dubio abſentie illiꝰ facti cuiꝰ abſentia requiriꝛ ad h̄ vt actus nō ſit prauꝰ. Modo caſus d̄ q̄ ꝓcedit argumētū nō fit cū tali dubio. ido ibi deberet radicitꝰ ſoluiſſe argumentuꝫ. Scd̄o qꝛ glo. ꝓ h̄ ꝙ dicit ꝙ relinquēdi ſūt ꝯſciētie ſue: nōdū reſpōdet ad argumētum qꝛ adhuc ſtat argumētū ad oppoſitū militādo ꝑ illā regulā etiā habētē locū in foro ꝯſcientie ſcꝫ. i dubijs ē tutioꝛ via eligenda adeo ꝙ ſtāte dubio de q̄ loq̄ꝛ illa regl'a nō ē q̄s etiā i foro aīe relinquēdꝰ ꝯſciētie ſue ſꝫ potꝰ ſi ē i tali dubio (de q̄ illa regl'a ꝑceptiue loq̄ꝛ) nō ē q̄s abſoluendus niſi deſerat illū actū de cuiꝰ iuſticia bonitate vel licētia vel de facti vel circūſtātie ꝑſentia vel abſentia (modo tacto) dubitat ꝓbabili vel eq̄libꝛi dubio. Tertio qꝛ non eſt verum ꝙ

Panoꝛ. dicit ꝙ q̄s in dubio debet abſtine
re a tali ꝯtractu. Nā ille ꝯtract⁹ ē ſimplici
ter licit⁹: vt ſatis pꝫ ex textu etiā in vtroqꝫ
foro. Sꝫ bñ verū ē ſi q̄s nō obſtāte deciſi
one pape dubitaret dubio ꝓbabili vel eq̄
libri de illo ꝯtractu an ſit licit⁹: deberet ab
ſtinere. Nec papa taliter dubitantē excuſa
ret. nec de illo ī dicto caplo loquit̄. loquit̄
enī papa nō de illo q̄ dubitat an ꝯtract⁹ q̄
vēdit in A ꝓ ꝑcio qđ incipiet in B ſit lici
tus. ſꝫ tm̄ de illo q̄ vēdendo ꝑdicto modo
ſolū dubitat an ꝑciū curſurū in B ſit futu
rū mai⁹ q̄ꝫ currēs nūc in A. Unde ſi i foro
ꝯſcientie venit vēditoꝛ q̄ fecit illū ꝯtractū
dicēs ſe in B recepiſſe pl⁹ q̄ꝫ ī A recepiſſet
nullaten⁹ tm̄ de hoc cogitauerat ꝙ deberet
ſic in B aſcēdiſſe ꝑciū: nec ille aſcēſus eum
mouerat: nō ē ille ꝯdēnādus: nec ē īterpre
tatio ꝯtra eū faciēda: qꝛ ī illo foro cuilibet
credit̄ ꝓ ſe ⁊ ꝯ ſe. Siłr etiaꝫ ī foro exteriori
ſi de cōmuni curſu nō fuit veriſimile apud
hoīes ꝙ fuiſſet ꝑciū futurū mai⁹ ī B q̄ꝫ in
A: nō ē ꝯdēnādus tāq̄ꝫ ꝓſupt⁹ vſurari⁹ q̄ſi
ideo vēdiderit ad ꝑciū termini vt rōne di
lationis haberet lucꝝ: imo ſi de ꝯſciētia ſua
diceret ꝙ nō credebat ꝙ ī B ſic fuiſſet aſcē
ſura merx ad illđ ꝑciū: tūc quātūcūqꝫ apđ
alios cōmuniter hoīes q̄ forte peritiores
eo fuerūt illđ fuiſſet creditū: nō eēt ꝯdēnā
dus ī foro ꝯſciētie tāq̄ꝫ q̄ vſurariū vel ini
quū ꝯtractū feciſſet. ſꝫ tanq̄ꝫ ille q̄ incaute
egiſſet illū ꝯctum faciēdo q̄ poſſet hr̄e ſpe
ciē mali. Uenit igit̄ defect⁹ illaꝝ reſponſio
nū ex ignorātia vł negligētia ꝑdicte dupli
cis diſtinctionis poſite de dubio. Quarto
deficit: qꝛ nō ē verum ꝙ ī foro ꝯſciētie illa
ps ſit benignioꝛ q̄ ſit tutioꝛ. Nā cōmuni
ter illa ps q̄ ī foro ꝯſciētie ē tutioꝛ: ē durioꝛ
ad ſuandū. Sicut ſtat⁹ tutiores ī hac vita
ſūt duriores. ſuare q̄ꝑpe ꝯſilia ⁊ ꝑcepta eſt
tuti⁹ ſꝫ duri⁹ q̄ꝫ ꝑcepta tm̄ ſuare. Soluēdū
ē igit̄ argumētū ſicut ſolutū ē ſupra. Ex au
tem glo. q̄ſi ꝯfirmādo argumētū dicit: qn̄
qꝫ enī aliq̄ fingūt ſe dubitare ⁊c̄. h̄ nihil fa
cit. qꝛ nemo dubitat q̄n ei q̄ nō dubitat: ſꝫ
tm̄ ſe fingit dubitare ſit abſtinēdum a tali
ꝯtractu. ſꝫ h̄ nō debet ꝑiudicare alteri qui
non fingit ſe dubitare. ſed vere dubitat q̄n
licere debeat ſibi ſic ꝯtrahere.

## Queſtio. LXII.

Utrū parato vēde
re mercē in A liceat eā vendere ꝓ ꝑcio cur
rēte ī A: nō obſtāte ꝙ ſciat vł ꝓbabilit̄ cre
dat ſtatim ſuperuēturas multas ꝯſiles mer
ces ad idē forū, ꝓpt̄ q̄ꝝ aduētū ꝓbabilit̄ cre
dit ꝙ decreſcet ꝑciū ſue merc̄ ⁊ emptoꝛ ſi
ſciret eaꝝ aduētū nō ita care emeret. Sub
hac q̄ſtione pōt cōꝑhendi etiā ſilis caſus
puta aliq̄s ex ordinatione ꝯcepta ī ꝯſilio
eoꝝ q̄ ꝑſūt reipublice: ſcit ꝙ frumētū cras
min⁹ valebit q̄ꝫ hodie. ideo vēdidit ignorā
tib⁹ illā ordinatiōeꝫ. ⁊ eodē modo reſpōdē
dū ē ad eū ſicut ad ꝑcedētē. Ad q̄ſtionē
igit̄ poſitā reſpōdēdo tāgūt̄ tres modi di
uidēdi. ꝑm⁹ ⁊ terti⁹ ſūt extremales: et ſcđs
eſt medius.

Primus modus dicēdi ē ſancti
Tho. i ſecūda ſcđe. q.
lxxvii. arti. iii. dicētis ꝙ ſic: qꝛ vēditoꝛ qui
vēdit rem ſcḋm ꝑciū qđ inuenit: nō videt̄ ꝯ iu
ſticiā agere: ſi qđ futurū ē nō exponat. ſi tm̄
exponeret vel de ꝑcio ſubtraheret abūdā
tioris eſſet virtutis: q̄uis ad h̄ non videat̄
teneri ex iuſticie debito. hec ille.

Scđs modus dicēdi habet tria di
cta. Primū: vēditoꝛ ī ꝑdicto
caſu nō peccat ſi certat tm̄ de dāno vitādo
ſiue emptoꝛ certet de lucro cōſequēdo ſiue
de dāno vitādo. Scđꝫ ideꝫ dicēdū ſi vtero
qꝫ certat ſolū de lucro ꝯſequēdo. Tertium
ſi vēditoꝛ de lucre ꝯſequendo ⁊ emptoꝛ de
dāno vitādo certat: peccat vēditoꝛ ī ꝑdicto
caſu. Exemplū ꝑmi. ꝑciū currēs ī A ē. x. et
ſtatim ī B curſurū ē. viii. ⁊ ſi vēditoꝛ vēde
ret ꝓ minori q̄ꝫ ꝓ. x. vt puta ꝓ. viii. ipſe non
haberet ſuū capitale qđ ꝓ merce expoſuit:
qꝛ merx dedit. ix. ſi eſt merx empta. Emptoꝛ
aūt etiā ſi ꝓ. x. emat poterit ſine dāno redi
ſtrahere ī alio loco vł tpe ꝓ. x. ⁊ ſic rehabe
bit capitale: lꝫ nō poterit ꝯſequi lucꝝ vł
etiā nō poterit reuēdere ꝓ. x. ſꝫ ſolū ꝓ. ix. vł
viii. ⁊ ſic patiet̄ dānuꝫ. Exēplū ſcđi. ſuppo
ſito caſu ꝑmi exēpli: ſi vēditoꝛ vēdēdo ꝓ. x.
ꝯſeq̄t̄ tā ſorteꝫ q̄ꝫ lucrū ⁊ emptoꝛ emēdo ꝓ
x. nullū dānū incurrat. qꝛ reuēdēdo pōt re
habere in alio loco vel tpe. x. ſed ſolum nō
aſſequat̄ lucrū. Exemplum tertij. vēditoꝛ
etiā ſi ꝓ. viii. vēderet: nullū damnū incurre
ret: imo rehaberet capitale. qꝛ ipſe emerat
ꝓ. viii. ⁊ tm̄ emptoꝛ emēdo ꝓ. x. nō poſſet re

habere capitale.ſʒ ꝑtez capitalis perderet. Ratio pmi dicti forte eẽt. quia ſi neceſſe ẽ me vel pximũ incurrere dãnũ in illo caſu: modo licitũ ẽ mihi me eripe de dãno :etiã ſi alt' incurrat:qꝛ ordinata charitas icipit a ſeipa. Ratio ſcdi. qꝛ ſi neceſſe eſt:aut me aut pximũ nõ aſſequi lucrum: licitum eſt mihi meipm pmouere ad aſſecutionez lucri:pximo neglecto. Ratio tertij. qꝛ cũ alterius iactura null' debet locupletari.dãnũ aũt emptoris eſt eius iactura.ꝛ venditorez cõſequi lucrũ eſt euz locupletari .igiť non licet venditori velle cõſequi lucrũ cum dãno emptoris. Sed aliter videť dicendum ideo poteſt poni

Tertius modus dicẽdi ꝑ quattuor dicta. Primuʒ.caſus ſm titulum q̃ſtionis eſt venditori illicitus ſiue ſcientia vẽditoris ſit certa ſine formidine de oppoſito :ſiue ſit probabilis tñ. Probať dupliciter. Prima probatio ꝓbãdo poſitum ſimul etiam ꝓcedit cõtra primum modum dicendi ſic. Illicitũ eſt mercem vendere in A ꝓ precio maiori q̃ ſit valor mercis in A: cuius precij minoritatez venditor ꝓbabiliter credit vel credere debet. Modo ſtante caſu queſtionis venditor ꝓbabiliter credit vel ſaltem credere debet ꝓbabiliter ꝙ p̃cium currẽs in A ẽ maius q̃ ſit valor mercis in A.igiť illicitũ eſt ſibi predicto modo vendere. Maior ꝓbatur:quia eſt contra iuſticiam cõmutatiuaz ꝛ patet illa maior ſufficiẽter ex deductis in queſtione.lxij.in cõcluſione prima. Dico notanter in maiore .vł ſaltem credere debet.ꝙ ſi nõ crederet p̃ciũ illud eſſe maius ꝛ tamen haberet ꝓbabilez occaſionem id credendi:quã tamẽ nollet aduertere:nõ ꝓpter hoc excuſaretur ſi dicat nõ credebam ꝙ eſſet maius.nam ille eſt in ignorantia affectata vel craſſa que non excuſat:imo incuſat.ꝛ affectata equiparať ſciẽtie.et craſſa cum ſit lata culpa equiparatur dolo. Dico ꝓbatur:quia valor mercis decreſcit ex ſuperabundãtia mercĩu in illa regione ſicut eius valor creſcit ex defectu: adeo ꝙ merx cuius adeſt copia in regione non eſt tanti valoris quãti eſſet ſi penuria eius adeſſet. Modo ſtante caſu q̃ſtionis:eſt copia mercis quã venditor habet vanalem in A ĩ illa regione.ꝛ ſi non eſſent ſupuenture :eſſet eiuſdem penuria ꝛ defectus:ſaltẽ cõparatiue.p̃cium autẽ qḋ in A currit pro merce puta decẽ:non curriť ꝓ A niſi ſuppoſito ꝙ non aſſint in illa regione multe cõſimiles merces eo ꝙ q̃ primum ſupuenient multe merces cõſimiles p̃cium currens erit ſolũ octo.ꝛ hoc ipe etiã credit per caſũ queſtionis.igitur ſi exigat pro merce preciuz currens in A ſcʒ decẽ.exiget tantũ p̃ciũ quantum probabiliter credit eſſe maius valore mercis.aut ſi non credit:debebat tamen illud credere eo ꝙ credit ꝙ ſi ſcirent emptores p̃dictum aduentũ:nullaten' darẽt decẽ Et ſi hãc ꝓbationez dupliciter euadere velis .puta primo dicẽdo ꝙ q̃uis ſtãte caſu queſtionis multe cõſimiles merces aſſint iam in regione:tamẽ nõdũ ſunt in loco vẽditionis:ſʒ illuc ſunt affuture.ꝛ ſic in illo loco nondũ eſt copia ſed penuria.igiť vendere poterit pro decẽ que ſunt preciũ mercis ibi vbi cenſeť non eſſe eius copia. Contra non ſoluʒ copia mercium que aſſunt ĩ particulari loco venditiõis facit decreſcere valorem: ꝛ per ꝯſequens precium mercis:ſʒ etiam copia earũ que aſſunt in regione: qꝛ lʒ diſtent a particulari loco:tamen qꝛ parũ diſtant nihil diſtare videť.idõ quaſi pro p̃ſentibus habeť. Et q̃uis verũ ſit ꝙ copia mercium que ſoluʒ ſunt preſentes regioni ꝛ abſentes loco particulari vẽditionis:nõ in tantũ poſſit facere decreſcere valorez .et ꝑ ꝯſequens preciũ merciũ quantũ faceret ipm decreſcere copia earundẽ:ſi eſſent etiã preſentes particulari loco. Nec quaſi preſentia in tantũ efficere poteſt quãtũ perfecta preſentia. Attamẽ aliq̃d vel in aliquãto facit ipſum decreſcere. Modo caſus q̃ſtionis ſupponit ꝙ precium currens in A ſcʒ decẽ:non currat niſi ſuppoſito ꝙ conſimilium mercium copia nec ſit in illo particulari loco: nec etiam ſit quaſi ibi vel ꝓpe ſeu in via adueniendi ſeu in regione:quod patet:quia ſupponit ꝙ ſi emptores particularis loci ſcirent vel crederent conſimiles merces eſſe ꝺ prope ſupuenturas:nullatenus decem darẽt ſed minus. Et q̃uis quando in effectu fierent preſentes valerẽt octo.ꝛ ita cuʒ nondũ ſint in effectu preſentes.ideo ĩnert Johis lʒ rationabiliť poſſet vẽdi ꝓ pluri q̃ ꝓ octo: eo ꝙ copia merciũ nõdũ eſt poſita in effectu p̃ſẽs illi loco: ſʒ

ſolum q̄ſi pſens. ⁊ forte pbabiliter tñ cre-
dita affutura ⁊ p certo nõ ſcita affutura et
ꝑ ꝯſequẽs aliqualis dubieta s: ſꝫ leuis ad
eſt q̄ facit etiã ꝙ in aliquo poſſit aſcẽdi vl-
tra octo ſicut ⁊ dubietas facit augeri valo
rem mercis: tñ nõ poterit vẽditor aſcẽdere
vſq̄ ad decẽ. Si ſcd̃o velis euadere: dicẽ-
do ꝙ q̄uis ſit iam maior copia illꝰ mercꝫ
in regione: ⁊ etiã illa copia q̄ſi ſit i illo pti-
culari loco: tñ illa copia latet emptores il-
lius loci. ideo taliƀ poterit vẽdere p p̄cio
tali qd̃ dareť p ea acſi nõ eſſet talis copia.
Hoc inq̄z non valet qd̃ dupliciter patet.
Primo: q: copia ⁊ defectus merciũ iuſtifi
cat de ꝑ ſe valorẽ mercis: ita ꝙ i quãtificã-
do non depẽdet a noticia hominũ: ita ꝙ ſi
cut ꝓpter noſtrũ affirmare vel negare nihil
mutať in re: ſic ꝓpter ƀ ꝙ emptores illꝰ lo-
ci ſciũt vl' ignorant ſupueturas alias mer
ces nõ mutať valor mercis: ſicut nec ꝓpter
noſtrã noticiã vel ignorãtiaꝫ mutať copia
⁊ penuria q̄ntificãs illuꝫ valorẽ. Scd̃o ꝙ
ſi pdicta latẽtia aliq̇d faceret ꝯtra effectũ p̄
dicte pbatiõis: ⁊ p excuſatione vẽditoris:
tũc ſi i pdicto loco vẽditiõis eẽt actu mul-
ta copia merciũ q̄ tñ aliquẽ ſimplicianuꝫ
vel inconſideratũ emptorẽ lateret: q̇ crede
ret ibi eẽ defectũ illꝰ mercis. ⁊ ꝑ ꝯſequens
eſtimaret eã p decẽ q̄ tñ ꝓpter copiã in re p̄
ſentẽ nõ valet niſi octo: liceret vẽditori illi-
us mercis tali emptori vendere p decẽ: qd̃
ẽ falſũ. Et ſi dicis nõ ẽ ſimile eo ꝙ i caſu
illꝰ incõſiderati emptoris vel ſimpliciani
de facto illa octo currũt vt p̄ciũ cuiꝰ curſũ
trãſcẽdere nõ debet. ſꝫ i caſu q̄ſtiõis nõdũ
currũt. viij. vel. x. ſꝫ. x. ideo vſq̄ ad. x. aſcen
dere põt. Nõ valet illa aſſignatio diſſimi-
litudinis: q: ꝙ i A currũt. x. vt p̄ciũ ẽ ex ig
norãtia ⁊ errore emptoꝝ illꝰ loci apd̃ q̄s
nullatenꝰ illd̃ p̄ciũ curreret ſi pbabiliter
crederent de ꝓpe eſſe multitudinẽ ꝯſimiliũ
merciũ: errãs aũt ⁊ ignorãs nõ conſentit:
imo vt ſup̄ habituꝫ ẽ. q. lvj. ſi rectores rei
publice aut cõmunis taxarẽt p̄ciũ merciũ
⁊ taxando nimis aſcẽderẽt ex ſtulticia vel
ꝓprij lucri cupiditate ſeducti non excuſareť
vẽditor q̇ ſm illã taxã etiã currẽtẽ vẽderet
credẽs vel credere debẽs eẽ nimis magnũ
p̄ciũ. Et ſicut i caſu q̄ſtionis tota cõmuni-
tas errat ⁊ ignorat: ideo dat. x. ſic in caſu p̄
dicti incõſiderati ſimpliciani pticularꝫ em

ptor errat ⁊ ignorat: ⁊ apud eũ currit p̄ciũ
x. ideo etiã nec tũc excuſať vẽdens tali ſim
pliciano p. x. Cõfirmať. ſicut ꝯtingit mer-
cẽ extrinſice meliorari ꝑ ƀ ꝙ cuncte ꝯſiles
pereunt: ⁊ ipſa manet ſola q̄ tñ intrinſice in
nullo ẽ meliorata ſꝫ forte peiorata: ſic ꝯtin
git eandẽ ex affluẽtia multaꝝ ſimiliũ effici
defectuoſã extrinſice lꝫ itrinſece nõ ſit peio
rata ſꝫ forte meliorata. Modo q̇ vẽdit ſciẽ
ter mercẽ defectuoſã p p̄cio acſi nõ eẽt de-
fectuoſa: peccat ⁊ teneť reſtituere ptẽ illã q̄
excedit valorẽ. ſic aũt fit i caſu q̄ſtiõis. igiť.

Scd̃o ſpecialiť reprobať ſcd̃s modus
dicẽdi. Nõ ẽ licitũ facere ꝯ iuſticiã cõmu-
tatiuã vel vẽdere rẽ p maiori q̄ valeat. etiã
ſi vẽdẽs id faciat p ſuo dãno vitãdo vel lu
cro ꝯſequẽdo: ſi ƀ cedit in dãnũ emptoris.
Nec etiã ſi id faciat p lucro ꝯſequẽdo: etiã
ſi id nõ cedat i dãnũ emptoris: ſꝫ ſolũ i ceſ-
ſationẽ lucri emptoris. Modo in pmo di
cto ſcd̃i modi dicẽdi vẽdiť res pmo modo
⁊ i ſcd̃o vẽdiť ſcd̃o modo. igiť illicita ẽ tal'
vẽditio. Maior pbať. q: da oppoſitũ: tũc
liceret ei q̇ tpe defectꝰ ⁊ cariſtie alicuiꝰ mer-
cis emiſſet illã cariſſime: ⁊ inundãtia facta
earũdẽ vellet etiaꝫ vẽdere cariſſime ne ali-
q̇d de ſuo capitali ꝑderet: vbi is qui ab eo
emeret incurſurꝰ eẽt dãnum. Aut ſi id face
ret vt ꝯſeq̄reť lucrũ: etiã ſi emẽs ab eo nõ i
curreret dãnũ. ſꝫ rehabere poſſet capitale.
attñ lucrũ nõ poſſet ꝯſequi: ſꝫ gratis ſuas
opas cogereť impendiſſe. Et ſi dicas mer
cator i taxando valorẽ mercꝫ ſue põt inter
alia q̄ faciũt aſcẽſũ i p̄cio etiã ꝯſiderare dã
na q̄ ipſe ꝑpeſſus eſt vel ꝑpeti põt vacãdo
officio merçature: vt patuit. q. lvj. igiť etiã
cũ nũc patereť dãnũ ſi nõ vẽderet p p̄cio i
A currẽte: põt illd̃ dãnũ velle ſibi refundi
⁊ ꝑ ꝯſequẽs cũ nõ poſſit ſibi refundi nõ vẽ
dat p p̄cio currẽti A: ſuppoſito ꝙ vendẽdo
certet de dãno vitãdo: ſeq̇ť ꝙ ſaltẽ i tali ca
ſu ſcꝫ pmi dicti ſcd̃i modi dicẽdi poſſet vẽ
dere p. x. Dicẽdũ nõ debet q̄s velle bis vl'
dupliciter vel amplꝰ ſibi refundi idẽ dam
nũ. modo ipſe in prioribꝰ mercatiõibꝰ eo ca
rius vendidit merces: quatenus ſi aliqua
dãna in futuro ſibi emergerent ratione illi
us officij ſine ſua culpa illa ſibi refũdi poſ
ſent. ⁊ idem faciet in poſterioribus merca
tionibꝰ. ſi igiť etiã nũc vellet illud ſibi inte
graliter refundi vt ſcꝫ nullũ penitꝰ dãnum

nunc ſuſtineret:tunc idem ſibi multiplicio-
ter vellet refundi. Vñ etiam ſi hec replica
aliquid ↄcluderet:tunc etiam in caſu quo
ſolum certat venditor de lucro captãdo et
emptor de damno vitando: poſſet vẽdere
p decẽ.quia vẽditor poteſt inter taxanduz
mercẽ ſuam etiaz conſiderare lucra ceſſan-
tia.puta ꝙ ſepe operas ſuas gratis impẽ-
dit.⁊ ſic etiã nunc poſſet illud ſibi velle re-
fundi.⁊ tamẽ non refunderet ſibi nunc niſi
vẽderet ꝑ decẽ: qḋ tamen met negat ſcḋs
modus dicendi. Scḋm dictũ. Idez ca-
ſus queſtionis eſt illicitus ſi vẽditor lꝫ nõ
ſit in credulitate ꝓbabili eſt tamẽ i dubio
equilibri de predicta affluẽtia mercium et
deſcenſu precij.probat̃ quia tunc venditor
exponit ſe equilibri periculo violãdi iuſti-
ciam cõmutatiuã.nam ſi eſt in tali dubio:
ſic eſt etiã in equilibri dubio an ne illa de-
cem que exigit ſint p̄cium nimis magnum
vel non.igit̃ in tali dubio exiſtens tenetur
eligere tutiorẽ viam ſcꝫ aut non vẽdere:aut
vendere ꝑ minori q̃ꝫ ꝑ decẽ.non tamen vi-
detur teneri ad vendendum ꝑ octo:quia ſi
la equilibris dubietas facit vt merx ſua ſit
carior q̃ꝫ ſi eſſet certitudo etiaz probabilis
mi de illaruz mercium ſuꝑuentu ⁊ deſcenſu
in precio illius mercis. Huic tertio modo
dicendi q̄ ad hec duo dicta accedit qḋ Lu
dovicus roman⁹ in ſuis ſingularib⁹ dicit
de ſimili caſu annexo i principio hui⁹ que-
ſtionis. Dicit eni ꝙ illi qui emerũt frumẽ-
tum contra talem venditorẽ poſſunt agere
ad intereſſe ẽm Guilh. p.l. fraus ⁊.l. ↄtra
legẽ.ff.de legi.⁊ placet Bar.in.l. quero.ff.
de ac.emp. Et Bal.in.l.ij.de peri.⁊ cõ.rei.
vẽdi.⁊ ibi ſic dicit. Plane ſi intelligeret vẽ
ditor nõ duraturã bonitatez vſqꝫ ad diem
quo tolli deberet nec ammonuit emptorẽ
tenebitur.hec ille. Et q̃ꝫq̃ꝫ dici poſſit ꝙ illa
lex loquat̃ de vino diſpoſito ad corruptio
nem:⁊ ſic non habet ſuam bonitatẽ intrin-
ſecam.⁊ ideo vendens tale vinũ ac ſi habe
ret bonitatẽ intrinſecã: tenet̃ ad reſtitutio-
nem. ſecus i caſu predicto vbi retinet eãdẽ
bonitatẽ intrinſecã lꝫ extrinſecã ſit res per-
ditura quãtocit⁹. Nam ita eſt cõtra chari-
tatem fraternitatis rem vendere pluris q̃ꝫ
requirat eius bonitas extrinſeca:ſicut q̃ꝫ re-
quirat ei⁹ intrinſeca bonitas .ideo ſi ille te
net̃ peccat qui rem cuius ĩtrinſeca boni-
tas eſt ſtatim corrũpenda vendit ac ſi non
eſſet ſtatim corrũpenda:tunc idem eſt dicẽ
dum ſi vendit rem cui⁹ extrinſeca bonitas
eſt ſtatim corrũpenda ac ſi non eſſet corrũ-
penda.valor enĩ rei non pẽdet ⁊ eſtimat̃ ex
vtraqꝫ bonitate vt patꝫ q̃ſtione .lvj. Ter
tium dictũ.multũ vituperabiles ſunt illi
mercatores q̄ ſtudioſe laborant ad hoc vt
ſciant ſi affutura ſit abundãtia merciũ con
ſimiliũ ſue merci:vt ſic anteq̃ꝫ i effectu po-
natur illa abundãtia aut anteq̃ꝫ inoteſcat
emptorib⁹ ſuis ipſe vendat ſuas pro precio
currenti ac ſi illa inundantia non eſſet affu
tura: quales eſſent illi qui in venetijs aut
alio cõſimili loco ad quẽ affluunt merces
haberẽt notos qui eis cum affutura eẽt af
fluentia merciũ puta ſpecierũ vel ſimiliuꝫ
hoc anno ſignificarẽt illã:quaten⁹ ipſi ſuas
quas in alijs locis habent:ſtatim vendant
precio cariori cum p̄iudicio illorũ qui ab
eis emũt qui poſtea reuẽdendo non pote-
runt acquirere capitale. Ratio aũt illi⁹ di-
cti eſt:quia illi ſtudent ad faciendũ ſciẽter
cõtra iuſticiã cõmutatiuã: ⁊ per ↄſequens
vituperabiliores ſunt illis qui ſciẽter faci-
unt contra eã non ad hoc ſtudẽdo:puta qꝛ
nõ laborãt ad ſciendũ illam inundãtiã af-
futurã.ſed illa eis al's innoteſcit ꝑ accidẽs
ſine eoꝝ ſtudio ad hoc adhibito. Per hoc
tamen non cõdemnant̃ illi qui conſiderãt
diſpoſitionẽ vinearũ ⁊ ſatorũ: vt ẽm illoꝝ
diſpoſitionẽ vendãt ſua vina vel blada:ne
diuti⁹ retinendo cogant̃ vendere ꝑ viliori
p̄cio.quia vẽdendo ꝑ nunc p̄cio currẽti vẽ
dũt ꝑ illo qḋ eſt taxatũ nõ ex errore vel ig-
norantia illius diſpoſitiõis: qꝛ non ſolum
ipſe nouit eam cũ illa diſpoſitio ſit notoria
toti regioni.⁊ ſic non verſat̃ venditor i do
lo. Quartũ dictũ:ſi venditor non ſciret
eas ſuꝑuenturas:nec etiã ꝓbabiliter crede
ret:imo ꝓbabiliter dubitaret de illo ſuꝑuẽ
tu. Aut ſi ꝓbabiliter crederet aduentũ: nõ
tamẽ ꝓbabiliter crederet:nec rationabileꝫ
cauſaꝫ haberet credendi p̄cium ob hoc de-
ſcenſurũ: etiaꝫ ſi iam eſſent p̄ſentes nõ pec
cat vendendo etiã pro decẽ.qꝛ tunc habet
ꝓbabilem credulitatem ꝙ merx ſua ſit i il-
lo loco ⁊ regione cũ defectu ⁊ penuria. igi
tur ꝑ decẽ vendere poterit q̄ ſunt ꝑ caſum
iuſtũ p̄ciũ illi⁹ mercis quãdo deficit ibi ⁊ i
illa regione.igit̃.

Contra tertiũ moduʒ dicendi arguitur.ſi eſſet verꝰ ſequeretur ꝙ ſi vẽditori nihil omnino innotuiſſet d̃ p̃dicta affluẽtia merciũ vł ꝓpinq̃ deſceſu ſue mercis i p̃cio.⁊ ſic bona fide ſ᷑m curſũ fori vẽdidiſſet ꝓ decẽ.⁊ ſtatim videret oculis ſuis illã affluentiaʒ merciũ.⁊ deſcẽſum p̃cij vſq₃ ad.viij.ꝙ ipe lʒ non peccaſſet vendendo ꝓ decẽ: tñ poſtq̃₃ cõperiret p̃dicta: deberet reſtituere aliq̃d d̃ p̃cio ꝑcepto:puta vnũ vel duos:ita ꝙ ſolũ recepiſſet nouẽ vel octo.ↄſequens eſt incõueniẽs.ſequela ꝓbatur.qꝛ vendens ꝓ p̃cio excedente valorẽ mercis ⁊ faciens hoc ex bona fide ⁊ ꝓbabili ignorãtia illius exceſſus:lʒ excuſet a peccato tpe vẽditionis:tamẽ ſi poſtea cõperit illũ exceſſũ:debet reſtituere vt patuit q̃ſtione.lvij.Q᷑ autẽ conſequens ſit inconueniens patet:quia ſi cõſequens eſſet verum tunc etiã ille deberet reſtituere cẽtũ vł paulo minꝰ qui hoc ſero emiſſet.c.omas.p.c.floreñ.(ſicut ⁊ curſus fuit hoc ſero) ſi cras mane valerent.cc.floreñ.eo ꝙ mane cũcte florentes vinee perierunt frigore et pruina.ſequela probatur:quia in ſero venditionis verum erat dicere ꝙ cuncte florentes vinee erant periture.⁊ ꝑ conſequens vina empta illo ſero valuerũt in re idẽ qḋ cras erant valitura:quia ſi ſero ĩnotuiſſet hominibus:nemo vendidiſſet centũ omas ꝓ cẽtũ floreñ.ſed.cc.vel paulo minori.Dicẽdũ negando ſequelã:quia nõ eſt ſimile ad caſum q̃ſtionis:quia in caſu argumenti tam venditor q̃₃ emptor ignorauit valorẽ mercis ex ignorantia affluentie vel copie mercium.ſed in caſu q̃ſtionis emptor ignorauit ⁊ venditor agnouit valorẽ merc.Et ſi replices dicendo.hec diſſimilitudo q̃uis obſtare poſſit q̃ ad culpã incurrẽdã ꝑ vnũ ſcʒ ſcientẽ:⁊ non ꝑ aliũ ſcʒ per ignorantez:tamẽ non obſtat quo ad hoc q̃n vterq₃ deberet reſtituere eo ꝙ non ſolus ille venditor q̃ ſcit deſcenſũ precij mercis.ſed etiaʒ q̃ ignorat eum:recepit aliquid exceſſiuũ ab eo:qui ignorans ⁊ errans:⁊ per ↄſequens non cõſentiens tradidit illud.Dicendũ ꝙ illa diſſimilitudo obſtat etiam quo ad obligationẽ reſtitutionis.⁊ hoc per illã viaʒ.nam ſi vterq₃ ignorauit affluentiã merciũ:⁊ per cõſequẽs diminutionẽ valoris mercis:⁊ deſcẽſum in p̃cio:⁊ ita emptor videatur ſaltẽ habitu non conſenſiſſe in traditionem tãti precij:tamẽ emptor in caſu vbi tam ipe q̃₃ venditor ignorant affluentiã.⁊ ſic bona fide fecerunt contractuʒ debebat conſentire vt tradito precio ſit facta plena tranſlatio dominij illius precij in venditorem.⁊ hoc illa ratiõe.quia ſicut princeps pro bono pacis ſtatuere poteſt:⁊ de facto ſic ſtatuit:vt etiam res alienã fiat mea ſi cõpleta ſit preſcriptio bona fide:adeo ꝙ eaʒ reſtituere non teneor:ſic pro bono pacis ⁊ tranquillitate humane cõuerſationis hoc inducere poteſt conſuetudo ꝙ vbi bona fide q̃s vendidit rem pro p̃cio currenti qḋ ẽ in re exceſſiuũ ꝑpter affluentiã ſimiliũ mercium quaʒ ipe ignorauit nec ſcire tenebat vel etiã ſciuiſſe non potuiſſet humana via eo ꝙ aut illa affluentia fuit ex ſecretis nature vel ſpeciali dei ordinatione.⁊ ſic ignorauit valorẽ mercis ex illa cauſa non teneatur venditor reſtituere aliquid de p̃cio q̃₃uis cõperiat ſe recepiſſe plus q̃₃ valuerit lʒ non plus q̃₃ cõmunis curſus eſtimabat valere:quẽadmodũ ſupra q̃ſtione.lvij.cõcluſione quarta in fine huiꝰ ſimile habitũ fuit de vendente rem ꝓ pluri q̃₃ valeret vbi plꝰ eſt intra latitudinẽ iuſti precij:lʒ nõ ſit preciſe equale valori mercis:eo ꝙ nõ poterat tunc humana via attingere per intellectũ p̃ciſum valorem mercis.⁊ tamẽ ſecus fuit dictum de vẽdente ꝓ pluri qḋ eſt extra latitudinẽ iuſti precij:⁊ id ſciuit vel ſcire potuiſſet ſi voluiſſet.Sed nõ ſic eſt in caſu queſtionis:vbi venditor ſciebat defectũ valoris mercis eo ꝙ ſciebat affluẽtiã.⁊ ſic i dolo fuit vendendo ꝓ tanto quãtũ non valebat merx in ſua cõſcientia quã habuit vel habere debebat ratiõe affluentie ſibi note.ideo nõ ſolũ culpã incurrit verſando i illo dolo:ſed etiã meret vt nõ efficiat dñs illꝰ ꝑtis in qua p̃ciũ ẽ exceſſiuũ:ſed ꝙ reſtituere teneat.Nec ↄſuetudo ratificat vt dominij trãſlatio in taliter verſante dolo habeat effectũ ſuum.Et ſi iterũ replices emptori qui emit a ſciente talem affluentiaʒ:conſuetudo non dat actionem contra venditorem niſi ſit deceptus vltra dimidium iuſti precij.imo etiam non ſi ſit vltra dimidium iuſti p̃cij deceptus eo ꝙ dolꝰ ei latet puta qꝛ illa affluẽtia latuit oẽs emptores illꝰ ciuitatis.⁊ per conſequẽs videt vẽditor

non ſe meri tanq̄z non fuerit in dolo vēdendo ſm opinionez ipſius met ciuitatis: et de facili dicere poſſet ſibi non innotuiſſe illā affluentiā. Uel ſi ſibi īnotuit ꝙ non fuit ſibi ꝓbabiliter certuz an illa affluentia ꝛ deſcenſus in p̄cio ſortiretur talem effectū. igitur ꝯſuetudo ratificat trāſlatiōez dominij. Hoc inq̄z nō ſequit̄: ſicut in ſili nō ſequit̄: non dat actionez dolum paſſo contra verſatum expreſſe in dolo: vendendo ꝓ pluri q̄z iuſtum ſit tam a parte rei q̄z etiam ſm curſum ꝛ eſtimationē hoīuz dūmodo non ſit exceſſus vltra dimidiū iuſti p̄cij. igitur ipſe doloſus efficit̄ dn̄s illi⁹ pluris q̄n ī foro ꝯſciētie nihilominus reſtituere debeat. imo videt̄ ꝙ ſicut ꝯditori iuris ciuilis nō licuit ſtatuere ꝙ p̄ſcriptio malefidei ſit effectualiter trāſferēs dominiū rei ī p̄ſcribētē: ꝛ h̄ ideo: q2 illō ſtatutū fuit nutriēs pctm̄: hoc q̄d ſit de hoc an ſcz ne hmōi ſtatutū habuerit effectū illi⁹ trāſlatiōis: ſic etiam illa ꝯſuetudo non eſſet rationabilis nec ei⁹ obſeruantia licita q̄ transferret dominiū illi⁹ exceſſiue p̄tij in venditorē ſic doloſum. q2 nutritiua eſſet peccati. Correlariū. ſi q̄s ſol⁹ ex diuina reuelatiōe ſciret poſt mēſem iminere ciuitati huic obſidionē ob quam bona ciuitatis hui⁹ (vt pecora ꝛ hmōi) redigenda eſſent ad p̄cium vile ꝛ paruū: ꝛ tn̄ nunc eſſent cariſſima: non poſſet ille ſana cōſciētia vēdere ea ꝓ p̄cio nūc currēn. Et ecōtra, ſi q̄s tp̄e obſidionis ciuitatis hui⁹ cuz panes ꝛ frumenta eſſent cariſſima: ſciret ex diuina reuelatiōe cras ꝓpter ſolutionē obſidionis ciuitatꝫ redigēda ad paruū p̄cium: non poſſet hodie frumēta vendere ꝓ p̄cio hodie currēti. Et ſic Heliſe⁹ ꝓphe. tp̄e obſidionis ſamarie: q̄n adeo inualuit fames ꝙ quarta p̄s cabi de ſtercore columbarū. id eſt de granis comeſtis a colūbis ꝛ repertis in veſica gutturis eaꝝ vendebat̄ q̄nq3 argēteis: non potuiſſet etiā totum cabū vendidiſſe tanti illo tempe quo dicebat ꝓphetando: cras modi⁹ ſimile vno ſtatere. Similiter ſi illuſtris princeps ob cui⁹ curie p̄ſentiā domus ſūt hic care hoc tempe: eſſet tranſlatur⁹ curiā poſt menſem alibi: ꝛ aliq̄s ſolus id ꝓ certo ſciens ideo vēderet domū ſuā nunc caro p̄cio: cum tamen ſciat ꝙ ſi emptores ſcirēt trāſlationez curie de ꝓpinquo iminere: nullatenus tātū darent. Ad argumētuz p̄me opinionis dicendū: ꝙ venditor vendēs ſm p̄ciuz q̄d inuenit ſi neſciat p̄ciuz eſſe exceſſiuū ꝛ credat curſū illum nō venire ex errore nō peccat: etiaz ſi in re eſſet error. ſecus aūt vbi ꝓbabiliter credit vel credere debet p̄ciū eſſe exceſſiuū ꝛ cōmunitatē errare ī illo precio ex cauſa quā ſi ſciret cōmunitas nullaten⁹ daret tātū. Ad rōnes ſcđe opinionis dicendū ꝛ p̄mo ad rōnem primi dicti: ꝙ aſſūptum eſt verū q̄n id fit ſine illatiōe iniurie ꝛ iniuſticie ipi ꝓximo: puta ſi neceſſe ē me vel ꝓximum in fluuio aliquo perire: poſſū me eripere: eo ibi dimiſſo. ſecus q̄n id non fit ſine illatione iniurie: vt puta ſi euadere non poſſum: niſi eo deiecto de tabula in q̄ euadere poſſet ꝛ quā ipe ante me apprehēdit: ego tabule adherere velim. vl' ſi tyrān⁹ dicat. aut occide ꝓximuz tuum aut faciā te ꝑ eum vel aliū occidi: nō ob hoc liceret mihi ꝓximum occidere. Vn̄ Joh. Ger. in floribus ait. Nunq̄z ꝓ ſaluādo vitam ſuā corporalem ſunt innoxij via facti a ſe perimēdi. vt ſi nō aliter euadere poteſt q̄s ſe perſequentē q̄z cōterendo paruulos viā obſidētes: mors eſt poti⁹ expectanda. ita dum q̄s eſt ī extrema famis neceſſitate: non debet a ſiliter famelico panē neceſſariū extorquere. Hec ille. Modo ſic eſt hic: naz exigēdo ab emptore inſcio p̄ciuz excedens occaſionem dāni dat eidem. Ad rōnem ſcđi dicendū ꝙ aſſumptū eſt verū quādo id fit ſine iniuria ꝓximi: vt ſi q̄s indifferens ſit ad emenduz a me vel a vicino meo ꝛ ego emptorem allicio vt emat a me ꝛ ſic lucrer nō iniuriando in vllo meo vicino: nō pecco. ſecus ſi id fiat cum iniuria ꝓximi vilipēdēdo merces ſuas aut detinendo vicinū ligatum ne poſſit tenere forū rerū ſuaruz. Et lȝ tertiū dictuz ſcđi modi dicendi ſit verum: tamē ratio ad id adducta eque poſſet ꝯtra primū dictū duci. Naz quē vitare damna eſt eum locupletari cuz non minor viri⁹ ſit querere q̄z parta tueri. igit̄ etiaz non debet quis cum alteri⁹ iactura velle ſua dāna vitare. Inter has tres opiniones eligat̄ q̄ plus videat̄ rationi conſona. Nam prima videt̄ latior et minor: ſcđa equior: tertia lȝ videatur durior: tamē videt̄ de rigore verior. Uide etiā aliq̄ ad hāc materiā cōducentia ſup̄ q̄ſtione. xxxvj. exemplo ſexto.

Queſtio, LXIII.

# Utrũ parato emere

merce͂ i A: liceat eã emere ꝑ ꝑcio currẽti in A nõ obſtãte ꝙ ſciat vl' ꝓbabilit' credat periſſe vl' ſtatim perituras multas ↄſiles merces ꝓpt' q̃z ꝑditionẽ ꝓbabilit' credit ꝙ creſcet ꝑciũ illi⁹ mercis vltra ꝑciũ currẽs i A. De hac q̃ſtione poſſunt recitari tres modi dicẽdi ꝓporcionabiliter ad tres modos recitatos i ꝑcedẽti q̃ſtiõe ⁊ ꝓporcionabiliter poſſent formari dicta ⁊ rones hinc inde: ita ꝙ vbi pri⁹ dicebat' d' vẽditore nũc dicat' de emptore. ⁊ vbi pri⁹ ponebat' ꝙ ꝑciũ currẽs i A erat decẽ: ⁊ tñ ꝓpt' affluẽtiã mercium non valuit. x. ſz tm̃. ix. vel. viij. ſic ecõtra h' poneret' ꝙ ꝑcium currẽs i A erat octo: ⁊ tñ ꝓpt' ꝑditionez merciũ nõ tm̃ octo ſz. ix. vel. x. valuit. Et eodem modo poſſet q̃ri qñ q̃s emeret rem ꝑ ꝑcio qd' hodie eq̃ualet merci q̃ tñ ſcit ꝙ cras tale ꝑciũ vl' numiſma ꝓhibebit' in toto vel ſaltẽ decernet' cras ꝙ nõ accipiat' ampli⁹ ꝑ tãto valore ſicut hucuſq; fuit acceptuz: ⁊ q: lector illa poterit ꝑ ſeipm metiri. ideo vlteriorẽ tractatuz hui⁹ q̃ſtionis tanq̃z ſufficienter tactũ in ꝑcedenti q̃ſtione omitto.

Queſtio LXIIII.

# Utrũ merces imu

tatas cari⁹ vẽdere q̃z ſint empte ſit illicitũ.

Scholaſtice igit̄ ⁊ citra diffinitionē re-
ſpondēdo ad primā ꝑteʒ q̄ſtionis dico ꝙ
ꝗ̄uis tutius ſit Johāni abſtinere a p̄dicto
cōtractu niſi fiat ſcḋm tenorē ꝑmi dicti tertij
modi dicendi vel oīno abſtinere vt dicit
ꝑm⁹ modus dicēdi: tñ diſputatiue loquē-
do videt̄ cuʒ quarta opinione ꝙ de ſtricto
iure loquēdo ⁊ ſubtiliter intuēdo nature:
contract⁹ mutuatiōis ⁊ emptionis :Johā
nes facit verā ⁊ purā emptionē ⁊ non mu-
tuationē quādo dat ſuaʒ pecuniā in nume
ro conſiſtentē reſpectiue ad ius qḋ petrus
habet reſp ectu pauli:q̄ꝛ ibi ſūt ſubſtātialia
emptōis ſcʒ merx puta ius ⁊ p̄ciū ⁊ ↄſēſus
vtriuſqꝫ.⁊ idō eſt ibi ꝟa emptio nec ē ꝑmi-
xta mutuatio An tñ illa etiā q̄rta op inione

ſtante ſit emptio p̄ p̄cio nimis puo et quomō ↄfeſſor ſe debeat hr̄e circa p̄dictuꝫ Johānē: ⁊ q̄d ſit Johāni ↄſulēdū patebit latius infra queſtiōe.xx.i ↄcluſiōib⁹ et dubijs eiuſdē q̄ſtionis vbi ꝓfundi⁹ indagabiẗ materia. Et codē modo poterit dici de paulo reſpectu Petri i p̄cedēti q̄ſtione. Un̄ patebit in.q.lxxx. ꝙ Johi an̄ factū ē oīno cōſulendū ꝙ abſtineat a ↄctu: ⁊ h̄ ex duab⁹ cauſis ibidē dicēdis. Sꝫ poſt factū ſi maluiſſet fuiſſe ſupportat⁹ a ↄctu ⁊ ſibi retinuiſſe ſua.xcv.⁊c.nō ē ↄdēnandus illa ſpecie peccati ſcꝫ ꝙ ſit vſurari⁹ aut tāq̄ꝫ iniquus emptor. ⁊ idē etiā videẗ dicēdū ſi fuiſſet indifferēs ad ſic ↄtrahēdū vel omittēdū q̄zuis ſtat eū ꝑꝑ̄ ſpeciē mali peccaſſe. Si aūt affeci⁹ ⁊ ardēs ad ↄctū fuiſſet: ↄſulēdū ē ei ꝙ tātūdē reſtituat ipi petro q̄ntū ⁊ ꝓut determinabiẗ in.q.lxxx.diffuſi⁹ circa dubiū qd̄ moueẗ an̄ q̄ntā ↄcluſionē. Preterea remitto ad documētū poſitū ſup̄ i fine q̄ſtionis

**Sciendū** eſt etiā ꝙ (triceſime ſi teneretur tertia opinio: adijciēda eſſent adhuc duo puncta q̄ etiā locū habēt tenēdo q̄rtam opinionem.

Prim⁹ pūct⁹ ē ꝙ Johēs etiā extra caſū p̄uni dicti tertij modi dicēdi eſſet excuſabilis i q̄dā caſu q̄ ſeq̄ẗ: puta ſi Johēs emeret p̄dictū debitū qd̄ Petr⁹ habet ſup̄ Paulū ⁊ nō ideo min⁹ daret q̄ꝫ centū: q̄ ſcꝫ ipe daret Petro ꝓmptū p̄ciū ⁊ expectaret ei cētū ſolū i termino reddēdos: imo ſicut Johēs expectat debitū recipiēdū a Paulo i termino vni⁹ anni: ſic p̄ tātūdē tp̄s expectat Petrus Johi vel ad mai⁹: vel etiaꝫ ſi ad min⁹ vel ad nullū tp̄s expectet: ſꝫ ꝓmptaꝫ velit hr̄e a Johe: tn̄ ſtat ꝙ Johēs nullū habeat oculū ad hmōi dilatiōeꝫ circa Pauluꝫ aut anticipatiōeꝫ circa Petrū: ſꝫ ſolū conſideraret labores q̄s eēt habitur⁹ circa illud debitū exigēdū a Paulo: eo ꝙ Paul⁹ eſſet debitor litoſus vel negligēs ⁊ hmōi. ⁊ ita Johēs illō min⁹ qd̄ vult nō dare ſꝫ ſibi retinere accipit vt p̄ciū illoꝝ laboꝝ q̄s conſiderat ſe ꝓbabiliẗ habiturū. Petr⁹ q̄ꝫ illud ſibi remittit vel dat vt p̄ciū eoꝝundē: forte q̄ Petr⁹ nō ita cōmodoſe poſſet illō debitū vincere a Paulo ſicut Johēs: ꝑꝑ̄ diſtā etiā loci vl' alia de cauſa: tūc eni ſi illō min⁹ ē p̄ciū ꝓporcionatū illis laborib⁹ nō ē dānādus Johēs: etiā ſi Johēs potius vult emere illō debitū q̄ꝫ omittere. Nā tūc emēdo Johēs locat Petro opas ſuas implicite ⁊ locās opas ſuas pōt p̄ illis recipe p̄ciū ꝓporcionatū nō obſtāte ꝙ magis velit p̄cium hr̄e ⁊ opas impendere q̄ꝫ omittere opas ⁊ carere p̄cio. Un̄ i tali caſu Johes nō mutuat implicite q̄d Petro vl' Paulo aut ſi mutuat: tn̄ non rōne mutui q̄rit ſolariū aliqd̄.

Scd̄s pūct⁹ eſt. Ex duplicit̄ cōtingit aliquē cedere vel alteri aſſignare ſuū debitū vel actionē. Primo vere: ⁊ hoc tūc fit q̄n̄ id agiẗ iter cedentē ⁊ eū cui cediẗ ꝙ oē lucrū ⁊ emolimētū referaẗ ad eum cui cediẗ. Scd̄o ſimulate q̄n̄ h̄ nō agitur: imo omne lucrū ad cedētēꝫ referẗ: q̄zuis ſimuleẗ ↄtrariū. Si p̄mo modo tūc ſi cedit in fraudē debitoris puta cedit i manu potētioris rōne officij: ⁊ h̄ facit ad vexādū debitorē: peccat. Primo q̄ ex radice infecta h̄ facit. Scd̄o q̄ eniā ē ꝓhibitū iure poſitiuo. C. ne liceat potētiorib⁹ ⁊c. actiōes in ſe tranſferre. l. ſcd̄a. ⁊ ibi decerniẗ ꝙ talis cedens debet puniri iactura ſui debiti. Si ſcd̄o modo h̄ ē dupliciẗ. aut vere ſimulate cedit: aut p̄ſumptiue. Si primo modo tūc peccat. Primo q̄ ſimulatio eſt peccatum. Scd̄o q̄ h̄ reprobaẗ iure ciuili. C. mādati. l. p̄ diuerſas. ⁊ l. ab Anaſtaſio. Si aūt ē preſumptiue ſimulata ceſſio: vtputa q̄ cedens accipit pecuniā p̄ p̄te debiti: ⁊ aliam donat: peccat. q̄ ꝓhibeẗ ibideꝫ. Un̄ ibidē dr̄. Sācim⁹ nulli h̄ licere ſꝫ ſi voluerit debitū totū pure donare ⁊ p̄ donationē actiones trāſferre: h̄ nō occulte nec p̄ clādeſtinas pecunias ſuſcipe: publice aūt ſimulatā donationē celebrare. ſꝫ vndiq̄ puram et nō diſſimulatā facere donatiōeꝫ: hmōi eni ceſſionib⁹ non aduerſamur. Sil'r ibidē reprobat ceſſionē q̄ q̄s p̄tē debiti vēdit ⁊ reliquā ſimulare donat dicēs. illā machinationē penit⁹ amputam⁹ ⁊ cedentē: ⁊ illū cui cediẗ puniẗ ſic ꝙ neuter pōt ad h̄ ꝙ ſimulate donatū ē hr̄e actioneꝫ ↄ debitorē vel ad res ei⁹. Sūt q̄dā alij modi q̄b⁹ ceſſio redditẗ p̄ſūptiue ſimulata q̄s in glo. l. p̄ diuerſas. videre potes. q̄s omitto: q̄ de illis tractare volui i q̄b⁹ pctm̄ verſaẗ. q̄n̄ aūt ceſſiones valeāt ⁊ q̄n̄ nō ſm̄ ꝙ fiunt in vltima voluntate vel īter viuos ⁊ ſm̄ ꝙ actio fuit deducta i iudiciū vl' nō. h̄ ꝑtinet ad dominos iuriſtas. de q̄' in glo. l. ij. C. ne potētiorib⁹

ſib⁹ rč. Et hec de pͥma pte q̄ſtionis.

**Ad ſcdam** pte q̄ſtiōis dicēdū q̄ prim⁹ mod⁹ dicē di cōdēnaret petrū de peccato: ſi eo modo eū induceret q̄ illicitū ē petro vel alteri petere mutuū ſub vſuris ab vſurario: ſi autez aliter ſe habet ī illa inductōe nō ↄdēnaret eū. Scd̄s mod⁹ ſimplicit̄ excuſaret petruz ī ſua inductiōe: ꝛ idez faceret q̄rt⁹ mod⁹ dicēdi eo q̄ ſi q̄s eoꝝ peccaret: mag̃ h̄ d̄ Johāne videret̄ q̄ꝫ de petro. ideo ex q̄ illi modi dicēdi excuſāt Johēz: mag̃ excuſarēt petrū. Terti⁹ mod⁹ dicēdi excuſaret petrū in caſu q̄ Johes nō excuſaret̄ dūmodo nō induceret eū eo modo q̄ modo illicitū ē petere mutuū ſub vſur̃ vel aliquē inducere ad tāl mutuū. Quomō aūt ſit licitū inducere aliquē ad mutuū ſub vſur̃ ꝛ quomodo illicitū patuit queſtione. xlvij.

## Queſtio. LXVIII.

**Vtruz in ſequenti** caſu q̄libet ↄtrahētiū peccet: puta Petrus pāniſex vēdidit Paulo pāniſciſſori vulgariter gewantſchnider. x. pānos p̄ q̄ngētis florē. ad terminū vni⁹ āni ſibi dandis: veniat q̄dā terti⁹ ex trāſuerſo: ſcz Johes indigens pmpta pecunia ꝛ rogat Paulum vt nūc ſibi tradat q̄dringentos ꝛ. l. florē. ob q̄ ipe ſe offert ad ſoluendum Petro loco Pauli quingentos ī fine āni p̄dicti. Ad hāc q̄ſtionē dimiſſo modo reſpondēdi cuiuſdā iuriſte ī illi caſu ſcz dn̄i Laurē. de ridolfis: reſpōdēdū ē p̄ tres ↄcluſiones fm q̄ tāgunt̄ tres pſone illi⁹ contract⁹.

**Prima** ↄcluſio. Petr⁹ in ſuo ↄtractu accepto vt in titulo q̄ſtionis ponit̄ nō peccat: q̄ȝ in titulo ponit̄ adhuc indifferēs ꝛ ↄtrahibilis p̄ bonas ꝛ malas circūſtātias vnde pmiſſiue ei⁹ ↄtractus ē licit⁹ ꝛ illicit⁹: ꝛ niſi addat̄ aliq̄ circūſtantia nōdū expſſa in titulo non ē ei⁹ ↄtractus poſitiue illicit⁹: qḋ ideo dico: q̄ȝ talis circūſtātia poſſet addi: ip̄e redderet̄ illicit⁹ puta ſi q̄ngenti excederēt latitudinē iuſti p̄cij ꝛ ip̄e illū exceſſū exigeret rōne dilationis ſeu implicite mutuatiōis impēſe Pauli: tūc enī peccaret Petr⁹. Hec autē ꝛ ſil'es circūſtātie accedere ꝛ variare potētes caſū de nō malo in malū vel ecōtra, ſatis ſūt tacte ſupra q̄ſtione. lii. ꝛ ſequentib⁹. ideo hic non oportet ampli⁹ imorari ↄtractui Petri. Et multiplex diſtīctio quā p̄dict⁹ Laurenti⁹ facit circa ↄtractū illi⁹ pāniſicis pōt in multi̇̃ reprobari. dicit enī q̄ ſi dicti pāni valebāt tpe vēditionis q̄ngētos: ꝛ q̄ngentos habuiſſet vēdendo p̄ pmpta pecunia: tūc ↄtract⁹ eſt licit⁹. ſi aūt tpe ↄtractus valebāt min⁹ q̄ngentis: ſed ꝓpter dilationē ſolutionis ↄuenit de q̄ngētis: tūc ponit tria mēbra: ꝛ ita tres caſus dicēs. q̄ aut dubiū eſt an ſolutiōis tpe pl⁹ vel min⁹ forēt valituri: aut certū ē q̄ tūc illō vel pl⁹ ſunt valituri: aut certū ē q̄ ſūt valituri min⁹ q̄ꝫ illō. In ſcd̄o caſu non ē dubiū q̄n licit⁹ ſit ↄtractus ꝛ ſiliter ī tertio nō ē dubiū q̄n illicit⁹ ſit. In p̄mo ſ̄o dicas q̄ eſt licitus ſi aliter nō erat venditur⁹: al's ſecus. Hec ille. In q̄ deciſione ↄ̄ ip̄m arguit̄. Primo: q̄ȝ ↄtractum indiſtincte dānanduz ſubdiſtinguit. partim eū iuſtificādo ſcz q̄n tpe ↄ̄ctus valebāt panni min⁹ q̄ngentis ꝛ ꝓpter dilationem ſolutionis ↄuenit de q̄ngentis. Nā vt verba ſonāt. ille cōtractus ē ſimpliciter vſurari⁹: q̄ȝ dilatio ſolutiōis eſt implicita mutuatio: ꝛ ꝓpter dilationē ſolutiōis vult habere. l. igit̄ mutuat ad vſuram. vnde debuiſſet dūtaxat ſic dixiſſe ſi tpe venditiōis valebāt min⁹ q̄ngentis: ꝛ nō ꝓpter dilationem ſolutiōis vult habere vltra ſ̄ȝ alia de cauſa: puta rōne intereſſe vel quia nō erat tūc vēditur⁹ ꝛč. Scd̄o arguit̄ ↄ̄ ↄcluſionē de ſcd̄o caſu: q̄ȝ illa nō ē vera ſi fuit venditurus in tpe in q̄ vēdidit. ſi enī tunc fuit ſibi res venalis: debebat exigere p̄cluȝ tunc currēs: non curſurū tpe futuro: etiā ſi p̄ciū non fuiſſet ſibi dandū niſi termino futuro q̄ꝫuis ſi ꝓpter illā dilationē patiat̄ intereſſe poſſet velle illud ſibi refundi. Vera igit̄ ē illa ↄcluſio de ſcd̄o caſu ſolū tunc q̄n erat omnino reſeruatur⁹ eos vſq̄ ad illud futurum tēpus. ꝛ veriſimile erat eos non ſolū q̄ngentos valituros. ſed etiā vltra adeo q̄ magis vel eque voluiſſet eos vſq̄ ad tūc reſeruaſſe: ſicut nūc vendere p̄ quingētis. Tertio arguit̄ cōtra ei⁹ cōcluſionē de tertio caſu. nam illa cōcluſio fallit ſi vendēdo ꝛ dando dilationē vſq̄ ad illud futurū tēpus poſſit in ↄſcientia allegare interea ſe pati tātū intereſſe ſeruatis tn̄ ↄditionib⁹ tactis q̄ſtiōe. xxx. Quarto arguit̄ ↄ̄ primaȝ ↄcluſionē de p̄mo caſu. q̄ȝ eſt in vna eius

conditione ſupflua: q2 ſi non fuit vēditur⁹
illo tpe. ſꝫ tñ in illo termīo futuro. igit̃ nō
optet accedere hoc ſcꝫ ꝙ ſit dubiū tpe vēdi
tiōis an ī termino ſolutionis pāni ſint va
lituri pl⁹ vel min⁹. nā ſolum pmū ſufficit.
Si enī nō ſum venditur⁹ pānos niſi in q̃
dam termīo futuro in q̃ etiā certū ē ꝙ ſunt
valituri q̇ngentos vel plus ꝛ non min⁹. et
aliq̃s vult a me nunc bre: poſſū ſibi vēde
re ꝑ illo futuro p̃cio deductis dubietate ꝛ
aliis tactis q̃ſtione. lvij. in fine pme cōclu
ſionis: ꝛ etiā in q̃ſtione. lxj. Et hec q̃rta im
probatio ꝓcedit ꝯ pmū caſum put prim⁹
caſus intelligeret̃ ſic ꝙ Petr⁹ vēdēdo nūc
ꝑ q̇ngentis non determinabat p̃ciū in tpe
venditiōis: ſꝫ miſit ipm pendere ex valore
futuro illo tpe: ad qd̓ erat reſeruatur⁹: in q̃
contingeret ꝙ valebāt q̇ngentos. tūc enī nō
req̇rit̃ p̃dicta conditio ſcꝫ ꝙ dubiū babue
rit Petrus an ꝛc. put illa improbatio ſatꝫ
ꝓbat. Sꝫ ſi itelligat̃ prim⁹ caſus ſic ꝙ Pe
trus tunc qñ vendebat determinabat p̃ciū
q̇ngētos ꝛ non erat venditur⁹ tunc tempis
ſꝫ futuro tpe d̓ quo tñ dubitabat q̇d eſſent
valituri: nō video quō Petro licuiſſet tūc
vendere ꝑ p̃cio qd̓ ipe non ſolum ſciebat
excedere p̄ſens iuſtum p̃ciuꝫ tunc currens
ſꝫ etiā dubitabat ꝛ ignorabat an ne excede
ret p̃cium curſurum illo tpe futuro ad qd̓
eos erat ſeruatur⁹: ꝛ ſic ſe exponebat picu
lo ſup accipiendi. Vñ ſi vtiq3 vult nūc vē
dere: vendat ꝑ p̃cio nūc currenti: aut ſi nō
vult ꝑ p̃cio nunc currēti vendere eo ꝙ ē re
ſeruatur⁹ eos ad futurū tp̄s de cuius p̃cio
ignorat: mittat pendere valorē ex euētu fu
turi tpis determinati. Quinto arguit̃ cō
tra ſcd̓am ꝯcluſionē de eodē pmo caſu cū
dicit: al's ſecus, quia pōt eſſe in caſu falſa.
nam etiaꝫ ſi fuiſſet venditur⁹ in tpe quo de
facto vēdidit: ꝛ parat⁹ fuiſſet tpe quo ven
didit accipe qd̓ tunc panni valebant ꝛ em
ptor dicit ſe datuꝝ p̃ciū in termino futuro
ꝛ in quātitate illa in qua tunc curret merx
illa. ꝛ ipe venditor veriſimiliter dubitat de
maiori valore illi⁹ futuri tpis. ꝛ ꝑ ꝯſequēs
nullatenus cogitat ꝙ debebat tunc valere
plus q̃ꝫ nunc valeat ꝛ tali bona fide vēdit
ſibi ꝑ p̃cio non nūc determinādo illud: ſꝫ
mittendo pendere ex futuro euētu: non ob
ſpem maioris p̃cij cum nullatenus de hoc
cogitet. nec ſit apud quēq̃ꝫ veriſimile: non
videt̃ in foro cōſcientie dānandus. Eſt tñ
illa cōcluſio vera ſi nūc determinat p̃cium
mai⁹ p̃cio nunc currēti: ſibi ſoluendū ī ter
mino futuro in quo termīo nō habet opi
nionē ꝓbabilem: mercē tātū valiturā. imo
idē etiā dicendū ſi ſciret eam tantūdē vali
turā. q̃ tamē eſt ſibi nunc venalis: quia ille
aſcenſus eſt vltra iuſtum p̃ciū. ꝛ lꝫ differat
ſolutionē precij: non tñ ꝑpter dilatiōēꝫ illā
licebit ſibi q̇d exigere vltra iuſtū: q̃uis ſi i
tereſſe patiat̃ poſſet q̇d exigere ꝑ eo ſaluis
ꝯditionibꝫ de intereſſe tactis q̃ſtione. xxx.
Hec autē ꝛ ꝯſimilia latius ſūt deducta q̃
ſtione. lxj.

Scda cōcluſio. Paulus aliq̃ñ peccat in ſuo ꝯtra
ctu cum Johe facto, aliquādo non peccat
Patet quia Paul⁹ in ſuo cōtractu mutuat
Johāni q̃dringētos ꝛ. l. ꝛ recipit q̇ngētos
ꝛ ſic vltra ſortem recipit. l. modo ſi illos. l.
recipit vltra ſortē ratiōe mutui impēſi Jo
hāni: peccat. ſi aūt rōne intereſſe ꝛ aliis cō
ditiones tacte q̃ſtione. xxx. non peccat. nec
oportet h̓ diſtinguere vt q̇dā faciūt: an cō
ſequēter Paul⁹ vendat pannos emptos a
Petro ꝑ q̇ngentis: ꝛ ꝙ tūc peccet in cōtra
ctu cū Johe: aut ꝑ q̃dringentis ꝛ. l. ꝛ ꝙ ex
cuſet̃: q2 ſiue ſic ſiue ſic vēdat: non refert q̃
ad ꝯtractum cuꝫ Johāne initū: a quo om
nino diſtinguit̃. ꝛ vnus ab alio ē indepen
dens. ſi enī Paul⁹ vendit ſuos pannos cū
conditionibꝫ req̇ſitis ad iuſtā venditionē:
non ob hoc iuſtificabit̃ ꝯtractus cū Johe
initus. ſi recipit a Johanne. l. rōne mutui
impēſi: ꝛ ſi ſine ꝯditionibꝫ talibꝫ tūc nō cō
demnabit̃ ꝯtractus initus cū Johe ſi reci
pit illos. l. rōne intereſſe ſeruatꝫ cōditiōibꝫ
req̇ſitis ad recipiēdū q̇d rōne intereſſe.

Tertia cōcluſio. Johes in ſuo cō
tractu cū Paulo aliquan
do peccat aliquādo non. Nam ī caſu quo
Paul⁹ non peccat cōtrahendo cum eo: nec
ipe peccat: q2 magis videret̃ Paul⁹ pecca
re q̃ꝫ Johes. Sed in caſu quo Paul⁹ pec
cat ſcꝫ mutuando implicite ad vſuraꝫ Jo
hanni. Johes ſi eū inducit ad mutuandū
ſibi nō ſeruatis conditionibꝫ ſeruandis ꝑ
petentē mutuū ab vſurario peccat. ſens iā
ſeruat. ꝛ he cōditiōnes patuerūt queſtione
xlvij. ꝛ hec de p̄ſenti q̃ſtiōe ſufficiūt. Poſ
ſet cōſequenter moueri queſtio: vtrū vendi
tor teneat̃ reſtituere p̃ciuꝫ ſi dolum paſſ⁹

eſt emptor ꝛ an emptor teneatur reſtituere
mercē ſi doluꝫ paſſus eſt venditor, ſed illa
queſtio magis ſpectat ad tractatū reſtituti
onū ꝙ̃ ad tractatū cōtractuū in quo ꝑnci-
paliter tm̄ tractaẗ quādo ꝯtrahens peccet
ꝛ quādo nō: ꝛ non quādo incurrat obliga
tionē reſtitutionis ꝛ quando non, ideo ſeq̄
tur alia queſtio.

Queſtio. LXIX.

**Vtruꝫ venditori li**
ceat vēdere aliq̄d vſurarijs. Et ſilr̄ an em
ptori liceat emere aliq̄d ab eiſdē ſpecialiẗ
pignora q̄ ex lapſu tp̄is ꝑuenerunt ad eos
rōne vſure eis nō ſolute ab impignorante
ea. Ad primā ꝑtē q̄ſtionis reſpondeẗ ꝑ
q̄ttuor ſuppoſitōes ꝛ duos modos dicēdi.

**Prima** ſuppoſitio. vſurarij ſūt du
plices. Quidaꝫ nihil ha-
bent niſi qḋ ꝑ peccatum vſure acq̄ſierunt.
Quidā aūt preter taliter acquiſita habent
etiā aliqua bona legitime queſita.

**Scḋa** ſuppoſitio. ſecūdis vſurarijs
ꝯtingit dupliciter q̄d vendiẗ:
q: aut aliquid vendiẗ eis ꝑ illo ꝑcio vl' nu
miſmate: qḋ idem numero fuit legitime q̄-
ſitū: aut ꝑ illo qḋ idem numero fuit illegi-
time ſcꝫ ꝑ pctm̄ vſure queſitū.

**Tertia** ſuppoſitio: ſecūdo ꝗ vſura
riorū bona legitime q̄ſita
dupliciter ſe habēt: q: aliquādo illa nō re-
quirunẗ ꝑ reſtitutione acquiſitoꝝ ꝑ vſurā:
aliquādo ꝓo requirunẗ. Exemplū vt puta
vſurari⁹ ꝑ vſuram acq̄ſiuit centū florēn. et
ꝑter illos habet alios cētū legitime queſi-
tos. ꝛ ſi adhuc habet ꝑmos centuꝫ tūc alij
centū non req̄runẗ ꝑ reſtitutiōe primoꝝ cē
tum: ſi aūt primos centū diſtraxit aut ali-
cui donauit nec q̄d equalens loco eoꝝ re-
cepit: tunc cū ſit obligat⁹ centū reſtituere:
nec habeat alia bona ꝙ̃ reliquos centū: il-
li reliqui centū requirenẗ ꝑ primorū reſti-
tutione. Vn̄ ſūt obligati ꝑ ꝑmis centū nō
dico obligatiōe ciuili quo modo bona ma
riti ſūt tacite obligata mulieri pro dote et
bona tutorū ꝛ curatoꝝ tacite ſūt obligata
minoribꝫ ꝑ illoꝝ officio ſi adminiſtrauerit
iniq̄ue. ſed loquor de obligatiōe naturali
ꝛ ſm̄ diuinā legē. ſicut q̄ furat⁹ ē. x. florēn.
quos ꝯſumpſit: ꝛ nihil habet niſi quoſdā
alios. x. ille obligabiẗ illos alios. x. reſtitu
ere ꝑ primis decē. Et ſi ſcḋꝫ membrū hui⁹
tertie ſuppoſitionis ponaẗ hoc eſt dupliciẗ
q: aut illa legitime q̄ſita ſufficiant ꝑ reſti-
tutione alioꝝ: aut nō ſufficiunt.

**Quarta** ſuppoſito: ꝯplexuma eſt
inter doctores an vſu-
rarius acq̄rat dominiū rei quā ꝑ vſuraꝫ ac
quirit vel non. Nam aliqui tenent ꝙ non
vt Alexāder. ſanct⁹ Bonauētura. Richar
dus de media villa. ꝛ Goffredus de fonti
bus. ꝛ aliqui etiā dicunt Scotū i quarto
idē ſenſiſſe. ſed ħ ex eo haberi nō pōt ſuffi-
cienter Non enī dicit in q̄rto niſi ꝙ artat⁹
ſoluens vſurā non mere liberaliter donat:
q: artatio illa que eſt aliqualis coactio ex
cludit volūtariū ſimpliciter ꝛ poſtea dicit
et ſi transferaẗ dominiuꝫ ſcꝫ rei vſurarie in
vſurarium: tn̄ recipiēs reſtituere teneẗ. hec
ille. Modo ex ꝑmo nō habeẗ exꝑſſe ꝙ er-
go ſm̄ eū recipiens vſurā non ſit domin⁹
eius ꝛ ex ſcḋo eque poteſt oppoſitū infer-
ri: quia ly ꝛ ſi pōt exponi. id eſt ꝙ̃uis ꝛ tūc
ſenſus eſſet ꝙ trāſferreẗ dominiū. Si aūt
cōditionaliter exponaẗ: tūc nihil arguit: q:
non approbat illam ꝯditionē. Ex alia ꝑte
tenēt alij ꝙ acquirit dominiū rei vſurarie
vt ſunt ſanctus Tho. Vlric⁹. Goffredus.
Bernardus. glo. decretaliuꝫ: ꝛ glo. decreti
xiiij. q. iiij. c. ſi. q̄s. Que aūt illaꝝ opinio
num ſit verior: ꝛ q̄ ſint motiua hincinde et
vbi ille opiniones ꝑ eos ponanẗ: reſeruo
ad tractatū reſtitutionū: quia ad illū talia
ſpectāt. Cōueniūt aūt ille due opiniones
in ħ ꝙ vtraqꝫ ꝯcedit vſurariū obligatum
ad reſtituendū rem vſurariaꝫ. nec obſtat ꝙ
ſcḋa opinio dicit eū eſſe dominū rei vſura
rie: q: illa ſtant ſimul ꝙ q̄s ſit domin⁹ ali-
cui⁹ rei: ꝛ tm̄ teneaẗ eaꝫ reſtituere. vt mutua
tari⁹ eſt dn̄s ſortis ſibi mutuate: ꝛ tm̄ teneẗ
eaꝫ reſtituere. Sed differūt in ħ ꝙ ſcḋa ex
quo diceret eū eſſe dominuꝫ illi⁹ rei vſura-
rie: diceret ꝯſequēter eū nō eſſe obligatum
ad reſtitutiōeꝫ ꝑciſe illi⁹ rei in numero. ſed
ſolū eq̄ualentis. ſicut etiā mutuatari⁹ ē do-
min⁹ ſortis mutuate. ſꝫ nō teneẗ ad illi⁹ ſor
tis in numero reſtitutionē. ſꝫ ſolū eq̄ualen
tis. ſed ꝑma ex quo diceret eū nō eſſe dn̄m
illi⁹ rei: ꝛ nō pl⁹ ꝙ̃ fur ſit dn̄s rei furtiue: cō
ſequēter diceret eū eſſe obligatū ad illi⁹ rei
in numero reſtitutionē: ſi ſaltē pōt vt puta
q: adhuc eā habet vel habere pōt.

Primus modus dicẽdi cõſiſtit in q̃ttuoꝛ ↄcluſionibꝰ q̃ oẽs ſunt intelligende ſupponẽdo ꝙ vſurariꝰ non habeat dominiũ rei vſurarie ſed ꝙ dñiuꝫ ſit apud eũ q̃ ſoluit vſurã vt pͥma opinio tenet.

Prima ↄcluſio. Vẽditoꝛi nõ licet aliquid vẽdere vſurario nihil habẽti niſi qȝ ꝑ peccatũ vſure acq̃ſiuit: excepto vno caſu. Prima ps ꝓbatur tripliciter. Pͥmo ſic: vẽdens tali vſurario vult illa duo. ſcꝫ ꝙ vſurariꝰ ſibi det p̃ciũ vſurariũ ⁊ ipſe illud vult recipe. modo in volitione vtriuſq; peccat: nam in volitione pͥmi vult pctm̃ proximi qꝛ talis vſurariꝰ pccat dando ſibi aliquid qꝛ ↄtrectat rem alienã inuito domino; cuꝫ talis nihil habeat qȝ dare poſſit: qꝛ non ẽ dñs vllius rei quã habet. In volitiõe ſcõi etiam peccat: qꝛ vult recipe: ⁊ per ↄſequẽs cõtrectare rem alienã inuito dñó: etiã animo ſibi retinẽdi. id ẽ nõ reſtituẽdi eã domino illiꝰ rei. Scõo ſic: non licet furi nihil habẽti niſi bona furtiua aliq̃d vẽdere: ⁊ h̃ non ẽ niſi qꝛ non eſt dñs illaꝝ rerũ: nec q̃ſq̃ põt licite eas contrectare inuito illo cui ſubtraxit. Modo ſꝫm pͥmũ modũ dicendi vſurariꝰ non plꝰ habet iuris ⁊ dominij i re vſuraria q̃ȝ fur i furtiua. igit̃. Tertio ſic: qꝛ ſi vendens excuſaret̃ a peccato: maxime qꝛ lꝫ recipiat ab vſurario p̃ciuꝫ qȝ nõ fuit vſurarij ſed alteriꝰ. ⁊ ſic videat̃ vendẽti nõ licere recipe: tñ ex quo vẽdens dat ei mercẽ equalẽtem p̃cio quã ↄſequẽter poterit vſurariꝰ dare ei a quo extoꝛſit vſuraꝫ, ideo videt̃ excuſabilis. Modo h̃ nõ ſufficit ꝓ excuſatione: qꝛ ſic etiam excuſaret̃ q̃ vẽderet aliquid furi nihil habẽti niſi bona furtiua qȝ eſt falſũ. Scõa ps ↄcluſiõis patebit in ſcõa concluſione.

Scõa ↄcluſio. Vẽditoꝛi nõ licet aliquid vẽdere vſurario habẽti aliqua bona legitime queſita p̃ter vſuraria bona: ſi illȝ idem p̃ciũ i numero qȝ dat vſurariꝰ venditori: eſt vſurariũ: excepto vno caſu. Prima ps ꝓbat̃: qꝛ pͥma ꝓbatio p̃cedentis cõcluſionis eque habet hic locũ. ſicut in p̃cedenti: vt ptꝫ inſpicienti. Nec excuſat venditorẽ h̃: ſcꝫ ꝙ in p̃ſenti caſu vſurariꝰ habet bona legitime q̃ſita: qꝛ non d̃ illis accipit p̃ciũ nec excuſat eum ꝙ dat ſibi equalens aut ꝙ vſurariꝰ põt met loco illiꝰ p̃cij erogati ponere aliud numiſma legitime q̃ſitum vt patet ex tertia ꝓbatiõe p̃cedentis ↄcluſionis. Scõa ps ꝓbat̃. nam ſi ille q̃ ẽ dominꝰ rei vſurarie ſit ↄtentus ꝙ illaꝫ ſuaꝫ rẽ in numero diſtrahat: dũmodo equalentẽ reſtituat ita ꝙ apud eum non refert vel nõ deberet referre: q̃d ex eq̃pollẽtibꝰ in numiſmate vel aliter fiat: quẽadmodũ natũ ẽ cõtingere in numiſmate magis q̃ȝ in aliis rebus. Sepe enĩ contingere põt ꝙ nõ referret apud eũ q̃ ſoluit decẽ floreñ. noĩe vſure: aut cui furtim ſubtracta ſũt decẽ floreñ. an vſurariꝰ vel fur ſibi reſtitueret eoſdeꝫ decẽ floreñ. in numero: an tm̃ equipollẽtes. In hoc igit̃ caſu poſſet q̃d vẽdi vſurario huiꝰ ſcõe ↄcluſionis ⁊ etiã vſurario p̃cedentis ↄcluſionis. Et in hoc caſu põt intelligi fore verũ illud qȝ Alexãder de ales dicit in q̃rta pte ſũme. q. cx. mẽbro ſcõo. Naꝫ ibidem q̃uis ſꝫm ſuaꝫ opinionẽ teneat vſurariũ non eſſe dominũ rei vſurarie: tñ h̃ non obſtante ipſe ſꝫm ſuam opinioneꝫ loquẽdo dicit ꝙ de pecunia habita ꝑ vſuram vl' furtum põt fieri elemoſyna ſi raptoꝛ vl' vſurarius ꝓponat reſtituere equipollenteꝫ: ⁊ habeat vnde reſtituat. vt ſi dando non reddat ſe impotentẽ ad reſtituendũ. Hec ille. Qȝ dictũ ſi debet eſſe verũ ſupponit id qȝ natum eſt contingere ſcꝫ qꝛ apud illum q̃ eſt dominꝰ illius pecunie quã detinet fur vel vſurariꝰ: non refert quid ſibi ex equipollẽtibus reſtituat̃: imo ſtaret ꝙ ⁊ ſi de facto referret: tamẽ ſꝫm rectam rõnem non deberet apud eum referre q̃d ex equipollentibꝰ ſibi reſtitueret̃: puta ſi petens elemoſynã ſatis notabiliter indigeret: ⁊ vſurariꝰ vel fur nũc ſuam ꝓpͥã pecuniã apud ſe non haberet ⁊ daret pecuniã furtiuã illi petenti: omnino ꝓponẽs loco illiꝰ erogate ponere ꝓpͥaꝫ pecuniã nec vllum p̃iudiciuꝫ poſſet allegare dominꝰ illiꝰ pecunie ex hoc ꝙ non reſtituat̃ ſibi p̃ciſe eadẽ numero. Secus aũt vbi referret apud dominuꝫ illiꝰ rei nec ſubeſſet ratio cur deberet renunciare identitati numerali ſue rei. In caſu aũt pͥme ⁊ ſcõe concluſionis ↄſtat ꝙ ex quo venditoꝛ dat mercem equalentem p̃cio qȝ accipit ab vſurario ꝙ vſurarius etiã pͥme concluſionis habet equiualens qȝ loco p̃cij vſurarij poterit reſtituere ei cui p̃ciuꝫ illud debebat̃ agitur ſi apud illum nõ refert q̃d ſibi ex equi

polleneſtio reſtituaꝛ poterit quid vendi vſu-
rario p tali p̄cio: niſi merx ſcꝫ equiualēs p̄-
cio ſit talis ꝙ eam vſurari⁹ eſt ꝯſumptur⁹
⁊ p ꝯſequens impotēs futur⁹ ad reſtitutio-
nē put in quarta cōcluſione patebit.

**Tertia** ꝯcluſio. venditori licet ali-
quid vēdere vſurario ha-
benti bona aliqua legitime q̄ſita ſi preciſe
illud p̄cium vel numiſma qđ ſoluiꝛ ſibi ſit
legitime queſituꝫ dūmodo illđ numiſma
alś non req̄ratur ꝓ reſtitutiōe vſurarū ei⁹
pbatur: quia vſurari⁹ eſt verus domin⁹ il-
lius numiſmatꝫ: nec illud ē cuiq̄ꝫ qualiter-
cunq̄ꝫ obligatuꝫ. igiꝛ poteſt dari illud alte-
ri: ⁊ alius pōt illud recipe. tenet ꝯſequētia:
q: non videꝛ quid obſtare.

**Quarta** concluſio. ſi vſurari⁹ ha-
beat bona legitime q̄ſi-
ta ⁊ p̄ciſe illud p̄clum vel numiſma ſit legi-
time q̄ſitum qđ ſoluiꝛ p merce: attamen ſit
requiſitū alś ꝓ reſtitutiōe vſurarū: tunc in
aliquo caſu non licet vēditori aliq̄d ei ven-
dere: in aliquo vero licet. Prima ps pro-
baꝛ dando duo exempla. Primū q: ſi vſu-
rarius eſt illam mercē ꝯſumptur⁹: puta q:
ptinet ad cibum potū vel veſtitū ac q̄ vult
ea vti. ⁊ ſic eam conſumere: ⁊ venditor hoc
conijcit vel conijcere deberet: peccat vēdi-
tor ei vendēdo eam ⁊ recipiēdo ab eo p̄di-
ctum p̄ciū: q: vſurarius intēdendo mercē
ꝯſumere intendit ſe impotentē facere ad re-
ſtitutionē vſurarū: q: p̄cium ꝓ reſtitutione
vſurarum re quiſitū erogat ⁊ lꝫ equiualēs
loco ei⁹ recipiat: tn̄ illđ eſt ꝯſumptur⁹. igiꝛ
relinquiꝛ impotens reſtituere ⁊ vēditor ta-
lem mercē ei vendēs iuuat eum ad illā im-
poſſibilitationē. igiꝛ cooperaꝛ ad peccatū
vſurarij peccantis ⁊ cū hoc peccat dando
auxiliū leſionis ꝓximi ſcꝫ illius cui debe-
ret fieri reſtitutio. Scđm exēplū. ſi etiā
vſurari⁹ non eſt ꝯſumptur⁹ mercē: attamē
venditor vendit ei plus iuſto. Naꝫ tūc nō
ſolum peccat: quia plus iuſto vendēdo le-
dit vſurariū. ſed etiaꝫ ſi hoc non eēt pecca-
tum: adhuc peccaret ꝓ quāto p̄iudicat ꝓxi-
mo cui vſurarius eſt obligatus. Naꝫ vſu-
rarium reddit impotentem ad reſtituendū
vſuras in tāto in quāto minus equiualet
merx p̄cio. Scđa pars ꝓbatur. nam ſi
vſurarius nō eſt illam mercem cōſumptu-
rus ſiue ſit bonū imobile vt ager ſiue mo-
bile dūmodo non ſit conſumptur⁹: ⁊ merx
bene valet tantundē. ⁊ per cōſequens non
redditur per eius emptionē impotens ad
reſtituendū non peccat venditor: q: vſura-
rius eſt verus domin⁹ illius numiſmatis
⁊ lꝫ illud ſit requiſitū pro reſtitutione vſu-
rarum. ⁊ ſic videretur non poſſe licite illud
erogare: tamē nō eſt ſic requiſitū pro reſti-
tutione eorum ꝙ illud idem numero ſit re-
quiſitū. ſed ipm vel equiualens. mō merx
equiualens ſibi datur ꝓ codeꝫ. ideo licebit
illud erogare ⁊ venditori licebit illud reci-
pere. Si dicas primū exēplū p̄me par-
tis huius concluſionis eſt verū quādo vſu-
rarius ſine illius venditoris venditiōe nō
fuiſſet incurſurus illam impoſſibilitatem
reddendi. ſecus aūt ſi alś nihilominus fu-
iſſet incurſurus eam: puta quia ſi ille non
vendidiſſet ei illa eſculēta vel poculēta: ta-
men ali⁹ ei vendidiſſet ſimilia. Modo ſm
doctores non tenetur quis reſtituere etiaꝫ
rem furto ſublatam ſi illa res alś periſſet
ſi apud dominū manſiſſet: puta q: illa no-
cte qua quis furat⁹ eſt cuncta bona eiuſdē
domini in domo exiſtentia: alś perierunt
incēdio. Hoc tn̄ non valet. quia dato ꝙ
venditor ille nō teneretꝛ ad aliquā reſtituti-
onem ipi creditori vſurarij: nihilomin⁹ ta-
men peccaſſet ī caſu p̄dicte vēditiōis ſicut
etiā in p̄dicto caſu furti nihilominus pec-
caſſet. Modo ꝯcluſio ⁊ exemplū ei⁹ ſonāt
tm̄ de licere vel nō licere. An aūt venditor
p̄ter culpā incurſam etiā nihilomin⁹ tenea-
tur ad reſtitutionē ipi creditori: non obſtā-
te ꝙ alś creditor illud p̄iudiciū fuiſſet paſ-
ſus ſicut ille q̄ ſpoliat Johānē bonis ſuis
ſciens ꝙ ſi ipe euꝫ non ſpoliaret: nihilomi-
nus ꝑ alios ſpoliaretꝛ nihilomin⁹ tenetur
ſpoliato ad reſtitutionē videndū eſt in tra-
ctatu reſtitutionū. Et ſicut ille cōcluſiōes
ſonuerūt de contractu venditiōis: ſic ꝓpor-
cionabiliter poſſunt applicari ad ꝯtractuꝫ
ꝑmutatiōis aut aliū ꝯtractū non gratuitū
ſcꝫ vbi ecōtra ab vſurario recipiꝛ aliq̄d.

**Correlariū** primuꝫ. Nō licet
cuiq̄ꝫ recipere do-
na tēporalia vel etiā elemoſynalia ab vſu-
rario nihil habente niſi vſuraria bona. vel
etiā ſi habet legitima: ſi illud ideꝫ numero
qđ recipit eſt vſurariū: ⁊ hoc inuito credi-
tore vſuraꝝ. niſi recipiens reciperet animo

reſtituendi creditoꝛibꝫ vſurarij vel etiam ſi
mendicus reciperet animo retinendi ſibi
dūmodo id qđ recipit reſtitutiōi vage eēt
ſubiectū. ⁊ hoc dūmodo vſurariꝰ nō ſit ma
nifeſtus: quia ſi eſſet manifeſtus etiā nō li
ceret mendico ab illo recipere auctoritate
vſurarij: qꝛ tunc vſurario nō licet erogare
illas vſuras pauperibꝫ ſed ſubiacerent di
ſpoſitioni epi.

Scđm correlariū. nō licet ab vſu
rario habente legitima bona recipe nomi
ne doni etiā legitime queſita ſi ſint requi
ſita ꝓ reſtitutione vſurarū: quia recipiens
non dat equalens vſurario: et ſic impoſſi
bilitat eū ad reſtitutiōez: ⁊ ſic ꝑiudicat cre
ditori eiꝰ. Videāt ḡ pncipes ⁊ rectores ci
uitatū nr̄az īperialiū recipientes a iudeis
dona an ne ſimul ſe cū eiſdē īuoluāt ad ge

Tertiū nulli mercēnario (hēnā.
operāti aliq̄d ipi vſurario
licitū ē q̄d recipe ꝓ labore ſuo ſi eiꝰ labor
nō relinquit poſt ſe opus operatum q̄ me
diante poſſit reſtituere vſuras creditoribꝫ:
etiam ſi ille vſurariꝰ det ei bona legitime q̄
ſita que tamen requirunť ꝓ reſtitutiōe vſu
rarum. quia recipiēdo impoſſibilitat eum
ad reſtitutionez: vt ſi barbitonſor ꝓ raſura
barbe ⁊ balneator ꝓ balneo medicꝰ ꝓ me
dicina ⁊ hmōi. ſecus d agricola ita vtiliter
colente ſibi agrū ꝙ tātū percipit ratiōe cul
ture de fructu quātū dat p̄ciū ei: dūmodo
fructū illū non ſit ↄſumpturꝰ ſʒ venditurꝰ.

Scđs modus dicendi conſiſtit i tri
bus concluſionibꝫ ⁊ vno cor
relario: i q̄bꝫ oībꝫ ſupponiť ꝙ vſurariꝰ habe
at dñiū rei vſurarie ſicꝫ ſcđa opinio tenet.

Prima igiť concluſio eſt. ſiue vſu
rarius nihil habeat ꝑter
acq̄ſita ꝑ vſuraz ſiue habeat aliq̄ legitime
queſita. ⁊ hoc ſiue illa eadē det ꝓ p̄cio ſiue
alia: ⁊ etiā ſiue illa ſint requiſita ꝓ reſtituti
one vſurarū ſiue non: licitū eſt vēditori ali
quid eidem vēdere: ſi ꝑ illam venditionem
nō reddiť impotēs ad reſtitutionē vſuraꝝ.
probať: quia ex quo vſurariꝰ eſt dominꝰ re
rum ſuaꝝ etiā vſurariaꝝ: nō teneť illas eaſ
dem in numero reſtituere creditori ſuo: ſʒ
ſufficit ꝙ eq̄ualētes reſtituat. igiť ſibi lice
bit vſurarias res alienare ſi manet adhuc
potens reſtituere. ⁊ ꝑ cōſequens vendenti
ſibi quid nec eū faciēti impotentē reſtitue
re: licebit illas recipe pro precio. Sicut li
citum eſt mihi quid vendere ei qui non ha
bet aliam pecuniā niſi mutuatā ſi per illaz
venditionē non reddo eū impotentē ad re
ſtitutionē: quia lʒ talis teneať reſtitutionē
facere ſuo mutuatori: non tamē illā eandē
numero tenetur reſtituere quā mutuo rece
pit ⁊ ſic alienare pōt eaȝ mihi: ⁊ ego poſſū
eā recipe ſi do ſibi mercē equalētē illi pecu
nie ex qua poterit colligere tantūdē: vt ſuo
creditori ſatiſfaciat: quia tūc in nullo ꝑiu
dico creditori ſuo.

Scđa ↄcluſio. Si ꝑ hmōi vēditio
nem vſurariꝰ qualiacūqꝫ bo
na habeat reddať impotēs abſolutū reſtitue
re ſuo creditori in toto vel in pte: peccat vē
ditor eidē q̄d vēdendo ſi illā impoſſibilita
tionē cōijcit vel cōijcere deberet: ptʒ. qꝛ tūc
vult duo quoꝝ vtrūqꝫ ē illicitum. Primo
vult ꝙ vſurariꝰ impoſſibilitet ſe ad illā re
ſtitutionē: qꝛ vult antecedēs ex quo ſequiť
illa impoſſibilitatio ſcʒ vt ſecum cōtrahat
tali cōtractu que tamē impoſſibilitatio eſt
ipi vſurario peccatū ⁊ ſcđo vult etiam no
cere creditori vſurarij: quia vult antecedēs
illius nocumenti ſcʒ impoſſibilitationem
vſurarij. Exēpla aūt de hoc ſcʒ qn̄ contin
git eum impoſſibilitari ⁊ qn̄ venditor hoc
cōijcere pōt patuerūt in p̄cedenti modo di
cendi in ꝑma pte q̄rte cōcluſionis.

Tertia ↄcluſio. Sicut dictū eſt d
ↄtractu vēditionis ſic ſili
modo ſentiēdū ē de q̄cūqꝫ alio ↄtractu vel
cōmutatōe ſiue gratuita ſiue nō ſi ꝑ eū red
dať impotēs reſtituere; patet. qꝛ ratio ē ea
dem. vt ſi ꝑmutat ſecū rē ꝓ re vꝉ locat q̄d ſi
bi vꝉ ↄducit vel accōmodat aliq̄d ab eo vꝉ
recipit dono ab eo: queadmodū etiam ta
ctū ē in correlarijs p̄cedētis modi dicēdi.

Correlariū ꝙ ꝑmꝰ modus et
ſcđs lʒ ↄueniant
tn̄ multum differūt: ↄueniūt eni qꝛ vterqꝫ
dānat vēditionē factā vſurario q̄liacūqꝫ
bona habēti ſi ꝑ eā reddať impotens reſti
tuere. Sʒ differūt i h̄ ꝙ ſi nō reddať impo
tēs: tūc ſcđs modꝰ indiſtincte eā admittit.
Primꝰ aūt modꝰ dicēdi etiā talē dānat niſi
ſi p̄ciū illō ꝓ q̄ fit vēditio ſit de numero le
gitime q̄ſitoꝝ: vꝉ niſi n̄ referat vꝉ n̄ debeat
referre a pō creditorē vſurarij q̄d ex eq̄ual
lētibꝫ ſibi reſtituať: vel niſi recipiēs vel al-

ad reſtituere dño illi⁹ pciũ. aut mendic⁹ re-
cipiat a nõ manifeſto vſurano pciũ ſubie-
ctum vñ vage reſtitutioni.

Ad ſcdam pté q̃ſtionis. ſuppo
ſitis q̃ttuor ſuppoſi
tionib⁹ poſitꝫ ad p̃mã pté hui⁹ q̃ſtionis re
ſpõdet etiã p duos modos dicẽdi. Prim⁹
ꝯſiſtit i duab⁹ ꝯcluſiõib⁹ q̃ oẽs debẽt itelli
gi ſuppoſito q vſurari⁹ non ſit dñs rei vſu-

Prima Si oĩa eoꝝ bo (rarie.
na ſint vſuraria vel etiã ſi
habeant aliq̃ legitime q̃ſita: attñ pciſe illa
q̃ qs vult emere ſũt vſurana: tũc illicitũ eſt
emere ab eis aliq̃ talia niſi nõ referat apud
creditorẽ vſurarij q̃d ex eq̃pollẽtib⁹ ſibi re
ſtituat. Vñ ſi vſurari⁹ habet aliq̃s veſtes
vel cõſimiles res ſibi impignoratas: q̃ ex
lapſu tpis puenerũt ad eũ rõne vſurarum
q̃s credito: ſu⁹ ibi non ſoluerat nemo põt
licite illas emere nec dono vel elemoſyna
recipe: dẽpto caſu de recipiẽte animo reſti
tuẽdi ei cui⁹ ẽ ⁊ caſu de mendico poſito in
p̃mo correlario primi modi dicẽdi prime
ptis hui⁹ q̃ſtiõis. hec aũt ꝯcluſio ſufficien
ter pbari põt p pbatiões adductas ad pri
mã ⁊ ſcdam ꝯcluſiões p̃mi modi dicendi
precedẽtis partis.

Secũda ꝯcluſio. Si q̃s emit ab
vſurario illa eadẽ q̃ ſunt legitime q̃ſita ⁊ p
emptionẽ nõ reddit eũ impotẽtẽ ad reſtitu
tionẽ ſuo creditori: emptio eſt licita: ptꝫ ex
deductis in tertia ꝯcluſiõe p̃mi modi dicẽ
di pcedẽtis partꝫ q̃ſtionis. Vñ ſi q̃ pigno-
ra deueniſſent ad vſurariũ nõ rõne vſurarꝫ
nõ ſolutarꝫ: ſꝫ rõne ſortis mutuate ⁊ ſors il
la fuiſſet de dominio legitimo vſurarij: et
emptor daret cõdignũ pcium: non eẽt em-
ptio illicita: etiaꝫ ſi illa bona añ h̃ fuiſſent
req̃ſita p reſtitutiõe vſurarꝫ. ſec⁹ aũt ſi vſu-
rari⁹ reddit ex illa emptiõe impotens reſti-
tuere ſuo creditori. Ideo illi emptores nõ
excuſant q̃ viliori pcio q̃ꝫ iuſtũ ſit emũt ab
vſurarijs pignora: etiaꝫ ſi eſſent iuſte q̃ſita
q̃ tñ ſũt req̃ſita p reſtitutiõe vſurarꝫ: etiã ſi
vſurarij oĩno libere ⁊ ſciẽter dent p tali p̃-
cio: q: etq̃ dant min⁹ q̃ꝫ valet: reddunt vſu
rarios impotentes ad reſtitutionẽ vſurarũ
ſicut nec ab eiſdeꝫ liceret illa recipe nomie
doni in toto vel in pte.

Secũdus mod⁹ dicendi ſuppo
nit ſcdaꝫ opinioneꝫ
eſſe verã ſcꝫ vſurariũ eẽ dñm rei vſurarie:
⁊ dicit indiſtincte licitũ eẽ emere bona etiaꝫ
vſuraria ab eis: ⁊ etiã dono recipere ſi non
reddũt p h̃ vſurarij impotẽtes ad reſtituẽ-
dũ vſuras. ſec⁹ ſi reddãt impotẽtes ſic red
dunt qñ eis dat nõ cõdignũ pciũ p merce
put tactũ ẽ. Et ſicut dictũ eſt p illos duos
modos dicẽdi ad ſcdam pté q̃ſtiõis de em
ptione: ſic etiã de ꝯtractu pmutatiõis ⁊ lo
catiõis ⁊ ꝯſilib⁹ ſilr̃ reſpõderet et etiam
de cõtractu donationis.

Contra p̃mã ꝯcluſionẽ ⁊ ſcdaꝫ
p̃mi modi dicendi poſiti ad p̃maꝫ pté q̃ſti
onis Arguit primo ſic. iudei ſunt vſurarij
taliter q aliq̃n nihil habent p̃ter vſuras: et
tñ iudeis etiã ſi nihil habeant p̃ter vſuras
licitũ eſt aliq̃ vendere. igit vſurarijs etiaꝫ
nihil habẽtib⁹ p̃ter vſuras licitũ ẽ q̃d vẽde
re. ⁊ p h̃ etiã infert ꝯ ſcdam ꝯcluſiõeꝫ eiuſ-
dem modi dicẽdi q licebit vſurarijs habẽ
tib⁹ aliq̃ legitima aliq̃ vendere etiã p pcio
vſurario. igit p̃m⁹ mod⁹ dicẽdi eſt falſus q̃
ad duas p̃mas ꝯcluſiones. Maior nota.
Minor pbat: q: a iudeis etiã nihil habẽ-
tib⁹ p̃ter vſuras licitũ ẽ recipe decimas p̃-
diales: vtputa ſi aliq̃s taliũ iter alia vſura
ria bona haberet agrũ quẽ noĩe vſure acq̃
ſiuiſſet: eccl'ia licite poſſet exigere ⁊ recipe
decimas. igit eiſdeꝫ licebit aliq̃d vendere.
Antecedẽs pbat p. c. de terris. extra de deci
mis. vbi dr̃. de terris q̃s iudei colũt talit ti
bi reſpõdemus vt eos ad decimas ſoluẽ-
das vl' poſſeſſiões penit⁹ renũciãdas cũ oĩ
diſtrictiõe cõpellas: ne forte eccl'ie occaſi-
one iſta valeant ſuo iure fraudari. hec ibi.
Et itelligit illð capl'm etiã ſi illas poſſeſſi-
ones p vſuras acq̃ſiuiſſent: ſic etiã a p̃do-
ne q̃ aliq̃ p̃dia vi occupata obtineret: licite
exigit decima: alioq̃n vſurari⁹ ⁊ p̃do eẽt me
lioris ꝯditiõis q̃ꝫ nõ talis qð ẽ icõueniẽs
Cõſequẽtia aũt pbat: q: minus videret q
ab eis poſſet capi decia q̃ꝫ q eis poſſet ali-
q̃d vẽdi: q: cũ ab eis accipit decima: nõ da
tur eis aliqð eq̃uale p illa decima q̃ mediã-
te maneãt ita potẽtes ad reſtituẽdum ſic ſi
retinerẽt decimã: qñ aũt eis q̃d vẽdit ⁊ re-
cipit pciũ ab eis dat eis merx eq̃ualens p̃-
cio: ⁊ ſic ñ reddũt pauꝑiores q̃ꝫ pri⁹ fuerit.

Dicẽdũ ꝯcedẽdo maiorẽ negãda ẽ minor
ad pbatiõeꝫ: ꝯcedendũ ẽ antecedẽs ⁊ negã
da ꝯſequẽtia. ad pbationẽ ꝯſequentie ne-

gandum eſt aſſumptũ: ⁊ ratio diuerſitatis ē: qꝛ cum eccl'ia capit decimã de predio qđ iudeus nomine vſurarũ acquiſiuit: nõ capit aliquid niſi qđ al's ſuũ eſt ſeu qđ debetur eccl'ie. Sed volens ꝗd vendere ei nihil habet vt talis apud iudeũ vſurariũ qđ ſit ſuum vel debeat ſibi. igit̃ nihil ꝑ modũ p̃cij ab eo põt cape. ſi tamen al's haberet aliquã pecuniã apud vſurariũ debitam ſibi: vtputa quia eam vſure nomīe olim ſolui ſſet ſibi. ⁊ non poſſet eam rehabere niſi nũc quid ei venderet: bene liceret ei aliꝗd vendere ꝓ pecunia tali: quia iudeus met illã ei debebat dare: ⁊ ille eam ſibi oblatã a iudeo poterat recipe etiam ſine cõmutatiõe mercis: ſecus aũt vbi is qui volebat ei ꝗd vendere nihil tale habebat apđ vſurariũ.

Cõtra hoc arguit̃ dupliciter. Primo ſic. Ager quē quis noīe vſure dat iudeo vſurario non eſt eccl'ie. ⁊ per ꝯſequēs nec eius fructus. igit̃ eccl'ia nõ plus habet aliquid apud iudeũ qđ ſit eccl'ie q̃ꝫ qui eidem vult aliquid vēdere. Antecedens ꝓbatur: quia ille ager ē adhuc plene de dominio ipi⁹ ꝗ dat ſi teneat̃ ꝙ vſura non transfert̃ in dominiũ vſurarij: aut ſi teneat̃ oppoſitũ tunc ager plene erit de dominio vſurarij. Secundo ſic: q̃ꝫuis volens ꝗd vendere iudeo vſurario nihil habeat apud eũ ante vēditionem qđ ſit ſuũ vel debitũ vendēti: tamen facta venditiõe ⁊ traditiõe mercis cõpleta ſic ꝙ iude⁹ nunc habeat illam mercē: venditor habet quid apđ iudeũ qđ ſit ſuũ vl' ſibi debitũ. ꝓ puta p̃cium tantũ quanti valoris ē merx. qꝛ aut illa merx eſt iam de dominio vſurarij facta aut non: ſi primũ igit̃ vſurarius eſt debitor factus ipi venditori in tãto precio: qꝛ non tranſtulit mercē in ei⁹ dominiũ niſi ſub conditiõe ꝙ ecõtra eēt ſibi debitor in tanto p̃cio transferendo econtra in ſuũ dominiũ. Si ſcđm ergo adhuc ē de dominio vēditoris. igit̃ vēditor habet aliquid exiſtens ſuum vel ſibi debitum apud vſurariũ. igit̃ poterit aliquid recipe ab vſurario ſicut ⁊ eccl'ia. Ad primũ dicendũ ꝙ ager p̃dictus eſt iudei vel eius ꝗ eum ſibi dat. ſed non niſi cum onere illo vt eũ habens debeat dare decimã partem fructuũ ⁊ ſic ager eſt eccl'ie quo ad illđ ius decimarum. idõ ſicut illud ius ⁊ ager quo ad illđ ius eſt eccleſie ſic etiã illi fructus ſunt eius nec debitor vſurarij potuit iudeo illđ ius dare. Ad ſcđm dicendũ dupliciter. Primo dato ꝙ totũ argumentũ concederetur nihil contra cõcluſionē contra quã vadit quia cõcluſio cõtra quã nitit̃ argumentũ dicit tm̃ ꝙ ipa vēditio eſt illicita nõ aũt dicit ꝙ ſi vēditio. ſit cõpleta ⁊ traditio mercis facta ꝙ nihil liceat recipe ab vſurario. Secũdo dicendũ ꝙ venditiõe ⁊ traditiõe mercis facta licitũ eſt venditori aliquid recipe ab vſurario: qꝛ ſuam mercē recuperare põt ⁊ ſi illam põt recuperare nõ licebit ſibi ꝗd aliud ab eo recipere: quia vſurari⁹ nullius alterius rei habet dominiũ ⁊ licentiã ſibi dandi. ſi aũt non poſſit illã vllo modo recuperare non ob id licebit ſibi p̃ciũ recipere ꝓ ea: ſicut nec licebit mihi a fure rem tibi ſubtractã recipe ꝓ debito ꝗ mihi idē ē debitor ex cõtractu vel etiã ex furto. ⁊ cũ dicis: habet quid ſuũ exiſtēs apđ vſurariũ concedo ⁊ illud poterit recipe quãtũ eſt ex pte ſua ſic inq̃ꝫ reſpõdēdũ eēt ſm̄ p̃mũ modũ dicendi. Sꝫ diceres. ꝗd dicendũ eēt ſm̄ ſcđm modũ dicendi. Nam arguēdo ꝓ et ꝯtra videri poſſet alicui primo ꝙ poſſet recipe p̃ciũ etiam ſi ꝑ illam receptiõē redderet̃ impotēs ad reſtituendũ ſuo creditori lꝫ peccauerit cõtrahēdo cũ eo tali ꝯtractu vergente in p̃iudiciũ creditoris vſurarij primũ ptꝫ: qꝛ ex quo vterq̃ꝫ iã tenet̃ ⁊ nõ tenet̃ creditori vſurarꝫ illđ p̃ciũ i numero. ſꝫ equalēs ſeq̃t̃ ꝙ vēditor nõ potēs recupare mercē: vtputa forte: qꝛ ꝯſũpta ē vel hmõi: poterit accipe p̃ciũ nõ obſtāte ꝙ ꝑ h̃ p̃iudicet̃ alteri creditori: qꝛ cum ꝗs ē mihi ⁊ tibi obligat⁹ ⁊ vult mihi ſatiſfacere poſſũ recipere: nõ obſtāte ꝙ ꝑ h̃ alteri nõ poterit ſatiſfacere. Et tñ cũ h̃ diceret̃ ꝙ ille vēditor teneret̃ creditori vſurarꝫ cui h̃ p̃iudiciũ generauit ad refuſionē damni occaſionati ꝑ ſuũ ꝯctũ. Sꝫ in ꝯtrariũ arguit̃: qꝛ poſteriori creditori nõ ē licitũ recipe ſolutiõem cũ p̃iudicio p̃oris: regularit̃ loquēdo: qđ dico: qꝛ ſec⁹ ſi poſterior habeat p̃uilegium iuriſ cõmunis vl' ꝑticularꝫ de h̃ vt pri⁹ debeat ſibi ſatiſfieri ſicut aliꝗ habent cuiuſmodi nõ ē h̃ ⁊ vēditor ē poſterior creditor vſurarij i tali caſu q̃ꝫ ſit creditor vſurarꝫ. Et ſic h̃ ꝯ vltimũ iã annexũ de refuſione argueret̃ qꝛ eadē rõne ego tenerer ad refuſionē q̃ tuo mutuatario res q̃s mox ꝯſumpturus

eſt vendere pro precio per quod ſoluꝫ tibi
poſſet ſatiſfacere qđ videt̃ incōueniēs: ſed
de hoc puncto videndum ē in tractatu de
reſtitutionibꝫ. Scđo ſic. om̄ia illa com
mercia ꝯceſſa intelligunt̃ q̄ non ſūt expꝛ̄ſſe
i iure ꝓhibita: ſed vēditiōes q̄bus aliqua
venderent iudeis non ſūt expꝛ̄ſſe in iure ꝓ
hibite. igit̃ ſūt conceſſe: ⁊ tamen iudei ſepe
nihil habēt niſi vſuraria bona. ⁊ etiā ſi ha
bent legitima bona: tamē illud p̄cium qđ
dant ꝓ merce ē vſurariū: igit̃ habētibꝫ vſu
raria bona licet vendere aliqua ꝓ illis: qđ
eſt ꝯtra primā ⁊ ſcđaꝫ ꝯcluſiones p̄mi mo
di dicendi. Maior nota vt videt̃. Minor
ꝓbatur: qꝛ in iure canonico exp̄munt̃ com
mercia q̄ ſunt ꝓhibita chriſtianis ne ea ha
beāt cū iudeis: ⁊ inter illa nullibi exp̄mūt̃
venditiones ne eis fiāt. vnde ibi bene ꝓhi
bent̃ ſequētia cōmercia. Primū ꝙ nō man
ducemꝰ azyma cū eis. Scđo ne vocemus
eos ad iſirmos ⁊ ne ſumamꝰ medicinā ab
eis. Tertio ne balneemur cū eis. Quarto
ne habeamꝰ cū eis cōmercia. q̄ habet oīa i
c. nullꝰ. ⁊ in. c. oēs. xxviij. q. j. Quīto ne q̄s
ſeruiat eis cōtinue ad mēſam aut cōmoret̃
i domibꝫ eoꝝ: vt in. c. iudei. extra đ iudeis.
⁊ ſic de ꝯſimilibꝫ vbi nulla fit mētio ne ali
qua eis vendamꝰ. Dicendū argumentū
deficit tripliciter. Primo qꝛ aut maior loq̄
tur tm̄ de iure humano aut de om̄i iure ſcꝫ
diuino: naturali ⁊ humano. Si p̄muꝫ tūc
ſubdiſtinguit̃: quia aut ly expreſſe denotat
expreſſionē ꝑticularem ⁊ in ꝓpria forma fa
ctam ſcꝫ quo ad ſpeciem ⁊ circūſtantias fa
cti. ⁊ ſic eſt falſa. Naꝫ ſi ſic intellecta eēt ve
ra: nō eſſet opus ſuꝑ agendis ⁊ omittēdis
vllam nouā decretalem aut decretū aut le
gem cōdere aut ꝓ vllius caſus deciſiōe ad
ꝓncipē recurrere: qꝛ deciſio haberet̃ ſuffici
enter in iure humano. Si aūt denotat ex
p̄ſſionē generalē vl' radicalē q̄ modo đꝛ ꝓ
hiberi ſpecies q̄ñ ꝓhibet̃ genꝰ tacito noīe
ſpecieꝝ. ⁊ ꝑ ſe đꝛ ꝓhiberi cōſequēs q̄ñ ꝓhi
bet̃ antecedēs. ⁊ ſic maior pōt ꝯcedi loquē
do đ iure humano canonico. Illđ enī mā
dat ſuare legē diuinā ⁊ naturaleꝫ in q̄ oīa
mala ꝓhibent̃ ⁊ bona cōcedunt̃: nō aūt de
omnibꝫ: quia illud aliqua mala non ſolū nō
ꝓhibuit: ſed etiaꝫ cōceſſit vt patuit. q. xxij.
Eodem modo eſt diſtinguēdū de ly expꝛ̄ſſe
ſi loquatur maior de omni iure. Nam nō
omnia mala ſūt etiā in iure diuino vel na
turali ꝓhibita expreſſe: expreſſione ꝑticula
ri: ſꝫ bene aut ꝑticulari aut generali aut ra
dicali. Conſequēter diſtinguēda ē minor
quia aut loquitur de iudeis vſurarijs aut
non vſurarijs. Si ſcđm nihil ad ꝓpoſituꝫ
quia non dicimus non licere aliq̄d vende
re iudeis. Naꝫ iudeis habentibꝫ legitima
bona per quoꝝ erogationē non reddūtur
impotentes licite poſſumꝰ multa vēdere ⁊
etiam ab eis emere. Si primū minor ē fal
ſa ſi expreſſe dicat expreſſionē generalē vel
radicalem ſiue loquat̃ de iure humano ca
nonico tm̄: ſiue de om̄i iure ſcꝫ naturali di
uino ⁊ humano. Nam ius canonicū ⁊ na
turale ⁊ diuinū ꝓhibet nobis ne contrecte
mus rem alienā inuito domino. hoc auteꝫ
fit in vendendo vſurario aliquid recipien
do ab eo preciū vſurariū cuiꝰ non eſt dn̄s.
ꝓhibet etiam nobis ne demꝰ auxiliū q̄ q̄s
impoſſibilitet̃ ad reſtituendū iniuſte abla
tum aut occaſionē qua ledatur ꝓximꝰ per
impedimentū reſtitutiōis ſibi fiēde. Mo
do ſi etiaꝫ teneret̃ ꝙ vſurariꝰ ſit dominꝰ rei
vſurarie ſtat ꝙ vendens ſibi aliq̄d per hoc
eum impoſſibilitet ad reſtitutionē vſura
rum. igit̃ illa venditio eſt iure diuino natu
rali ⁊ humano ꝓhibita expreſſe expreſſiōe
generali vel radicali. Scđo deficit: qꝛ i
eo cōmittit̃ fallacia accidētis. ſicut ſi ſic ar
guat̃. homo eſt animal: et animal eſt genꝰ.
igit̃ homo eſt genꝰ. accidit inq̄ꝫ animali ꝙ
ſit genus: ⁊ tñ ex quo dicit̃ đ animali infer
tur etiā dici de homine Sic accidit iudeo
ꝙ ſit vſurariꝰ ⁊ tamē qđ licet iudeo impen
dere infert̃ ꝙ etiam ei qđ ſibi accidit liceat
impendere. Tertio etiā deficit: quia ibi
cōmittit̃ fallacia conſequentiꝫ: quia virtua
liter ſic arguitur: licitum eſt quid vendere
iudeo. igitur licitū eſt quid vendere iudeo
vſurario nihil habenti niſi vſuraria bona
vel ꝓ precio vſurario: qꝛ arguitur a toto i
modo ad ſuam. ꝑtem ſicut licitū ē celebra
re coram homine. igit̃ licitum eſt celebrare
coram homine excōmunicato.

Tertio arguit̃ ſic. Eccleſia ſcit et
ꝑmittit chriſtianos vēde
re aliqua iudeis: etiā vſurarijs. igitur illa
vēditio eſt licita. tenet ꝯſequētia: qꝛ aliꝭ ec
cleſia delinqueret ꝑmittēdo ſciēter cōmer
cia illicita ſubditis. Dicēdū argumētū de-

ficit dupliciter. Primo qꝛ ↄſequentia non valet: nā ſepe aliq̄ mala ꝑmittunẗ ꝑmiſſione ſimplicʒ tolerātie ſcʒ nō puniēdo eadē. vt ptʒ de ꝓſtibulis. ⁊ hec ⁊ ſimilia tolerāẗ licite qn̄ nō poſſunt ꝓhiberi et puniri niſi incurranẗ maiora mala. Scd̄o antecedēs eſt diſtinguendū. aut eni ꝑmiſſio in antecedente excludit tm̄ punitionē i foro exteriori. ⁊ ſic antecedēs concediẗ ſaltē intelligendo ipm̄ vt in plurimū. qꝛ vt in plurimū eccleſia non punit tales chriſtianos pena ciuili vel etiam canonica i foro exteriori. aut excludit punitionē i foro interiori. ⁊ ſic negaẗ. Nam in foro cōſcientie imponit penitentiā talibꝫ venditoribꝫ tam ſtatuto vel ꝑ ſententiā iuris q̄ʒ etiā ꝑ ſententiaʒ hoīs ſeu iudicis ꝑ ſtatutuʒ q̄dem: ⁊ hoc generaliter vl̄ radicaliter. qd̄ ptʒ: qꝛ aut teneẗ ꝙ vſurarius nō ſit dn̄s rei vſurarie: ⁊ tūc venditor recipiēs ꝓciū vſurariū ↄtrectat rem alienā inuito dn̄o: ⁊ ſic furtum cōmittit. modo eccleſia ꝑ ius canonicū ſeu ſtatutum imponit penitentiā cōmittēti furtū: ⁊ etiaʒ ei iniungit ꝙ reſtituat ↄtrectatū dn̄o: vt ptʒ extra de furtis. ⁊ de penitētijs ⁊ remiſſionibꝫ ⁊ in regula peccatū: in ſexto. Si aūt teneẗ ꝙ ſit dn̄s rei vſurarie: ⁊ tn̄ recipiēs ꝓciū impoſſibilitat eū ad reſtituēdū ſuo creditori vſuras: tūc iteꝝ imponit vēditori taliter recipiēti ꝓciū penitētiā ⁊ iniūgit ꝙ reſtituat qꝛ eccl̄ia ꝑ ius canonicū ⁊ ſtatutū decernit ꝙ ↄſentiēti i pctm̄ ꝓximi: debet imponi penitentia. ⁊ ſi ille conſenſus ē occaſio ⁊ cauſa dānificatōis ꝓximi ꝙ debeat leſo ſatiſfacere. vt in. c. ſi culpa. extra de iniurijs ⁊ dāno dato. ⁊ i multis capl̄is poſſūt fūdari talia. Vn̄ etiā exquo ius diuinū ⁊ naturale hec decernūt: tūc etiā ius canonicum eadē decernit: qꝛ decernit ſeruādū eē ius diuinū ⁊ naturale. De ſnīa hoīs vel iudicis ptʒ ꝑ duo dicta. Primū: qꝛ peritꝰ ↄfeſſor et diſcretus ab eccl̄ia ↄſtituṫꝰ ſi tenet ꝙ vſurariꝰ nō ſit dn̄s rei vſurarie: ſi ſit nō ordinarius ↄfeſſor: debet tali iniūgere pniaʒ ſuꝑ ↄtrectatiōe rei aliene: ⁊ etiaʒ vt ꝓciū vſurariū taliter receptū reſtituat creditori vſurarū cui ꝑtinet: aut ſi eū neſcit: alteri cōſimili creditori: aut ſi nemīnē eoꝝ ſcit: debet reſtituere paupibꝫ niſi vſurarius fuiſſet manifeſtus. tūc eni debet reſtituere ep̄o loci cuꝰ diſpoſitiōi ſubſūt ille vſure: q̄ ſubiecte ſūt reſtitutiōi vage. Si aūt tenet ꝙ ſit dn̄s rei vſurarie: adhuc debet iniūgere ei pniaʒ ſuper h̄ ꝙ iuuit vſurariū ad pctm̄ ipoſſibilitatiōis: ⁊ ↄſequenter ad leſionē creditoris vſuraꝝ: ⁊ cū h̄ debet eidē imponere ꝙ ſatiſfaciat creditori vſuraꝝ leſo: ſi ſcit aliquem certū creditorē. aut ſi nemineʒ taliū nouit ē reſtitutio vaga ſibi imponēda modo ꝓdicto. ⁊ ſi ſic facit diſcretꝰ ↄfeſſor bene q̄dē. ſi aūt nō: nihilominus etq̄ deberet ſic facere dr̄ eccl̄ia etiā ꝑ ſnīaʒ hoīs punire talē vēditorē. ⁊ h̄ in ſtl̄i: qꝛ talis ↄfeſſor non dubitaret furē ꝓdicto modo punire: aut illū q̄ nō ē fur: ꝓſtitit tn̄ ↄſenſū efficacē ad pctm̄ ꝓximi: ⁊ ad ꝓximi dānificatiōem: tali imponēdo ꝓdicto modo pniaʒ. agiẗ. Dixi notanter in pmo dicto. ſi ſit nō ordinariꝰ ↄfeſſor: puta q̄ pōt audire ⁊ etiā omittere: ſicut ſūt cōfeſſores ordinis mēdicātiū: talis inq̄ʒ ſi ei ꝓdicta opinione agat vt dixi. ſi autē ē tal̄ q̄ teneẗ audire tūc nō obſtāte ꝙ ſit illiꝰ opinionis ꝙ vſurarius nō ſit dn̄s rei vſurarie ſi tn̄ ↄfitēs credit nō illā ſʒ ↄtrariā opinionē eē verā nō debet ei ꝓpter ꝓpriā opinionē ꝑiudicare: ſʒ agat ſecū ſm̄ ſcd̄am opinioneʒ ſcʒ vt ſi impoſſibilitatꝰ ē vſurariꝰ ⁊c. imponat pniaʒ ſibi vt i ſcd̄o dicto dixi. ⁊ d̄ h̄ patebit etiā i vltima q̄ſtione totꝰ opis.

Quarto arguiẗ. ↄcedens antecedens ↄcedit ↄſequens. Sʒ eccl̄ia ↄcedit xp̄ianis vt habitēt cū iudeis ſeu ꝙ ꝑmittāt iudeos habitare cū eis ⁊ ecōtra ↄcedit iudeis habitare cū xp̄ianis igiẗ ↄcedit ↄſeq̄ns. ſʒ ↄſequēs illiꝰ ↄceſſionis ē vēditio ꝑ xp̄ianos impēſa iudeis. igitur ↄcedit xp̄ianis vēdere aliq̄ iudeis: ⁊ tn̄ iudei dāt ꝓcia vſuraria. igiẗ eccl̄ia cōcedit xp̄ianis vēdere aliq̄ dantibꝫ ꝓcia vſuraria nihil aūt ↄcedit eccl̄ia niſi licitū. igiẗ pma ⁊ ſcd̄a ↄcluſiōes pmi modi dicēdi ſūt falſe Maior nota Minor ptʒ. qꝛ eccl̄ia mādat xp̄ianis vt nō moleſtēt iudeos iter ſe habitātes: vt ptʒ i. c. iudei. extra de iudeis. ⁊ i. c. q̄ ſincera. xlv. diſt. igiẗ ↄcedit habitatione mutuā. ↄſequētia ē nota. Antecedens ſcd̄i diſcurſus ꝓbaẗ. qꝛ nō poſſūt habitare niſi habeāt vn̄ viuāt: nō aūt poſſūt viuere niſi emāt ad victū ⁊ veſtitū ꝑtinentia: quia a ſe ipſis non habent talia: cum non intendant agriculture nec artificijs. Dicendū ↄcedēdo totaliter pmū ⁊ ſcd̄m diſcurſū. ſed cū

In tertio arguit̃ ſic. eccleſia cõcedit vendere iudeis aliqua et iudei dant p̃ciũ vſuraria. igit̃ concedit vendere aliqua p̱ p̃cio vſurario: cõmittit̃ fallacia cõſequẽtis: qꝛ virtualiter arguitur affirmatiue a toto in modo ad ſuam ꝑtem: qꝛ virtualiter arguit̃ ſic. eccleſia concedit vendere aliqua iudeis. igit̃ concedit vendere aliqua iudeis dantibꝰ p̃cia vſuraria. ſicut eccl'ia concedit celebrare coram homie. igit̃ coraꝫ homie notorie excõmunicato vel denunciato. Vñ ſi p̃dicta ꝓbatio cõcluderet: etiã ↄcluderet ꝙ liceret vendere furi non habẽti niſi pecuniã furtiuam: quia eccleſia cõcedit vendere aliqua chriſtiano: ⁊ chriſtianꝰ aliquis non dat niſi pecuniã furtiuã. Et cuꝫ dicis. adhuc argumentũ ſtat: qꝛ eccleſia concedit tã chriſtianis q̃ꝫ iudeis etiã vſurarijs ſimul habitare. modo habitare non poſſent niſi mutuo ſibi vẽderent victualia ⁊c̃. Dicendũ iudeis vſurarijs nõ concedit eccleſia habitare cum chriſtianis in ſenſu cõpoſito: quaſi eis vt vſuras exercentibꝰ concedat loca habitandi. immo eccleſia prohibet ne talibꝰ ad huiuſmodi locent̃ domus: ⁊ ne quis permittat vſurarios alienigenas in terra ſua habitare: vt patet in. c. j. de vſuris. in ſexto. ſed bene in ſenſu diuiſo. Et lꝫ iudei vſurarij in ſenſu compoſito capti puta ꝑut non intendũt niſi vſuris: non poſſint viuere niſi chriſtiani eis aliqua vendãt: tamẽ ex quo cõtingenter ſunt vſurarij: quia poſſunt aliter ſe nutrire: non ob hoc ſequitur ꝙ liceat chriſtianis aliqua eis vẽdere ꝑſeuerantibꝰ in vſuris. nec iudei ↄqueri poſſent de hoc ꝙ non poſſint habere victualia: qꝛ imputent ſibi cauſam illiꝰ impoſſibilitatis. ſicut cõfeſſor põt abſoluere con fitentẽ: ſi tamen non velit cõfitẽs omittere peccata de cetero: nõ poterit eũ abſoluere.

**Quinto** arguit̃. quandocũꝫ aliquid ꝓhibetur chriſtianis ex cauſa: ceſſante cauſa ceſſat ꝓhibitio. ſed cauſa ꝓpter quã ꝓhibet̃ chriſtianis cõmercia habere cũ iudeis ẽ ne ꝑ huiuſmodi cõmercia ↄtrahatur familiaritas nata ſubuertere mentes fideliuꝫ. igitur ſi illa cauſa ceſſat in vẽditione que fieret iudeis: ceſſat ꝓhibitio. Modo plerũꝫ talis cauſa ceſſat. igit̃ tunc illa venditio eſt licita. Dicendum ꝙ dato ꝙ maior eẽt vera: nõ tamẽ niſi de cauſa totali non aũt de partiali: quia dato ꝙ vna cauſa ceſſet: ſi tamẽ adhuc alia ſupeſt non ceſſat ꝓhibitio. Modo hoc ꝙ eſt non cõtrahere familiaritatẽ ſubuerſiuã fidei: eſt tñ vna cauſa ſi loquamur ḋ q̇buſcunꝫ cõmercijs. quare etiã illa ceſſante: ſi alia ſupeſt: non ob hoc erunt cõmercia licita. Modo in venditiõe que fieret eis ꝓ p̃cio vſurario remanet cauſa cur ſit ꝓhibita ſcꝫ contrectatio rei aliene vl' impoſſibilitatio vſurarij ad reſtituendũ.

**Sexto** arguit̃. aliq̇s ꝓ pecunia aliena que non eſt ſua põt aliq̇d emere. ita ꝙ res empta etiã erit ementis ⁊ non illius cuiꝰ fuit pecunia. igit̃ vſurariꝰ etiaꝫ ſi non ſit dominꝰ pecunie vſurarie poterit ꝓ ea quid emere. ⁊ ꝑ cõſequens aliquis poterit ei aliquid ꝓ ea vẽdere. Antecedẽs ꝓbatur dupliciter. Primo per. l. ſi ex ea pecunia. C. de rei vendica. Scḋo ꝓbatur a ſimili. qꝛ rem alienã põt quis vendere: vt pꝫ in. l. rem alienã. ff. de ↄtrahẽ. empti. ⁊ vendi. igit̃ eadem rõne ꝓ pecunia aliena põt q̇s aliquid emere. Ad h̄ argumẽtũ reſpõdebit̃ ĩ fine ſequentis q̃ſtionis.

## Queſtio. LXX.

**Vtruꝫ aliquis poſ**ſit vẽdere rem alienã. Hãc queſtionẽ ꝓ eo tractare et reſoluere ſtatui. Primo: qꝛ nr̃e facultatis ſtudioſi ⁊ diſcipuli: q̇nĩmo ⁊ nõ nulli ex magiſtris noſtris admittere nolũt imo vix aures eoꝝ ferre poſſũt cũ audiũt dominos iuriſtas dicentes: ꝙ aliq̇s poſſit etiã de iure rem alienã etiã ſcitã talẽ vẽdere. ideo cũ oĩe verũ vero ↄſonet: vidẽduꝫ eſt quo modo h̄ habeat veritatẽ. Secũdo ideo vt plene habeat̃ ſolutio vltimi argumẽti p̃cedẽtꝫ q̃ſtiõis. Solõ huiꝰ q̃ſtionis ſtat ĩ vna diſtinctiõe: nouẽ ↄcluſionibꝰ: q̇nꝫ notabilibꝰ. ⁊ duobꝰ correlarijs vl' tribꝰ. Diſtinctio: duplex ẽ poſſe. Quoddã ẽ poſſe de facto: q̇modo etiã poſſumꝰ mortalit̃ peccare. Aliud ẽ poſſe de iure. q̇modo id tm̃ poſſumus: qḋ de iure poſſumꝰ. ⁊ h̄ ſub diſtinguẽduꝫ ẽ: qꝛ duplr̃ põt ĩtelligi ꝙ aliq̇s poſſit aliq̇d ḋ iure. Uno mõ ſic ḋ iure ꝙ ſi ipſe illḋ faciat: factũ tenet: etiã ſi ñ liceat ſibi illḋ facere: quõ diceremꝰ ꝙ q̇s p̃t de iure mercari die feſtiuo: qm̃ ⁊ ſi illḋ ſibi nõ liceat: ⁊ ius ſibi ꝓhibeat: tñ mercatio talis

ſi facta eſt tenet, ſicut diceremꝰ ꝙ q̇s pōt de
iure rē vēdere ſcienter pluris ꝙ̄ valeat dū
modo nō ſit exceſſus vltra dimidiū iuſti p̄
cij, q2 lʒ peccet: ꝯctus tñ valet. Alio modo
ſic de iure ꝙ ius ꝯcedat alicui tale q̇d face
re: ꝛ ita licite poſſit q̇s illud facere. ꝛ h̄ poſ
ſet ſubdiuidi ſm̄ triplex ius: ſcʒ diuinū: na
turale ꝛ humanū. q2 tñ ꝯceſſiões differūt
taliť ꝙ ſoliꝰ humani iuris ꝯceſſio nō infert
ſpm ꝯceſſū eē licitū. q2 ſi ius humanū cōce
dit aliq̇d facere qḋ ē iure naturali vel diui
no ꝓhibitum: nō poterit inferri ſcʒ. de iure
humano ꝯcedente id poſſumus igiť licite
poſſumꝰ. qm̄ ius humanū tale q̇d ꝯcedēs
nō ē ius ſʒ iniuria. Nec ē ꝯſtitutio ſʒ deſti
tutio. quo mō ius hūanū ciuile ꝯcedit exer
cere vſurarias mutuationes vt ſup̄. q. xxij.
tactū fuit. Sʒ ſi ius diuinū aliq̇d cōcedit
ꝯ̄uis nō ꝑcipiat ſpm illḋ ē ſimpliciter lici
tū. Nā ſi tale ꝓhibitū ē iure humano a le-
gitimo ſuꝑiore tūc tale nō ē iure diuino cō
ceſſū: imo ꝓhibitū virtualiter ꝓ quanto il
lud p̄cipit ſuare ꝯſtitutiones hūanas legi
time emanatas Luc. x. ꝛ ad Ro. xiij.

**Prima** concluſio. aliq̇s pōt de fa
cto vēdere rē alienā patʒ
ad experientiā ſic pōt furari ꝛ iniuriari. ꝓ(prio)

**Scda** ꝯcluſio. aliq̇s rē alienā etiaʒ
quā vēdēs ſcit alienā vēdere
pōt de iure: ſic ꝙ ſi vēdat: ꝯctus tenet. et h̄
in ꝑiudiciū vēdentis: ſic ꝙ vēditor cogiť fa-
cere ea q̄ ſunt de natura ꝯctꝰ vēditiōis: pu
ta cogiť ine... tradere emptori ſi eā habet
ſaltē ſi ē corꝑalis: q2 ſi eſt incorꝑalis: tradi
nō pōt: ꝛ ſi nō habet rē nec tradere pōt: co-
giť ad ſoluēdū emptori intereſſe: qḋ patiť
ex nō hr̄e mercē emptā: cū emptor ſoluit p̄
ciū vel ḋ eo ſatiſfecit. ꝛ ſic ꝑ(ri)m obligať ad
tradendū: q̄ traditio ē aliq̇ modo ſilis dati
oni nō tñ oīno: vt patebit: ꝛ ꝑ(ri)m obligať
ad faciendū. id eſt ſatiſfaciēduʒ ꝓ itereſſe ſi
nō tradit. Hec ꝯcluſio pʒ dupliciter. Pri
mo. ꝑ. l. rē alienā. ff. de ꝯtrahē. empti. ꝛ vē-
di. vbi ſic dr̄: Rem alienā diſtrahere nulla
dubitatio ē. Nam emptio ē ꝛ vēditio. vbi
vult dicere ꝙ aliq̇s eā ſic pōt diſtrahere ꝙ
diſtractio tenet. ꝛ ꝙ illa ſit mens legis pʒ
ex glo. q̄ i ṽbo dubitatio ſic dicit: q2 ꝯctus
tenet i ꝑiudiciū vēdētis. Itē etiā in. l. ſi q̇s
ff. de acti. empti ꝛ vēditi. dr̄. ſi q̇s alienā rē
vēdiderit ꝛ medio tp̄e heres dn̄o rei extite
rit: cogeť ſupple vēdēs implere vēditioneʒ
glo. implere. i. tradere ꝛ ea facere q̄ i vēditi
one deſideraťnon eni tradiderat ſʒ ſe excu
ſabat ꝓpť nouū dominiū rei. hec ibi. Dr̄
aūt notāter in ꝯcluſiōe ꝙ ꝯctꝰ tenet in ꝑiu
diciū vēdētis. q2 nō tenet i ꝑiudiciū emen
tis. Nā ex q̇ illa res nō ē facta ſua ꝛ ſibi au
ferri pōt vt etiā in p̄dicta. l. dr̄ ſcʒ rē alienaʒ
ideo ſi ſibi auferť agat ꝯ̄ venditorē de euic
tione. Sʒ vēditor rei aliene poſtq̄ eā vē-
didit ſiue tradiderit mercē emptori ſiue nō
dū tradiderit: etiā ſi iā ꝑmū ꝯſtare incipiat
vel pꝰ tp̄e vēditionis ꝯſtiterit ſibi rē eſſe
alienā: nihilominꝰ cogetur i foro exteriori
ſtare ꝯctui ꝛ implere q̄ de natura eꝰ ſūt ſcʒ
aut tradere mercē aut ſoluere emptori in-
tereſſe qḋ patiť ex n̄ hr̄e mercē illā. Diciť
notāter cōpelliť tradere mercē ꝛ nō dr̄ da
re ꝓpť illa q̄ tangenť in ꝑmo notabili infra
circa nonā ꝯcluſionē ponēdo. Vn̄ q̄ teneť
dare cogiť p̄ciſe ad dandū ſiue habeat fa
cultatē dandi ſiue nō: dūmodo ſit poſſibi-
lis datio. q2 cogiť redimere ꝛ dare. ſʒ vēdi-
tor nō teneť nec compelliť niſi qñ habet fa
cultatē nec cogiť redimere: poſito ꝙ redē-
ptio ſit poſſibilis. ꝛ ſi habet facultatē com
pelliť tradere ꝛ p̄ciſe: ꝛ pōt ei manu milita-
ri auferri. Diciť etiā notāt ꝙ cogeť i foro
exteriori ſtare ꝯctui ſcʒ ad tradendū mercē
ꝛc. ꝓpť dicenda in cōcluſione ſequenti.

**Tertia** ꝯcluſio. Ex ꝙ̄uis vēditio
rei aliene teneat ḋ iure ſic
ꝙ talis vēditor q̄ntū ē de natura ꝯcꝰ ven-
ditionis cogať ad illa duo ſub diſiūctione
ſcʒ ad tradēdū mercē vel ad ſoluēdū inter-
eſſe emptori ꝛ ꝑncipaliter ꝛ ꝑmo teneatur
ad ꝑmū ſi habet mercē: ꝛ tradere pōt ſalteʒ
de facto a q̄ tñ ſi nō pōt de facto tradere li
berať faciendo ſcḋm: tñ ſi ꝯſtaret iudici rē
illā eſſe alienā: nō liceret ei cogere vēditorē
ad tradendū illā rē emptori: etiā ſi vēditor
de facto poſſet eā tradere: puta ſi eā domi
haberet: ſʒ tñ liceret ſibi euʒ cogere ad ſol
uendū itereſſe emptori. Prima ps ꝓbatur
Nā nō licet iudici compellere ſubditū ad
pctm̄ mortale: aut ad ꝑiudicandū ꝓximo.
Modo vēditor ſi poſt vēditiōeʒ etiā illaʒ
rē traderet emptori ꝯtrectaret rē alienā in-
uito dn̄o. Vn̄ etiā ip̄e vēditor nō teneť ad
tradendū etiā ſi de facto poſſet: q2 nemo te
netur ad peccandū mortaliter. Debet igitur

recurrere ad ſcdm ſcꝫ vt ſoluat emptori in⸗tereſſe. Sꝫ cũ iudice latet rẽ nõ eſſe vẽdito⸗ris ⁊ tñ vẽditor põt ad min⁹ de facto trade⸗re mercẽ: tũc i ſuo foro eũ cogit: ⁊ etiã ſana ƺſciẽtia cogere põt eũ ad tradendũ mercẽ. ſꝫ vẽditor erat ƺſcius ẽ ſibi rei aliene lꝫ co⸗gat tradere: tñ obedire nõ deberet iudici. ſꝫ pot⁹ oĩa mala pati q̃ʒ mortali pctõ ſcꝫ cõ⸗trectationis rei aliene maculari.

**Quarta** ƺcluſio. ſcda ƺcluſio eſt vera nõ ſolũ i re aliena nõ furtiua: puta qꝛ vẽdẽs eaꝫ nõ ẽ furatus eã: nec ali⁹ quiſpiã. ſꝫ eſt apud vẽdẽtẽ ex cõ⸗modato vel ƺſimili modo vł nullo modo ẽ apud eũ: imo ẽ apud dñm. ſꝫ etiã ẽ vera ĩ re furtiua dũmodo ſol⁹ vẽditor eã ſciat fur⸗tiuã ſic ꝙ emptor ignoret. ſec⁹ vbi res ẽ fur⸗tiua ⁊ vterqꝫ ſciuit. Prima ps ptꝫ ex dedu⸗ctis in ſcda ƺcluſiõe. Scda ps ꝑbaꝛ. Nã etiã tenet illa vẽditio. ⁊ h̃ i ꝑiudiciũ vẽdẽtꝫ ſic ꝙ cogiꝛ facere ⁊c. vt ſup. Tertia ps ptꝫ qꝛ non tenet ƺtract⁹ adeo ꝙ neuter ƺtrahẽ⸗tiũ eſt alteri in aliq̃ obligat⁹. ⁊ h̃ ptꝫ p. l. ſi i emptione. ff. de ƺtrahẽda emp. ⁊ vẽdi. i. §. Itẽ ſi emptor. vbi dꝛ ſic. Itẽ ſi emptor ⁊ vẽ⸗ditor ſcit furtiuũ eſſe qd venit: a neutra pte obligatio ƺtrahiꝛ. ſi emptor ſol⁹ ſcit nõ ob⸗ligabiꝛ vẽditor: nec tñ ex vendito q̃cq̃ʒ ƺſe⸗quiꝛ niſi vltra qd ƺuenerit pſteꝛ. ꝙ ſi vẽdi⸗tor ſcit et emptor ignorauit: vtriuſqꝫ obli⸗gatio ƺtrahiꝛ. hec ibi. Et glo. dicit furtiuũ ſiue al's ſurreptũ ſine ƺtrectatiõe: qꝛ vẽdiꝛ vt qꝛ res mobilis ẽ: vt inſtituta d vſucap. §. furtiue. Itẽ idem in depoſito ⁊ cõmoda⸗to diſtinguiꝛ ſm Albertuꝫ. hec ibi. Sunt tñ res q̃dã aliene q̃ꝝ venditio nõ tenet nec emptio: vt ſi q̃s ſciẽter vẽdat vel emat libe⸗rum hoĩeꝫ: locũ ſacrũ vel religioſũ locum vel loca publica vt ẽ cãpus marci⁹. ſecus ſi ignorãter q̃s emeret liberũ hoĩem vł lo⸗cum ſacrũ. tũc eni emptio ĩtelligiꝛ: qꝛ diffi⸗cile põt dinoſci liber homo a ſeruo vt in. l. q̃rta ⁊ ſexta. ff. de ƺtrahẽ. empti.

**Quinta** ƺcluſio. ſcda ƺcluſio eſt etiã vera: ſi nõ ſolus vẽ⸗dens ſed etiã emẽs ſciat mercẽ eſſe alienaꝫ dũmodo nõ ſit furtiua. Nã cõtract⁹ tenet ĩ ꝑiudiciũ vẽdentis ſic ꝙ cogiꝛ facere ea ⁊c. vt ſupra. ꝑbaꝛ ꝑ glo. in. l. ſi in emptione. ff. de ƺtrahẽ. emp. ⁊ vẽdi. q̃ dicit ſic. Sꝫ q̃d ſi vterqꝫ ſcit rẽ alienã ñ furtiuã. Rñdeo valꝫ vt ſupra eadẽ. l. rem alienã. hec ibi. ⁊ ſic ſen⸗tit ꝙ p̃dicta lex ſcꝫ rem alienã etiã intelligi⸗tur in caſu quo vterqꝫ ſcit rem alienam eſſe dũmodo non ſit furtiua.

**Sexta** ƺcluſio. ſcda ƺcluſio ẽ vera tam in re mobili q̃ʒ in imo⸗bili: q̃uis differẽter. Prima ps ꝑbaꝛ: qꝛ ſi⸗ue res aliena ſit mobilis ſiue imobilis: vẽ⸗ditor cogiꝛ facere ea ⁊c. vt ſupra. ⁊ hoc vult glo. in p̃dicta lege rem alienã: que ſic dicit ƺtract⁹ tenet in ꝑiudiciũ vendẽtis: q̃uis i re mobili hoc non facile fit ⁊c. igiꝛ innuit ꝙ lꝫ non faciliter fiat in re mobili vẽditio tenẽs: tñ ƺtingit aliq̃n fieri ibi vẽditioneꝫ etiã q̃ teneat. Itẽ eadẽ glo. poſt p̃dictaꝫ di⸗cit. Hec lex habet locũ in re imobili. Iteꝫ mobili q̃ñ non fit furtũ. ſꝫ et q̃ñ fit furtum q̃ñq̃ʒ: vt patebit dicta. l. ſi i emptiõe: i eodẽ §. Itẽ hec ibi. Scda ps ꝑbaꝛ: qꝛ facil⁹ ƺtingere põt ꝙ venditio rei aliene imobi⸗lis teneat q̃ʒ venditio rei aliene mobilis vt p̃dicta glo. dicit. ⁊ ratio ẽ. qꝛ q̃ñ vendiꝛ res aliena mobilis de facili cõmittitur furtuꝫ. Vñ ⁊ ob hoc ⁊ in rebꝯ mobilibꝯ non facile ꝓcedit vt bone fidei poſſeſſoribꝯ vſucapio cõpetat: qꝛ vſucapio non habet locũ in re furtiua. In rebus aũt mobilibꝯ facile com⸗mittiꝛ furtum. Modo q̃ñ merx eſt furtiua tũc non tenet vẽditio nec emptio ſi vterqꝫ ſciuit rem eſſe furtiuã vt in q̃nta ƺcluſione patuit. igiꝛ. Modo non ſic facile cõmittiꝛ furtũ in re imobili.

**Septima** ƺcluſio. aliquis põt de iure in ſcda acce⸗ptione ĩtelligẽdo ſic: ꝙ licite ⁊ ſine pctõ vẽ⸗dere rem alienã quã ignorat eẽ alienã: pu⸗ta credit eã ſuã eẽ vbi ignorantia nõ eſt cul⸗pabilis. ⁊ etiã quã ſcit eſſe alienaꝫ: ſꝫ tñ de mãdato dñi rei vẽdit. Prima ps ptꝫ. Nã etiã q̃s i certo caſu põt cognoſcere alienaꝫ vxorẽ: puta quã ignorat eſſe alienã credẽs eſſe ſuam ſi ignorantia non eſt culpabilis: puta quia nõ habebat cauſaꝫ dubitãdi q̃n eſſet ſua eo ꝙ i lecto ſuo eam de nocte inue⸗nit more quo ⁊ ſuam ſolebat inuenire: nec cauſam dubitandi habuit: quomodo etiã Iacob cum Lya nondũ ſua dormiuit pri⸗ma nocte credẽs eſſe Rachelẽ. Dico auteꝫ notãter vbi non ẽ culpabilis. qꝛ ſi eſſet cul⸗pabilis: tunc ſi teneretꝛ ꝙ venditio rei quã vẽdẽs ſcit alienã eſſet culpabilis (vt videtꝛ

li

contingit multis )etiam venditio ꝓcedens ex ignorãtia que culpabilis eſſet: eſſet culpabilis qm̃ ex radice culpabili ꝓcedit fructus culpabilis: cũ enĩ rephẽdi poſſet ſimilis illos vendẽs rem alienã niſi poſſit ſe excuſare per ignorãtiã ⁊ culpabilis ignorantia nõ eſt excuſatio. igit̃ reprehenſibilis eſſet talis vẽditor. Si aũt hoc non tenet̃ ſicut poterit teneri in certo ſenſu: tũc etiã ſi ex ignorantia culpabili ꝓcedenti nõ eſſet illicita: ⁊ multo min⁹ qm̃ ex inculpabili ignorãtia ꝓceſſiſſet. ſcđa ps patet ↄ ſe.

**Octaua** cõcluſio. q̃uis pͥma facie natũ ſit videri ꝙ illa ſit falſa ſcʒ aliqͥs rẽ alienã: ⁊ cui⁹ nõ habet ↄſenſũ a dño vt vendat ꝑõt vẽdere ↄ iure ſic ꝙ licite ⁊ ſine peccato: m̃ ad certũ ſenſũ quẽ ↄ ꝓpoſitio habet de rigore: innitẽdo ꝓprie ſignificationi illius termini venditio ipa eſt vera. Prima ps ꝓbat̃ tangẽdo motiuũ vel argumentuʒ habens q̃tuor ptes ꝓpter qđ h̃ eſt natum videri ſic arguendo. Uẽdens eam aut vere intẽdit vendere eã aut fingit. Si ſcđʒ: igit̃ peccat: q2 fictio vl̃ ſimulatio ẽ mendaciũ in ope ſicut mendacium ꝓprie dictũ eſt in ſmone. Si primum igit̃ intendit obligationẽ vẽdentis ſubire. Modo vẽdens ex natura vẽditionis obligat̃ pͥmo ⁊ pͥncipaliter ad tradendũ mercem: ⁊ lʒ nõ abſolute: ſed ſub diſiunctione teneat̃ ſcʒ ad tradendũ vel ſi non tradet: ad ſoluendũ emptori intereſſe: tñ ad primum pͥncipalit̃ tenet̃ taliť ꝙ nõ ẽ in illi⁹ optione vtrũ horũ faciat: ſed tenet̃ ad tradẽdũ ſi habet vel põt nec liberaret̃ ſoluẽdo intereſſe ſi poſſet tradere et ita intendit ſi habet vel põt de facto tradere mercẽ ꝙ velit eaʒ tradere. igit̃ intẽdit rem alienã cõtrectare ſine ↄſenſu dñi. Modo h̃ eſt furtũ vel ſe exponere ꝑiculo furti. Nam ſi ſine cõſenſu dñi ↄtrectat ⁊ domin⁹ eſſet inuit⁹ ſi ſciret tunc ẽ furtum. ſi aũt neſcit an eſſet inuit⁹ vl̃ non ſi ſciret tunc exponit ſe periculo furti. Uñ cum in inſtitutis qͥbus alienare licet vl̃ nõ ꝟ. ecõtra: poſitus eſt caſus vbi licet alienare rem cuius alienans non eſt domin⁹: puta creditor põt alienare ⁊ vẽdere pign⁹: addit dicẽs. ſʒ forſan h̃ ideo videt̃ fieri ꝙ volũtate debitoris intelligit̃ pignus alienari q2 ab initio cõtractus pactus eſt vt liceret creditori pignus vẽdere: ſi pecunia nõ ſol-

uat̃. Hec ibi. Sic ergo videt̃ haberi ꝙ ſenſibi met ſentiat ꝙ venditio rei aliene ſine cõſenſu domini eſt illicita. ⁊ hoc veruʒ eſt cũ fit animo tradendi eam alteri ſine conſenſu domini. Si autẽ dicas: intẽdit ſe obligare ad faciendũ alterum illorũ ⁊ pͥncipaliter primũ ſcʒ tradere merceʒ. et hoc ſi põt ſed quia ſcit ſe non poſſe: nõ ſolũ de facto ſʒ maxĩe: q2 ſcit ſe ↄ iure. id ẽ licite nõ poſſe ideo cum cõditio non extat: nõ peccat volendo eam ſub illa ↄditione tradere ſi poſſet de iure ſicut non peccat q̇ ſub ↄditione optat rem illicitaʒ dicens. vellẽ hoc facere ſi non eſſet illicitũ vel ſi ego poſſem licite illud facere. et ſic adhuc ſtat ꝙ illa ꝑticularis eſt vera ſcʒ in aliquo caſu poteſt quis vendere rem alienaʒ licite q̃uis peccaret i priori caſu vbi ſcʒ ſine illa ↄditione vellet tradere mercem. Cõtra. q̃uis tunc nõ peccet peccato furti: tamen peccat alio genere peccati. Naʒ illudit emẽti. emens enĩ non emeret nec vlla verba faceret cũ eo ſi ꝑſciret venditorẽ non traditurũ eſſe ſibi mercẽ ⁊ multo minus ſi ꝑſciret venditorem ꝓponentem ſibi non tradere vnq̃ʒ mercẽ: ſʒ tñ velle recipere ꝑcium ⁊ ſe eſſe obligatuʒ ad ſatiſfaciendũʒ ſibi ꝓ intereſſe. Nam nemo emens daret vel obligaret ſe ad dandũ alteri precium vt ille alter ſibi ad nihil aliud eſſet obligatus q̃ʒ ad reſtituendũ illud precium ⁊ ad ſoluendum ſibi intereſſe qđ patitur ex carentia optate mercis. ⁊ hec eſt ſecunda ps argumẽti. Si dicas. hoc de illuſione concludit quidem quãdo quis vẽdit rem alienã ei qui neſcit rem eſſe alienã: non autem ei qui ⁊ ipe ſcit rem alienã eſſe: q2 ſcienti ⁊ volenti non fit illuſio ſicut nec dolus vel iniuria. ⁊ ſic adhuc ſtat illa indefinita vl̃ particularis ꝙ aliquis in aliquo caſu ſcienter poteſt vẽdere rem alienã etiã licere ⁊ ſine conſenſu domini. Contra. ſi emens ſcit rem alienam ⁊ nihilominus eã vult emere aut vult ꝙ venditor ſibi eã tradat ſi poteſt aut non vult ꝙ ſibi tradat etiã ſi poſſet de iure et de facto. Non ſm quia nemo vellet emere rem quã non vellet ſibi tradi: ſed tm̃ ꝙ venditor eſſet ſibi obligat⁹ ad intereſſe. imo principalis ⁊ pͥma intentio eſt vt ſibi tradatur merx: q̃uis ſi illam habere non poſſit velit ſecũdario ꝙ ſibi ſatiſfaciat de intereſſe. Si primũ hoc eſt da

plicitér aut vult ꝙ eam ſibi tradat ſi poſſit de facto lʒ non de iure: ⁊ tunc vult peccatū proximi. ⁊ ſic emens peccat: ⁊ per ꝯſequēs venditor vendendo tali ⁊ conformando ſe tali volitioni etiaʒ peccat. Si aūt tm̄ vult ꝙ ſibi tradat ſi poſſit de iure ſimul ⁊ de facto: ⁊ tunc illud volendo non peccat nec vēditor peccat ſi nihil aliud vult ꝗ̄ eidē tradere mercē ſi poſſit de iure ſimul ⁊ de facto Et per hoc illuceſcit ⁊ clareſcit ſecūda ps concluſionis ſcʒ ad quem ſenſum verū ſit qʒ vendere rem alienam ſcitam talem et ſine conſenſu domini ⁊ eſt talis: bn̄ ſtat cū ratione venditionis ꝙ vēdens lʒ ſciat rem eſſe alienam non velit nec intendat illaʒ rē tradere emptori niſi poſſit de iure ⁊ de facto ſibi tradere ita ꝙ aliter nullatenus intē dat tradere: ſʒ tm̄ ſibi ſatiſfacere pro intereſſe puta ſtat euʒ cogitare quando vult rē alienam vendere ꝙ lʒ ſit aliena: ⁊ nondum ſua nec habeat adhuc conſenſū a domino nichilominus tamen ſperat ꝙ venditione facta poſſit illam rem emere a domīo eius. ⁊ ſic ſperat ꝙ domino tradente ſibi illam rem ſe effici dominū illius rei quo facto velit eam tradere ſuo emptori: aut ſi non intendat eam emere a domino: tamen ſperat poſt venditionem dominū conſenſurum ī traditionē ⁊ ſic cū conſenſu domini velit tradere. tūc enim nec contrectabit rem alienam inuito domino: nec etiam proponit talem contrectationem. ⁊ ſic ceſſat prima pars argumē ti pcedētis. Nec etiā illudit emptori ſi emptor preſcit illam rem eſſe alienam: ⁊ ſic ceſſat ſecūda pars eiuſdē argumēti. ⁊ dato ꝙ emptor peccet ſi ſciat illam rem eſſe alienam: ⁊ vult abſolute ſibi eaʒ tradi ſic ꝙ velit ſibi tradi eam etiaʒ ſi tm̄ de facto poſſit ſibi tradi tamen ſtat ꝙ venditor non cōformet ſuā voluntatem voluntati illius emptoris. ⁊ ſic nō peccabit nec occaſionat eū ad illud peccatum. quia alius ſeipm̄ precipitauit in illud peccatum. ⁊ ſic ceſſat tertia pars illius argumēti ⁊ ꝑ conſequēs ceſſāt omnes ptes ꝑdicti argumēti ſola illa parte excepta vbi arguebatur de illuſione emptoris ignorantis rem eſſe alienaʒ cui pōt tie obuiari. quia ſi emptor ignorat rem eē alienam adhuc videtur excuſabilis vendi tor a peccato de per ſe ſi habet predictuʒ ꝓpoſitum ſincerum: quia non poteſt iure cō queri emptor contra venditorem de illuſione dicendo ex quo non intendebas mihi tradere niſi poſſes ꝺ iure ⁊ de facto cur me cum cepiſti contrahere ſciens bene ꝙ ſi id ꝓſciuiſſem non tecuʒ verba miſcuiſſem. Nā non debet conqueri cōtra illum ſuper illo cuius habet ius vt id ageret. vendens aūt habet ius volendi nō tradere mercem niſi poſſit de iure ⁊ de facto nec ex natura contractus ad aliud volendum eſt obligatus ꝗ̄ ad tradēduʒ ſi poſſit ſimpliciter vel ſi nō poſſit ad ſatiſfaciendū pro intereſſe eo ipſo eni ꝙ emptor intromittit ſe ad contrahendum cōtractu emptionis debet expectare ꝙ vendens faciat ſibi illud ad qꝺ ratione cōtractus emptionis ſibi tenetur ⁊ non ad aliquid vltra: ⁊ maxime ſi illꝺ exiſtens vltra ſit contra cōſcientiā venditoris. ⁊ ꝑ conſequēs indebitū. Et ſic patet ꝙ vēditio rei aliene ſcite talis poteſt eſſe licita venditori cōcurrentibus etiam omnibꝫ que ad vēditionem requirunt. Nec obſtāt partes predicti argumēti que innitunt illis que accidentaliter circa illam venditionē ꝯtingūt quia illa accidentaliter accidentia poſſunt non accedere nec actus eſt iudicādus de ꝑ ſe talis qualis ꝑ accidēs redditur. Dixi autem notāter reſpondendo quarte pti argumēti ꝙ in caſu illius partis argumēti ē excuſabilis a peccato de ꝑ ſe. Naʒ de ꝑ accidens poteſt vēditio ī illo caſu eſſe peccatum ipſi vendenti ratione ementis: qꝛ ſuppoſita infirmitate emptoris ⁊ puſillo eius animo ſeu labilitate eius ad peccatum ire vel impatientie poterit vēditio talis eſſe ei occaſio peccati impatientie vel murmuris aut indignationis contra vendētē. Emēs enim cum ſibi venditor tandem non poterit tradere rē de facto nec de iure dicet ꝗd me vexare voluiſti ⁊ mecum contrahere ꝗ credebam rem hanc fore ī tua poteſtate vt eam mihi traderes: alioquin nulluʒ verbū tibi fuiſſem ſuper illo ꝯtractu locutus nec ſi tibi dediſſem aut me obligaſſem tibi daturum. Nam lʒ illud murmur nō deberet de iure habere: quia de natura contractus venditionis non requirebatᷣ ꝙ merx eſſet ī poteſtate venditoris. ⁊ ſic illud ſcandaluʒ videatur eē per emptorē acceptum ex actu qui venditori non erat de iure ꝓhibitus. ⁊ ſic non videatur eſſe ſcandalum ſibi a vē-

ditore datum ꝛ per cõſequens nec imputãdum venditori tamẽ etiam a ſcandalo accepto: cauendum eſt quãdo eſt acceptũ nõ ex malicia, ſed ex infirmitate ꝛ puſillo animo ꝓximi, ꝛ pſertim ex quo apud cõmuniter cõtrahentes: ſic eſt ꝙ ignorãt illas ſubtilitates cõtractuũ ꝛ obligationũ. hoc modo poſſet etiam venditio rei aliene etiaꝫ in caſibus aliarum partiũ argumenti quos iuſtificauim⁹ tanq̃ꝫ de per ſe non illicitos reddi ꝑ accidens mala, ꝓpter ſcandalũ natum oriri in ipo tertio ſcꝫ in domino illius rei q̃ ſua infirmitate ꝛ ignorãtia nature cõtractus vẽditiõis ductus egreferre poſſet ꝙ venditor vẽdidiſſet cuidam rem ſuã nõdum ſuo requiſito conſenſu. lꝫ vẽditor paratus fuerit poſt venditionẽ ꝛ ante traditionem mercis requirere eius conſenſum ꝛ al's non tradere. dicere enĩ poſſet ille terti⁹ ſcꝫ domin⁹: quid tu intromittis te ꝺ rebus meis vendẽdis cuipiã alteri. q̃uis ſi noſceret naturam cõtractus venditionis ꝛ mẽtem vendentis non deberet egreferre: quia non eſt de natura cõtractus vẽditionis. lꝫ ſine diſiunctione teneatur tradere nec vendens tenetur tradere ſi nõ poteſt de iure et de facto tradere.

**Correlariũ** ex deductis ꝙ in tribus caſibꝫ peccant vendens rem alienam. Prim⁹ quãdocunq̃ꝫ vendens ſimul illaꝫ rem tradit: imo ſi non tradit ſed intendit tradere eã emptori ſine conſenſu domini rei. Unde inſtitu. de vſucapione. ꝛ lõgi tẽporis preſcriptiõe §. Nam qui ſciens rem alienam vẽdiderit vel ex alia cauſa tradiderit furtum eius cõmittit. Secũdus quãdo non tradit nec intendit eam tradere ſine conſenſu domini attamen pſcit ꝙ non poterit ꝺ iure ſibi tradere eo ꝙ pſcit nunq̃ꝫ ſe poſſe obtinere conſenſum domini. ideo ſoluꝫ intendit ſe obligare ad intereſſe: et tamẽ emens nullaten⁹ ſecum cõtraheret ſi ſciret illam volitioneꝫ in eo: quia fruſtra effunderet ꝟba. nam tũc non ſoluꝫ cõtingit eum ꝑ accidẽs peccare: ſed ratione ſcandali in ꝓximo ſuo infirmo nato inde ruere in impatientiã ꝛ indignationem contra eum. ſed etiã de per ſe peccat: q: facit actũ vanũ ꝛ inutilem nullius vtilitatis importatiuũ. venditio enĩ ordinata ẽ in cõmutationẽ rerum ꝛ ibi ſcit (ſuppoſita ſua intentione) nullam futuram eſſe cõmutationem ꝛ ꝓximum fruſtra trahit per verba. ſi enĩ verbum ocioſũ eſt peccatũ veniale de quo reddemus rationeꝫ. etiam opus ocioſum erit peccatũ. Tertius quãdo ꝛ ſi nõ intẽdat tradere niſi iure poſſit ſcilicet quia intendit requirere cõſenſum a domino rei ante traditioneꝫ: attamẽ domin⁹ rei ſcãdalizabitur de eo ex hoc ꝙ ille ingeſſit ſe ꝺ rebus ſuis vendendis. Primus illorꝫ caſuum eſt de per ſe malus ꝛ mortalis ex genere: quia includit furtum ad minus mentale. Tertius eſt de per accidens tm̃ mal⁹ ſcꝫ ratione ſcandali puſillorũ. Secundus autem eſt ꝺ per ſe tm̃ venialiter mal⁹: quia eſt actus vanus: attamen ſepe põt eſſe ꝑ accidẽs malus. Extra hos caſus vẽdẽs rem alienã non peccat vt talis.

**Nona** concluſio. ꝓporcionabiliter etiam de emptione rei aliene eſt dicendum. quia ſi ſcit ꝛ intendit eam contrectare vel vult eam ſibi tradi ſine cõſenſu domini rei eſt illicita. Similiter ſi etiaꝫ non intenderet eam cõtrectare nec ſibi tradere niſi primo conſenſu domini et tamen ex emptione illa naſcitur ſcandalũ puſillorum in ipo domino rei qui indignabit adverſus emptorem ingerenteꝫ ſe contractui emptionis rei ſue ꝛ extra hos caſus eſſet licita emptio rei aliene.

**Ut autẽ** dicta huius concluſionis ꝛ precedentium latius pateant eo ꝙ prima facie apparet ꝙ illicitum ſit vendere rem alienam ſine conſenſu domini. ꝛ hoc venit ex eo ꝙ audiens illam ꝓpoſitionem reputat ꝓ eodem illa q̃ non ſunt eadem: ſcꝫ vendere ꝛ tradere ſunt quinq̃ꝫ notanda. Primo igitur notãduꝫ ꝙ non eſt idem vendere rem ꝛ tradere rem ꝛ dare rem. Uẽdere enĩ eſt iuris gentium ſicut ꝛ emere ꝛ ſolo conſenſu perficit. eſt enĩ quoddam velle: attamẽ non eſt velle illaꝫ rem eſſe de dominio alterius aut aliuꝫ velle illam rem contrectare. nec eſt velle illam rem tradere abſolute alteri. Hec enĩ omnes volitiones accidẽtaliter ſe habent ad vendentem inquãtũ eſt vendens. quia vẽditio poteſt eſſe circũſcriptis omnibꝫ illis. Uñ nihil eſt vendere niſi velle ſe eſſe obligatus ad alterum illorꝫ ſub diſiunctione ſcꝫ principaliter ad tradendum rem ſi poteſt. et ſi nõ

poteſt ad ſatiſfaciendū emptori pro intereſſe. Unde vendere eſt actus interior licet deſignetur exterius per verba ⁊ precedit illū actum exteriorem ſcʒ traditionē. Nec etiā tenetur vendens ad traditionem abſolute ſed tm̄ ſub diſiunctiōe modo tacto in ſecūda concluſione. Vendere etiam cum ſit interior actus ⁊ dare ſit actus exterior nō eſt vendere dare: imo nec tenetur ad dandum ſiue abſolute ſiue ſub diſiunctiōe licet tradere debeat. Nam inter tradere ⁊ dare eſt talis differentia: quia datio rei eſt tranſlatio eius in dominiū illius cui datur ita ꝙ nemo pōt dare rem alteri niſi qui poteſt eā facere de dominio accipientis. Unde nemo poteſt rem alienam dare cum non poſſit eam de dominio alterius facere: quia nemo plus iuris in alium trāſferre poteſt ꝗ̄ ipſe noſcitur habere. ſed traditio non eſt tranſlatio rei in dominiū alterius. ſed eſt tranſlatio tm̄ cuiuſdam poſſeſſionis quā iuriſte vocant minimā. Unde ex quo vendens nō tenetur ad dandum. ſed tm̄ ad tradenduʒ ſaltē ſub diſiunctione tunc nō tenetur ad hoc vt faciat rem eſſe de dominio emptoris. Unde in l. ſi ita. ff. de contrahēda empti. ⁊ vendi. qui vendidit neceſſe non habet fundū emptoris facere vt cogitur qui fundum ſtipulanti ſpopondit. ⁊ glo. dicit ſpopōdit ſupple dare. quia tunc tenetur rem facere accipientis aliud ſi ꝓmiſit tradere. hec ibi. Unde cōſequēter ſequitur ꝙ ſi quis promitteret tibi dare librum ꝓ centum non eſſet venditio: quia de natura venditionis non eſt ꝙ venditor obligetur ad dandū ſed eſſet contractus inominatus do vt des. Et ꝗ̄uis traditio mercis vendite non ſit datio vel trāſlatio dominij mercis in emptore. Attamē illam traditionem ſequitur acquiſitio dominij: ita ꝙ ſi tradens eſt dominus rei tradite emptor efficitur dominus: ⁊ ſi non ē dominus tunc traditionē cōcomitatur conditio vſucapiendi rem ex quo poteſt emptor acquirere dominiū rei. ⁊ ideo ſm̄ iuriſtas traditio ex contractu venditionis ꝓcedēs non eſt merum factuʒ nec eſt nuda. ſed habet cauſam bonorum ⁊ ꝓprietatis annexā id ē nata ē inducere acquiſitionē dominij vel ad eam diſponere. et hoc tangitur in. l. in cōuentionalibus. §. fi. ꝺ verbo ꝝ obligationibus. In foro tamē conſcientie non tenetur venditor ad traditionē que non habet coniunctā tranſlationē dominij. id eſt non tenetur ad traditionē vbi ipſe nō ē dominus nec habet cōſenſuʒ domini: quia illa traditio eſt illicita: quia ē cōtrectatio rei aliene inuito domino. Unde etiam venditione poſita in eſſe ſi nondū eſt traditio vera vel interpre·tatiua ſecuta non eſt emptor dominus rei etiam ſi ſit verus dominus: imo dominiū adhuc remanet apud vendentē vt habetur in inſtitut. de empti. ⁊ vendi. §. ꝙ ſi fugerit. ſed ſi traditio vera vel interpretatiua eſt ſecuta ⁊ tradēs eſt dominus rei: emptor iam fit dominus rei ſibi vēdite ⁊ tradite dūmodo ꝓciū ſit ſolutum vendenti vel ſatis eo nomie factum ſit vel etiaʒ fidē habuerit venditor ſine vlla ſatiſfactiōe: vt in. l. qꝺ vendidi. ff. de contrahenda empti. ⁊ vendi. Et ex hoc patet etiam ꝙ non valeret argumentū quo arguit: aliquis nō pōt transferre dominiū rei aliene in alterū. igitur nec ei vendere. Secūdo notandū ꝙ etiam non ſunt idem emere ⁊ dare preciuʒ. Nam dare eſt actus exterior. emere autem eſt actus interior ſcʒ velle eſſe obligatū ad dandum ꝓcium: non dico tradēduʒ. Nam emptor tenetur ad dādū: quia tenetur nummos facere de dominio accipiētis. nec ſuccedit obligatio ad intereſſe. ſed vēditor nō tenetur abſolute ad faciendum mercem de dominio emptoris: ſaltem ſi vēdidit certā ſpeciem: ſed ad tradendū ſibi et traditione facta vt ſit ſibi obligatus de euictiōe ꝗ̄uis illam traditionē ſepe ſequatur acquiſitio dominij. ⁊ ſi non ſequit: puta quia nō fuit dominus rei: nunc fuit traditio illicita i foro conſciētie. attamē adhuc ſequitur eā conditio vſucapiendi illam rem diſponens ad acquiſitionē dominij. Dixi notanter ſi ſaltem vendidit certā ſpeciē: quia ſi vendidiſſet aliquid conſiſtēs in genere diceret etiā venditor teneri ad dandum. ⁊ hoc ex natura generis vel qualitate obligationis: nō natura cōtractus vt notat Paulus in. l. ꝑma ff. de act. empti. ⁊ venditi. Et nota ꝙ illud qꝺ philoſophi et theologi vocant indiuiduum domini iuriſte vocant ſpeciem: ⁊ qꝺ philoſophi ⁊ theologi nominant ſpeciem ipſi vocant genus. exempluʒ vbi venditur genus vt ſi tibi vendidi decem corbas vel maltera frumenti. ꝓcium autē quod debet

in emptiõe īteruenire nõ optet eē numera-
tū ꝛ cū effectu datū: ſed ſufficit ꝙ ſup eo ſit
ꝯuētio habita ad h̄ ꝙ emptio ſit ꝑfecta: ſal
tē emptio q̄ fit ſine ſcriptis: vt in. l. ij. ff. de
ꝯtrahēda emp. ꝛ vēdi. Ratio aūt q̄re emptor
tenet̃ ad faciēduz ꝓciū accipiētis: nõ ſic te-
netur venditor mercem facere accipiēns: ē
ſm dños iuriſtas: qꝛ emptor tenet̃ ad ꝓciū
in genere: ſed vēditor tenet̃ ad ſpeciē. ꝛ ex h̄
inferūt ꝙ vbi vēdit̃ gen⁹: etiā tenet̃ vēditor
mercē facere accipiētē. Tertio notādū ꝙ
dupliciť ꝯtingit vēditorē tradere mercem
emptori ſcʒ vere: ꝛ q̄ſi ſeu iterpretatiue. ve-
re vt cuʒ vere facit emptorem corporaliter
apprehendere rem ſcu eam ei ad cõtrectan-
dum tradit. Quaſi autem quādo patit̃ vē-
dens emptorem ꝯtrectare rem: vel quādo
emptor poſſidebat rem ante emptionez et
vēditor ei illaz vendidit. ꝛ ſic eū dimiſit cõ
ſequenter poſſidere: ꝛ q̄uis ſm dominos
iuriſtas tm̄ primo modo cõmittat̃ furtuz ī
traditiõe ſi res eſt aliena ꝛ non ſcđo modo
tamē ſm nos ſecus eſt. Si eni in quaſi tra
ditione cõſenſit vt emptor ſic contrectaret
rem ſuo noīe cõmiſit furtū mentale. Idez
ſi nulla traditio vera vel quaſi iteruenit: ſʒ
tm̄ ꝓpoſitum. nam volēs cõtrectare rē alie-
nam: etiam ſi nunq̄ꝫ cõtrectet eſt fur menta
lis: qꝛ mentale furtum non re: ſed etiā con-
ſenſu contrahit̃ q̄uis furtū de quo iuriſte
loquunt̃ ꝑtinens ad forum fori nõ ſolo cõ
ſenſu ſed re cõtrahatur. Quarto notādū
ꝙ ex quo vendere rem alienam non eſt tra-
dere eam non habito cõſenſu dñi nec ē vel
le taliter eaz tradere q̄uis contingat illas
volitiones eſſe coniunctas per accidēs vē
ditioni. ideo poſſet abſolute cõcedi ꝙ ven
ditio rei aliene eſt licita in primo caſu enu
merato in correlario octaue cõcluſionis:
quia lʒ primus caſus ſit illicitus etiaʒ de ꝑ
ſe non tamē ratione venditionis ibi tacte:
ſed ratiõe traditionis vel volitionis tradē
di que tamē diſtinguit̃ a venditiõe: ꝛ ꝑ acci
dēs ſibi coniūgunt̃ illi duo actus vt tales
Unde primus caſus aggregabat in ſe vē-
ditionem ꝛ traditionē vel volitionē tradi-
tionis iniuſte. Ex etiam in tertio caſu vēdi
tio dicebat̃ illicita eſt de per accidens. act⁹
autē non eſt iudicādus ꝺ genere talis qua
lis eſt de per accidens: quia etiaʒ actus de
genere bonoꝝ eſt aliquādo ꝑ accidens ſcā

dalum. ꝛ ſic reddit̃ mal⁹ ꝛ vitandus. iuxta
illō. Si dextera tua ſcādalizet te. id ē etiaʒ
ſi opus bonū bona intentione factuʒ ſit ti
bi occaſio ruine dimitte illud. ꝛ ꝑ ꝯſequēs
ſolum ſcđs caſus eſt illicitus ꝺ per ſe: hoc
eſt vt iacet quādo ſcienter fit ocioſe vt de-
claratum eſt. Quinto notandū: ꝙ lʒ res
aliena poſſit vendi ſine cõſenſu domini ſic
ꝙ tenet venditio: non tamē poteſt obliga-
ri puta impignorari ſic ꝙ teneat talis obli
gatio. cui⁹ rationē diuerſitat̃ aſſignat glo.
in. l. rem alienam. ff. de cõtrahenda emp. ꝛ
vendi. dicens: qꝛ in pignore oportet ꝙ cõ-
ſtituā ius in re qđ facere non poſſū ſi res
eſt aliena: ſed in venditione non teneor ni-
ſi quādam aſininā poſſeſſionem tradere et
me ꝓ euictiõe obligare: ꝛ ita eſt ius in ꝑſo-
na qđ etiaʒ poſſum in re aliena. Ex qui
bus patet ꝙ ratio diuerſitat̃ eſt. qꝛ ex quo
vendēs non tenet̃ ad hoc ꝙ faciat empto-
rem habere ius in re vendita: ſed tm̄ tenet̃
ad hoc ꝙ aut faciat eum habere poſſeſſio-
nem quādaʒ illius rei. ꝛ hoc talem que nõ
ſit ius ꝛ ꝙ ſit obligatus ꝓ euictione aut ſi
poſſeſſionē tradere non poteſt ꝙ ſit obliga
tus ad ſatiſfaciendū pro intereſſe ſed obli-
gās tenet̃ ad hoc ꝙ faciat illū cui facit ob-
ligationeʒ habere ius in re quā ei obligat
nemo auteʒ in re cuius ipē nullum habet
ius (ſicut eſt res aliena) poteſt alteri ꝯcede-
re ius. Niſi hoc fiat de voluntate ꝛ conſen
ſu domini rei. ſed non eo ignorāte niſi poſt
ea ratum habeat vt patʒ in. l. aliena res. ff.
ꝺ pigno. acti. vbi dicit lex. Res aliena pig
nori dari poteſt volūtate domini. ſed ſi ig-
norante domino datū ſit et ratum habuit:
pign⁹ valebit. ꝛ glo. dicit. valebit ab eo tē-
pore quo ꝯuenit. ꝛ ſic nota illō qđ ab ini-
tio non valet poſtea cõfirmari.

Correlariū primū. Ex hoc de hoyta in tracta
tu ſuo de cõtractibus in materia ꝑſentis q̄
ſtionis deficit. Primo quia ibi ſētit indi-
ſtincte ꝙ non poteſt q̄s iure. id eſt licite vē
dere rem alienā ſcitam taleʒ inuito domi-
no rei cuius oppoſitum oſtenſū ē in octaua cõ
cluſione. Secūdo quia cenſet ꝑ eodem
vendere ꝛ velle dare cuius oppoſitū etiam
patuit i ꝓmo notabili. Tertio ꝙ ſi que
res aliena vēdit̃ inuito dño: furtū cõmittit̃
qđ nõ ē veꝝ: qꝛ furtū nõ cõmittit̃ niſi ꝯtre

cationer vľ volitiõe abſoluta ꝯtrectatiõis modo vēditio põt fieri ſine vtroqʒ illoꝝ.

Quarto qꝛ ſentit ꝙ ꝑ emptionē iure valiďe oporteat emptorē fieri dñm rei empte qḋ dupliciť ē falſū. Primo qꝛ nec vēditiõe transfert dominiū mercis in emptorem niſi ſequatur traditio diſtincta a venditione imo etiam traditio ſequēs non eſt translatiua: quia non eſt datio ſʒ eaʒ ſepe cõcomitatur tranſlatio dominij. Scḋo quia emptione non tranſfert dominiū precij in vēditorem niſi detur ꝑcium. ⁊ de hoc patuit ī fine primi notabilis. Quinto qꝛ dicit ꝙ lex. rem alienā. non intelligitur in re mobili: ſed tm̄ in imobili allegādo glo. ꝓ ſe. ſed hoc ē falſum. imo glo. ipa dupliciter dicit cõtrarium vt patuit in ſexta concluſione.

Sexto ſentit ꝙ ſi vterqʒ ſciuit alienā: nõ tenet ꝯtrãs ⁊ ex neutra pte ꝯtrahiť obligatio: ⁊ allegat legē. ſi ī emptiõe. ſʒ errat: qꝛ illa lex tm̄ loquiť ī re aliena furtiua: nõ aũt ī re aliena ñ furtiua: puta q̄ depoſita ē vľ cõmodata vēdenti nec ꝯtrectať ī venditione Nā ibi etiaʒ ſi vterqʒ ſcit: ꝯtr̄ꝰ tenet nec ibi furtū cõmittiť. ⁊ ꝯ eū eſt expſſe glo. in eadē l. Septimo ſentit ꝙ vēditionē accipit lex vt cõmuniter ꝓ traditiõe poſſeſſionis rei empte qḋ ē falſū. imo diſtinguit eā a traditione vt ptʒ intuenti textꝰ iuris ciuilis tam in inſtituť. ď reꝝ diuiſione q̄ʒ ī alijs libris.

# Correlariū

ſcḋm. Ex argumētum ſextum precedentis q̄ſtionis qḋ fuit huc remiſſū nõ cõcludit. Naʒ deficit quadrupliciter. Primo qꝛ dato ꝙ ꝓbaret ꝙ q̇s etiaʒ licite poſſet vēdere rem alienā ſciēter: ⁊ ita vſurariꝰ poſſet rem vſurariā cuiꝰ non eſt dñs vēdere. ⁊ ꝑ ꝯſequēs etiā aliq̇s poſſet emere eaʒ ad ſenſū datū in octaua cõcluſione tm̄ hoc nõ eſt ꝯtra ꝯcluſiones eiuſdē q̄ſtionis: qꝛ qñ ibidē fuit dictū ꝙ nõ liceret itelligebať hoc cū effectu traditionis et ꝯtrectationis quomodo etiā ſūt intelligēdi magiſtri noſtri dicētes ꝙ nõ licet ſciēter vēdere rē alienā ſine ꝯſenſu dñi. Scḋo deficit. qꝛ etiā ſi ſit dñs rei vſurarie. ⁊ ſic liceat eaʒ vēdere cū effectu traditiõis et ꝯtrectatiõis nõ tm̄ ī caſu q̄ ꝑ h̄ reddiť impotēs ad reſtituēdum vſuras. Vñ in. l. ſi ſciēs. ff. ď ꝯtrahē. emp. ⁊ vēdi. habeť ꝙ emēs a debitore ſciēs creditorē fraudari fit dñs tm̄ reuocať ꝑ Paulianā. Tertio deficit: qꝛ nõ ē veꝝ ꝙ aliq̇s poſſit emere licite aliq̇d ꝓ pecunia aliena ſicut tm̄ q̇s põt vēdere licite rē alienā. Naʒ emere ē velle abſolute dare ꝑcium: ſic ꝙ loco datiõis nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe: nõ enī ſufficit emēti vt ſit emēs ꝙ velit ſub disiūctiõe ſcʒ aut dare ꝑciū aut ſoluere itereſſe: imo teneť ꝑciū facere accipiētis: modo velle pecuniā alienā ſine ꝯſenſu dñi cõtrectare ⁊ dare alteri irreq̇ſito dño ē illicitū igiť. Veꝝ tm̄ ē ꝙ emptio tenet nõ obſtante ꝙ emit ꝓ aliena pecunia: qꝛ emptor nõ teneť rõne emptiõis ad aliqḋ ꝑciū in indiuiduo: ſʒ teneť ad ꝑciuʒ ī genere: puta ſi emit ꝓ. x. floreñ. nõ teneť ad illos. x. floreñ. ſʒ ad x. floreñ. ideo ſi nõ dat pecuniā ꝓpriā manebit obligatꝰ ad dandū aliā putā ꝓpriā. Vñ nõ valet ſi arguať: vēditor nõ voluit eū eē dñʒ mercis niſi inquātū daret ſibi pecuniā cuiꝰ etiā eū faceret dñm. ⁊ cum h̄ h̄ emptor nõ fecerit. ſeq̇ť ꝙ nec ipe ē dñs factꝰ mercis hoc inq̄ʒ dupliciť deficit. Primo quia non opꝫ ꝙ vēditor faciat emptorē dñm mercis vt patuit. Scḋo qꝛ nõ opꝫ ꝙ emptor det pecuniā ad h̄ ꝙ emptio teneat. ſʒ etiā ſi alꝰ ſibi ſatiſfacit ſufficit. ideo ſi nūc nõ dedit pecuniā cuiꝰ nõ fuit dñs: tm̄ ſatis ē ꝙ manet obligatꝰ ad dādū ſibi talē ⁊ ſatiſfaciendū. Hoc tm̄ ſcʒ ꝙ res empta non ſit illius cuiꝰ ē pecunia: ꝓ q̄ aliꝰ emit: fallit ī q̇buſdā. Vñ dñi canoniſte dicunt: ꝙ ſi q̇s emit domū ꝓ pecunia nõdū decimata: ſcʒ cuiꝰ decima ps debeť ecclie tanq̄ʒ ꝑſonalis decima ecclia habet decimā pte illiꝰ domꝰ: qꝛ ꝓ decima pte fuit empta de pecunia ecclie ſm̄ Innocētiū ⁊ alios. ꝓpť qḋ Panor. in. c. paſtoralis. extra de decimis. ex h̄ ꝯſequēter īfert dicēs. nõ ſolū res efficiť ecclie qñ emitur tota ex pecunia ecclie vt in. c. j. de peculio clericoꝝ. ſed etiā qñ emiť ꝓ pte ex pecunia ecclie. Nā ꝓ ea pte. ꝓ q̄ pecunia erat eccleſie res efficiť ecclie: ⁊ idē põt dici ī pecunia militis vľ minoris. ſūt enī ī h̄ iſte ꝑſone ꝓuilegiate: et ibideʒ allegat ad hoc leges. Et hec de ꝑſenti q̄ſtione ſufficiant.

## Queſtio. LXXI.

Vtruʒ liceat alicui puta Petro pro precio vľ mercede ſuſcipere in ſe periculum mercis empte per alium puta per Paulū: ⁊ an Paulo liceat Petrū

inducere ad ſuſcipiendū taliter periculum illud. Ad primā partem queſtionis reſpondet per duos modos dicendi. Primus eſt cuiuſdam iuriſte ſcʒ domini Laurentij d̄ ridolfis: qui in effectu poſuit duo dicta ſequentia. Primū: contract⁹ Petri ſuſcipienns periculū non eſt vſurari⁹. probatur tripliciter. Primo: q2 ſi ſic: maxime quia eſſet caſus quē papa in. c. nauiganti. reprobat vt vſurariū. extra de vſuris. ſed h̄ non: quia hic Petrus ſuſcipiens periculū nihil mutuat Paulo. Modo caſus capituli p̄dicti eſt vbi ſimul ille qui ſuſcipiebat in ſe periculū etiam mutuauerat alteri ⁊ illius ſortis mutuator receperat i ſe periculum. ideo nō ē ſilis caſus. Scd̄o: q2 vſura non reſidet niſi in mutuatione tanq̄ꝫ in ſuo fundamēto: hic autē Petrus nihil mutuauit Paulo. igit̄ non inuenit̄ hic vſura ſicut non reperit̄ edificiū ſine fundamento.

Tertio q2 vbi eſt pura locatio vel conductio: ibi non eſt vſura. Modo in p̄dicto caſu videtur eſſe pure locationis ⁊ conductionis cōtract⁹: quaſi ille locet ſub ſuo periculo. ⁊ cuꝫ tali mercede conductionē harum merciū. Qua enī equitate ductus diceres hūc ſubire p̄icula ſine lucro. Secundum dictū. p̄dictus cōtractus eſt de ſe licitus: quia ſi eſſet illicit⁹: maxime q2 vſurarius modo oſtenſū eſt eum non eſſe vſurarium. igit̄ et hanc ſententiā dicit tenuiſſe magiſtrū in theologia fratrem Franciſcū de Empolis ordinis minorū.

Sed aliter videt̄ dicendū per vnam diſtinctiōeꝫ ⁊ duas cōcluſiones: ac vnum correlariuꝫ. Diſtinctio eſt. Aut ſuſcipiens periculū eſt ſimul etiam apponens operas ꝓ vitandis periculis mercis: ſicut fit quādo ſuſcipiēs periculū eſt rector nauis ſi per mare ducit̄ merx: aut eſt ductor currus ſi in curru ducitur merx per terrā. Aut non eſt apponēs vllas operas: puta nihil faciēdo ad hoc q̄ illa merx nō periclitet̄ ſicut fit quādo merx eſt in Alexandria ⁊ ſuſcipiens periculū eſt in Alemania: nec ꝑ ſe nec per ſuos ꝓuidet illi merci quo modo audio ſepe i Italia ſuſcipi pericula merciū que expectātur aduēture per mare.

Prima concluſio. Si petr⁹ ſuſcipiens periculū eſt etiā ſimul apponens operas ꝓ vitandis periculis: licituꝫ eſt ei ꝓ p̄cio ſeu ꝓ aliqua temporali mercede ſuſcipere periculū mercis empte per Paulū etiam p̄ncipaliter ſpe lucri ꝓbatur dupliciter. Primo ſic: q2 in tali caſu Petrus cōtrahit duplici ꝯtractu cuꝫ Paulo ſcʒ locationis: quia locat op̄as ſuas Paulo apponēdo diligentiā ⁊ labores ⁊ ſolicitudinem ne ei⁹ merx periclitet̄ ſicut cuſtodiens rem eius. ⁊ ſecūdo cōtractu innominato ſcʒ facio vt des vel ſi das: quia facit periculū illius rei ſuum etiaꝫ indiſtincte puta vbi etiam al's ex contractu locationis vel cōductionis non eſſet ſuum ſicut quādo cōductor rei vel locator operarū ē tm̄ in culpa leuiſſima. Modo primus eſt licitus vt notum eſt. Scd̄s etiam ꝓut coniungit̄ primo eſt licitus: quia contractus inducens tam ſpiritualē q̄ꝫ temporalē vtilitatem: priuatā ⁊ publicam ⁊ de quo nō apparet aliqua iniquitas ꝯtra iuſticiā commutatiuam vel alia dep̄rauās circūſtantia eſt licitus. modo ille vt coniungit̄ p̄mo ē huiuſmodi. igitur. Naꝫ facit ipm̄ Petrū eo magis in adductione ſolicitū ⁊ diligentem ad vitandum culpam quācūq̄ꝫ: ex qua poſſet res illa periclitari. ⁊ ſic ille cōtract⁹ duplicem vtilitatē importat ſcʒ ſpiritualē vt Petrus ſit minus negligens in ſibi cōmiſſo ⁊ temporalē tam priuatā q̄ꝫ publicaꝫ. priuatam quidem: quia per hoc minus periclitabitur Paulus mercator: ⁊ minus periclitabitur merx ſua ex negligentia Petri. publicam autēꝫ: quia merces ſalua adduci ad regioneꝫ eſt vtile reipublice ad quā adducuntur: ⁊ eas periclitari eſt nociuum ꝓut de vtilitate negociationis deductū eſt in queſtione q̄nq̄geſima. Nec apparet ibi aliqua iniquitas vnius contrahentiū contra aliū. quia libere volenti ⁊ conſentienti non fit iniuria neq̄ꝫ iniuſticia et ſtat q̄ p̄cium ſit proporcionatum illi ſuſceptioni periculi ſm̄ q̄ periculum probabiliter vel improbabiliter eſt euenibile. Secundo ſic. Si Paulus conduceret armigeros q̄ ſuſcipientes periculum mercis comitarentur eam ad hoc vt ſalua veniret ad locum deſtinatum licʒ ipi non veherent: ſi tamē operas vitandi periculū apponerēt: licite poſſent mercedeꝫ recipere pro huiuſmodi operis ⁊ etiaꝫ ꝓ ſuſceptione pericu

li. Nam da oppoſitum damnabis princi-
pes qui dant ſaluū conductum mercatori
bus ducentibus merces per ſua territoria.
Nam ꝛ illi dando eis cōductum etiā ſub-
eunt expreſſe vel tacite et de conſuetudine
pericula adeo ꝙ ſi per predones eis aufe-
rantur merces ſatiſfaciunt vel ſatiſfacere te
nentur eis. Et hoc ē: quia illi principes ap
ponere habent operas vt vitentur illa pe-
ricula: quia purgare habent ſtratam a pre
donibus. Debet tamen etiaꝫ illa conclu-
ſio intelligi in caſu quo Petrus ſuſcipit il-
la pericula mercꝫ que humana diligentia
caueri poſſunt. Nam ſi ſuſciperet illa que
pure fortuita ſunt nec humana diligentia
vitari poſſunt: non video cur ſpe lucri ꝑn
cipaliter liceret ſibi pro mercede illa ſuſci-
pere. Nam talis contractꝰ eſſet etiam ſilis
ludo fortune vt dicetur in caſu ſequētis cō
cluſionis.

**Secūda** concluſio. Si Petrus ſuſcipit periculuꝫ ſcd͛o modo nō eſt ꝑdictus contractꝰ licitus Pe
tro ſi eum facit principaliter ſpe lucri inde
querens emolimentū ſuum. ꝛ ſic ſe nutrire
volēs. Probatur tripliciter. Primo ſic: qꝛ
talis cōtractus per om̄ia eſt ſimilis illi cō
tractui innominato qui dicitur vadiatio vl'
cōcertatio vulgariter wetten: ſcꝫ vbi ſunt
duo concertantes de aliqua re puta vnus
aſſerit eam preteritam ꝑſentem vel futurā
vt ꝙ imperator ſit mortuus vel nunc ſit in
illa ciuitate vel ſit venturus ad eam: alius
oppoſituꝫ. ꝛ primus obligat ſe ſcd͛o daturꝫ
decem floreñ. ſi nō ſit ſicut ipſe aſſeruit et ꝙ
alius obliget ſe ad totidē primo ſi ſit ſicut
primus aſſeruit. Modo talis eſt illicitus
ſi fiat principaliter ſpe lucri querendo ibi
emolimentū. igitur. Maior ꝓbatur. Naꝫ
Petrus in predicto contractu nihil aliud
vere facit ꝙ̄ ꝙ obligat ſe ad ſoluēdū Pau
lo tantū quantū merx valet ſi non veniet ſi
bi ſalua: ꝛ alius econtra obligat ſe ad dan-
dū certam pecuniaꝫ ſi veniet ſalua. ad cuꝰ
tamen saluū aduentum nihil operatur ſed
tm̄. quia ipſe obligauit ſe ad dandū ſibi eq̄
ualens merci ſi peribit. Minor probatur.
quia talis vadiatio preter hoc ꝙ ſepe vel
cōmuniter oritur ex contentioſitate ꝛ ſepe
ex preſumptione qua vnus innitendo pru
dentie ſue preſumit ſe melius ſcire ſuā par

tem ꝙ̄ alius. etiam talis contractus nullā
vtilitatem de per ſe importat reipublice et
ſi contrahentes eum faciunt ſpe lucri mo-
do predicto: tunc non eſt niſi ſe ſine labore
vtili reipublice velle nutrire cum tamē q̄-
libet homo indigens temporalibꝫ debeat
ea acquirere per aliquem actum vtilem rei
publice tēporaliter vel ſpiritualiter. quod
oſtendo auctoritate ꝛ ratione. Auctoritate
quidē. Nam Gen̄. iij. dicit. In ſudore vul
tus tui veſceris pane tuo. q̄ ſententia trāſijt
non modo ſuper perſonaꝫ Ade: ſed ſuper
totam naturam humanā in eo contentam
hanc ſententiaꝫ tanq̄ꝫ onus a deo om̄i ho-
mini impoſituꝫ de humeris ſuis excutere
nititur ille qui per predictum vel ſimilē cō
tractum: pane ſuo veſci cōtendit de quo di
ci poteſt illud Job. xj. Uir vanus in ſup-
biam erigitur ꝛ tanq̄ꝫ pullum onagri ſe li-
berum natuꝫ putat: liberum inq̄ꝫ a ꝑdicto
onere d̄ quo ſcribitur Eccl̄. xl. Graue iugū
ſuper filios Adā a die exitus de vētre ma-
tris eorum vſq̄ꝫ ad diem ſepulture in ma-
trem omniū. id eſt in terram de qua homo
formatus fuit. Secūdo etiaꝫ ꝓbatur. Nā
Job. v. dicitur. Homo naſcitur ad laborē
ſicut auis ad volatum. Et apl's ad Ephe.
iiij. loquens ei qui indiget tēporalibus di
cit. Laboret operādo manibus ſuis quod
bonum eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſi
tatem patienti. Unde doctores aſſignan-
tes rationes cur contractus vſurarius eſt
illicitus: inter alias etiaꝫ illam aſſignāt ſcꝫ
quia ſi non: tunc homo poſſet licite viuere
ſine labore qd̄ eſt cōtra naturam hominis
allegantes ſcripturam inſinuantē hominē
debere operari tam in ſtatu innocentie cuꝫ
dictum fuit Ade vt operaretur ꝙ̄ in ſtatu
nature lapſe cum dictuꝫ fuit poſt lapſum.
In ſudore vultus ꝛc. Et hi etiam allegāt
illud Job. v. Ex quibus patꝫ ꝙ hi ſentiūt
contractuꝫ nutrientē ocium ſic ꝙ ꝑ ipſum
homo ſine labore querit victum: eſſe illici
tum. ꝛ tamē vſurarius eſt magis natus ſe
pe afferre vtilitatem etiaꝫ vtriq̄ꝫ contrahē-
tium ꝙ̄ ꝑſens contractus. igitur. Ratio
etiam hoc docet. Nam in corpore natura
li ſic eſt ꝙ nullū mēbrū deputatꝰ ad actū: ni
ſi ad eū q̄ natus ē vtilitatē afferre ceterꝫ cō
mēbris vel corpi. Sic ergo etiā debet eſſe
in corpe myſtico. id eſt in republica ꝙ actꝰ

hominū debent eſſe nati afferre vtilitatem
reipublice. Unde domin⁹ Anthoninus i
ſūma ſua parte ſecūda. titulo pmo. c. xxiij.
§. ix. dicit lucrum ex tali contractu concer-
tationis vel vadiationis queſitum nō eſſe
licitum ſed turpe lucrum pcedens ex aua-
ricia nulli deſeruiens vtilitati ſed vanitati
et prodigalitati: q̄uis illud non oporteat
ſm eū reſtituere ſed ſit de conſilio paupe-
ribus erogandū. Hec ille. Unde talis va
diatio lꝫ lege poſitiua nō ſit prohibita nec
etiaꝫ ſm ſe conſiderata ſit lege diuina pro-
hibita: quia ſecluſis malis circūſtantijs d
quibus infra nō eſt illicita: eſt tamen lege
diuina prohibita pro quāto habet malas
circūſtantias ſcꝫ pro quāto vadiātes poſt
ea ſe incipiunt odire: puta victus vincentē
vel pro quāto in vadiando ibi contentio-
ſe agitur: vel pro quāto alter nimis innit-
tur proprie opinioni vel vt ad ppoſitum
loquar pro quāto ex ſpe lucri pncipaliter
vadiat. Naꝫ querere p actum nullius vti-
litatis i republica ſuū nutrimentuꝫ origi-
natur ex cupiditate: q2 cupiditas eſt velle
temporalia per vias illicitas. opera auteꝫ
ocioſa cuiuſmodi ſunt illa que nullam vti-
litatem reipublice afferre nata ſunt: ſunt il
licite vic ſicut ⁊ verba ocioſa. igit̄. Se-
cundo ſic. predictus cōtractus Petri eſt ſi
milis contractui quem faciūt ludentes lu
do fortune. modo cōtractus in ludo fortu
ne factus principalit̄ ſpe lucri inde volēdo
ſe nutrire eſt illicitus: etiaꝫ ſecluſa omni p-
hibitione iuris ciuilis ſecluſa etiaꝫ fraude
falſorum taxillorū atqꝫ ſecluſa occaſione
quorūcunqꝫ peccatorū que nata ſunt inde
oriri. igitur etiaꝫ predictus eſt illicit⁹. Ma
ior probatur. Naꝫ ludentes ludo fortune
virtualiter cōtrahunt cōtractu inominato
do ſi facias ſcꝫ do tibi tantā pecuniā: ſi for-
tuna dante tot proieceris pūcta ⁊ ali⁹ ecō
tra. Sic ſuſcipiēs periculū virtualiter cō-
trahit dicens: ſoluo tibi mercē etiaꝫ ſi per
fortunā pereat ſi des mihi tot. ⁊ alius ecō-
tra ſi pro merce etiaꝫ per fortunā pereuntē
me aſſecuraueris do tibi tot. Minor pro-
batur: quia tale ludere ē velle acquirere tē-
poralia per actum nullam vtilitatē impor
tantē reipublice qd̄ eſt ꝯtra auctoritates ⁊
rationes ſup̄ allegatas. Et notanter dico
in minori etiam ſecluſa prohibitione quia

al's aduerſarius euaderet dicendo: non eſt
ſimile. quia ludus fortune eſt phibitus iu
re poſitiuo. et ſic illicitus redditur: non ſic
vadiatio: ſimiliter ludus fortune ē occaſio
multorū peccatorū non ſic predicta ſuſce
ptionē: deus in lege ſua diſpoſuit adijciē-
dum emptioni. Unde Ps. Non deus vo
lens iniquitatē tu es. Modo deus Leuit.
xxv. diſpoſuit ꝙ q̄n aliquis iſraelita vende
ret p̄diuʒ vel domū: deberet nō niſi ſub cō
ditione redemptionis vendere: ita ꝙ ven-
ditor vel etiam ꝓpinquus eius haberet fa-
cultatem redimēdi illud p̄dium, vel domū
ita ꝙ pari paſſu ambulabant ſeu idē iudi-
cium erat de p̄dio ⁊ ꝺ domo leuiticis. quia
indifferenter quocūq; tempe poterant redi
mi. ⁊ ſimiliter idem eſt de domibꝫ nō leuiti
cis: dūmodo ſint intra villas nō muratas.
ſecus ſi domus leuitice eēnt intra muratas
villas. quia tunc non niſi infra p̄mū annū
poterāt redimi. Et confirmat̄ illa ratio.
quia illud pactum minus videret̄ potuiſſe
adijci emptioni veteris legis: q̄ȝ noſtre em
ptioni. quia cū illa adiectio nulli ſit grauis
niſi emptori: quia per eam ſolus ipſe obli-
gatus eſt. tunc illa adiectio erat magis gra
uis emptori veteꝝ legis q̄ȝ emptori noſtri
tēpis. quia venditor veteris legis tenebat̄
reſtituere rem nō reſtituto ſibi p̄cio totali:
ſed ſoluʒ pte: eo ꝙ fructus medij tempis cō
putabant̄ in ſortem. ⁊ ſic nihil leuabat de il
la re longo tempe exculta: niſi q̄ntum expo
ſuit ꝓ ea ⁊ ꝓ eius cultura. ſed in caſu noſtro
emptor nō tenet̄ reſtituere mercē niſi reſti-
tuto ſibi p̄cio equali ei qđ ipe dedit ꝓ ea. ⁊
nihilominus fructus medij tpis ſunt ſui. ⁊
ꝑ ꝯñs ſepe longe plus de ea leuat q̄ȝ dede-
rit ꝓ ea. ⁊ q̄ȝ aſcēderint expenſe culture: imo
in p̄mo caſu ꝯtingere poterat ꝙ etiam non
leuabat tantūdē ꝙ ſibi ſolueret̄ expēſe ⁊ la
bores culture: puta ſi venditor redemiſſet
poſt culturam predij ⁊ meliorationē domꝰ
ſed tamen ante ꝑceptionē fructuū eius.

**Sed quāuis predi**
ctam octauā ꝓbationeʒ p̄ncipalē magiſtri
noſtri cōmuniter ſoleant adducere. tn̄ ad-
uerſariꝰ ꝑteruiēdo eā euaderet cū aliquali
colore euaſionis. Diceret em̄ ꝙ hec ꝓbatio
patit̄ q̄druplicem defectum. Primus. quia
aliquos actus diſpoſuit ⁊ cōceſſit deus in
lege ſua veteri. qui licet tunc nō eſſent pra-
ui: nec deprauantes. quia erant conceſſi a
deo. tn̄ illi hodie ſūt p̄ui: vt ſūt ritꝰ ceremo
niales ſacrificioꝝ. ⁊ alij q̄ tūc erāt liciti: nūc
mortiferi. Q̄ ſi q̄s volens p̄dictā ꝓbatio
nem eſſe validā replicaret dicēs nullū actū

lege naturali damnatũ cõceſſit deus in ve-
teri lege. licʒ aliquẽ actũ q̃ ex lege naturali
nõ eſt damnatus: q̃ tñ hodie ex poſitiua ꝓ
hibitione dei vel eccl'ie ſit dãnat' ↄceſſerit
deus: vt eſt inſtantia de ritibus cerimoni-
alibus. Nam ritus cerimoniales ſicut nũc
nõ ſunt mali niſi qꝛ ꝓhibiti poſitiue a deo
vel eccleſia. ſic olim nõ erãt boni: niſi quia
inſtituti a deo. iuxta illud Ezech. Dedi eis
p̃cepta nõ bona. Modo ꝓbatio intendit
loqui de p̃uitate que eſſet ex lege naturali:
puta ꝙ p̃dictum pactum nõ de ſe ⁊ ex lege
naturali ſit illicitum adijci. ⁊ ꝑ ↄſequens cũ
nõ ſit aliunde malũ et lege noua poſitiua:
nec et lege poſitiua eccleſie vel iurꝭ ciuilis.
ſequit̃ ꝓpoſitum. Ad hoc diceret aduerſari
us ꝙ illa replica dupliciter deficit. Primo.
quia p̃ſupponit falſum ſcʒ ꝙ aliquid ſit da-
bile qđ ſit malum ex lege naturali p̃us na-
turaliter q̃ȝ ſit ex lege diuina malũ: ita ꝙ de
us ideo ipm ꝓhibuerit: quia p̃us in ſe ma-
lum: quod eſt falſum. Nam nullius actus
malicia poteſt reduci in legem naturalem
niſi originalius reducat̃ in legem diuinam
Nihil em̃ eſt ꝓprie malum: niſi quia a diui
na volũtate ꝓhibitum. Secũdo. quia ſup
ponit ꝙ nihil exiſtens ↄtra legem naturalẽ
deus ↄceſſerit in veteri lege. Modo cõtra
hoc inſtaret. quia etiam in eo ſenſu in quo
aliquid dicit̃ eſſe contra legem naturalem
deus ↄceſſit in veteri lege aliqua q̃ illo mõ
ↄtra eam fuerant. Nam habere ſimul plu-
res vxores ⁊ repudiare vxorem ex alia cau
ſa q̃ȝ cauſa fornicatiõis ⁊ ducere vxorẽ fra-
tris p̃mortui ſine liberis. eſt ↄtra legem na
turalem ⁊ tamen illa nõ ſolum ꝑmiſſa fue-
runt: ſed etiam conceſſa in lege veteri: ita ꝙ
licite illa faciebant. ergo nõ ſequeret̃. deus
hoc conceſſit vel diſpoſuit agendũ vel poſ
ſe agi. igit̃ q̃ntum eſt ex lege naturali: eſt li-
citum nobis. Si dicis nõ eſt ſimile: quia
illi actus ſunt hodie lege noua ꝓhibiti ex-
p̃ſſe Math. xix. ſʒ nõ ſic adiectio pacti re-
demptionis. igitur nõ eſt bona inſtantia.

Contra. q̃uis hoc verũ ſit de duobus p̃
mis: nõ tamen de tertio. Nam nullibi eſt ꝓ
hibitum in lege diuina noua inq̃ntũ noua
aliquid ſupaddit veteri in moralibꝫ vel di
uinis poſitiuis ducere vxorem fratris pre
mortui: nec tamen eſt p̃ciſe ꝓhibitum iure
canonico: quia tunc diſpenſari poſſet ꝑ pa
pam ſuꝑ hoc. qđ nõ videtur verum. igitur
ſignum eſt ꝙ ille gradus eſt lege naturali ꝓ
hibitus. ⁊ ꝓ tanto eſt hoc a lege noua ꝓhi-
bitum: que omnia lege naturali ꝓhibita eti
am ꝓhibet. Secũdus. quia diſpoſitiõ ve
teris legis fuit ſuꝑ p̃dijs ⁊ alijs rebus imo
bilibus quarũ ipi venditores ⁊ emptores
nõ erant nec fiebant directi dñi vel ꝓprieta
rij: ſed tm̃ coloni. Unde ibidem dicit dñs.
Terra nõ vendet̃ inꝑpetuũ: quia mea eſt.
⁊ vos aduene ⁊ coloni mei eſtis. Nos aũt
loquimur de emptione ⁊ venditione redo
ditus: cuius venditor eſt ⁊ emptor efficitur
directus dñs ⁊ ꝓprietarius. Modo illa va
rietas poterit facere ꝙ liceat illam obliga-
tionem reuenditionis imponere emptori
veteris legis. ⁊ tamen ꝙ nõ liceret eam im
ponere emptori noſtri temporis. quia em
ptor veteris legis non acquirebat niſi ius
colonie. Ideo nimirũ ꝙ nõ ita ſtabiliter de
bebat habere illam rem: q̃n directus dñs
rei vel alius loco eius repetere poſſet. ſed
emptor noſtri temporis acquirit directum
dñium mercis: ideo minus congruit ꝙ re
uellatur ab eo ad nutum venditoris.

Tertius. quia ille ↄtractus de quo fiebat
in veteri lege diſpoſitio: non fuit vera ven
ditio vel emptio: ſed potius quedam impi
gnoratio ⁊ implicita mutuatio: ita ꝙ ven
ditor attenuatus a parte rei impignorabat
p̃dium vl' domũ ipſi emptori dando p̃cium
venditori in re: ⁊ vere mutuabat illud pre
cium. ⁊ ideo nimirũ: ꝙ vocatus venditor
cum eſſet verus impignerator illius rei ha
bebat poteſtatẽ reuocãdi mercem ad ſe re
ſtituto precio ſeu mutuo ſibi credito: fructi
bus tamen medij temporis in ſortem com
putatis. Unde videtur deus illam legem
ordinaſſe in fauorem indigentium ⁊ paup
perũ: ⁊ in neceſſitatem virtutis qua indi
diuites compellerentur ad mutuandũ gra
tis virtualiter ⁊ implicite. quia iudei diui
tes cum eſſent auari: nõ erant prom ad mu
tuandum gratis indigentibus. nec etiam
voluit eis deus permittere mutuare iu
vſuris ſuis fratribus. ideo ne eſſet paupe
bus preclusa via acq̃rendi pecuniam: q̃
talem emptionem ⁊ venditionem eis con
ceſſit que eſſet eis fauorabilis inſtantiam ꝙ

nihil erat niſi impignoratõ ex pte pauperũ
mutuatio gratuita ex parte diuitum. Si
enim ſub nomīe mutui debuiſſent pauperes
quid accepiſſe a diuitibꝫ: oportuiſſet eos ī
pignoraſſe eis aliquid fructiferũ: ⁊ illius
fructuꝫ diuites accepiſſent nõ cõputando
in ſortem quod fuiſſet vſura. ꝑ illam autẽ
viam adinuentã a dño: cogebanṫ implicite
mutuare ⁊ in pignus accipere ⁊ computa-
re fructus in ſortem. Modo nõ ſequiṫ. vẽ-
ditori qui nõ eſt verus venditor: ſed impi-
gneratori: licitum eſt velle habere facultatẽ
recipiendi rem impigneratã. ⁊ creditor te-
neṫ eam ei reſtituere. igiṫ idem licituꝫ eſt ve-
ro venditori. Quartus. Quia illud pac-
tum adijciebaṫ tali emptioni ⁊ venditioni
qua facta: res vendita etiam ſi nõ redime-
batur: met redibat infra certuꝫ tempus ad
venditorem: etiam nõ reſtituentem ꝑcium:
quia res venditę redibant ſemper in anno
iubileo ad venditorem ſic libere: ꝙ non te-
nebatur venditor aliquid dare emptori ꝓ
illo reditu. ⁊ ſic nõ eſt mirũ ꝙ debeat reſti-
tuere rem ſi ſibi reſtituatur ꝑcium. quia il-
lud ſecundũ eſt minus graue ꝙ̃ ꝑmũ. ergo
nõ eſt cẽſendus grauatus emptor illo one-
re. Hic autẽ loquimur de alia emptione et
venditione ſcꝫ vbi res nõ neceſſario redibit
ad venditorem: niſi ꝑcio reſtituto ipſi em-
ptori. Et ſic patꝫ ꝙ illa varietas bene pote-
rit facere ꝙ liceret illud pactum predictum
adijcere emptori veteris legis: ⁊ tñ ſubeſſet
nõ diſſimilitudinis vt nõ liceret illud adijcere
alteri: vel ſaltẽ ꝙ potius liceret ipm adijce-
re pme vel ſecũde. Nam ſm ſtatum veterꝫ
legis neuter ꝯtrahentiũ potuiſſet allegaſſe
grauamen. quale enĩ grauamẽ potuiſſet al-
legaſſe emptor tempe veteris legis quãdo
cogebaṫ ad libitũ vẽditoris reſtituere mer-
cem: ⁊ hoc reſtituto ſibi ꝑcio ſaltem in par-
te: cum eandem etiam paulopoſt nullo ſi-
bi precio reſtituto remittere cogebatur.
Aut qd grauamen potuiſſet allegaſſe ven-
ditor ex illo pacto. ꝑmo. quia non cogebaṫ
rem redimere ſed liberũ ſibi erat redimere
vel omittere. ſecũdo: quia ꝙ̃uis quãdo vo-
lebat redimere cogebaṫ etiam ꝑcium reſti-
tuere tamen in hoc poterat allegare graua-
men. quia reſtituendo ꝑciuꝫ nõ reſtituebat
illud ꝑcium niſi deductis fructibus medij
tempis in ſortem ꝑcij: ita ꝙ nihil ſoluebat
emptori niſi tantũ q̃ntũ emptor nõdum ꝑ-
ceperat de fructibus. Modo etiam nõ eẽt
grauamen ſi quis recepiſſet precium ꝓ re ⁊
vellet rem rehabere ꝙ etiam reſtituat pre-
cium. ⁊ gratia eſt ſi no totum ꝑcium cogaṫ
reſtituere ſed ſolũ partem. Sed in caſu em-
ptionis d qua nos loquimur poterit alter
ꝯtrahentium: puta venditor allegare gra-
uamen: vł ſaltem nõ ita ſupportabilis ẽ cõ-
ditio ſua: ſicut fuiſſet ſm ꝯditionem veterꝫ
legis. Nam venditor q̃ nũc redimere vult
cogitur totum ꝑciuꝫ reſtituere: nec fructus
medij tempis computanṫ in ſortem ꝑcij.

## Quicquid tamen

ſit de ꝑdicta probatione ⁊ eius efficacia:
defectus aſſignati non oĩs bene aſſignã-
tur. In ſecũdo enĩ dupliciter erraṫ. Primo
quia quilibet homo comparatiue loquendo
ſcꝫ reſpectu dei eſt tñ colonus illoꝝ ꝑdioꝝ
que habet. Nam ſolius dñi eſt terra ⁊ ple-
nitudo eius vero directo dño independẽ-
ti: ⁊ noſtrum ius quod habemus in ꝑdijs
licet aliquando etiam voceṫ ⁊ ſit ꝓprietas ⁊
directum dñium: nõ eſt tamen independẽs
ſed dependens a voluntate domini a quo
deriuatum eſt in nos ex ſua ꝯceſſione. ideo
aſſimilatur dñio vtili tñ qd habet emphi-
teota vel vaſallus reſpectu ſui dñi vel vſu-
fructui quẽ habꝫ colonus reſpectu dñi ſui.
Unde ꝑdia in terra ꝓmiſſiõis ita pleno iu-
re erant iſraelitarũ. ſicut nũc predia noſtra
ſunt noſtra. Habuerũt enĩ ita bene ꝓprieta-
tem ⁊ directum dñium ſicut nos: ſed quia
dependẽter a deo ſicut ⁊ nos. ideo more co-
lonorũ poſſidebant. plus tamen id de eis
exꝓmitur ꝑmo: quia deus ſpecialibus vi-
ctorijs a celo conceſſis: expugnatis chana-
neis eaꝫ aſſignauerat eis. de quo patuit ſu-
pra queſtione. v. concluſione ſecunda. Se-
cundo quia eos ſepe in aſſignatione illius
terre: ⁊ poſtea cõteſtatus fuerat: ſi non face-
rent fructum in illa: ſeruãtes legitima eius
ipſe eos inde eijceret. Unde more colono-
rum minus ſtabiles fuerunt ibi. id eſt per-
miſſibiles habitare ibi ſine penſione dan-
da domino ꝙ̃ habitatores aliarum terra-
rum. ſicut ⁊ ſepe inde electi fuerunt. Unde
coꝝ ius ſuper totam terram ⁊ ſi nõ in cha-

riſate fundabatur. ſicut nec noſtrum: tamẽ
quaſi fundabatur ſup hoc ꝙ populus vni
uerſus generaliter maneret in cultu dei: ſic
ꝙ non faceret generalem receſſum a cultu
dei per idolatriã. Nam quando populus
cepit recedere generaliter a cultu dei ⁊ eius
legitimiſ: eiecit eos dominus tradens eos
in manus gentium: minus eis parcens ꝙ̃
aliis. ꝙuis etiã alias gentes dominio ali
quando priuauerit. Iuxta illud. Regnum
transfertur de gente in gentem ꝓpter pecca
ta populi. Poteſt etiam dici ꝙ eos voca
uerit colonos non volendo deſignare eos
nõ habere ſaltẽ dependens ius directum
⁊ ꝓprietatẽ in p̃diis illius terre: ſed ideo: q̃
de illa terra deꝰ expulerit chananeos ⁊ iſra
elitas illuc ſurrogauerit. Nam colonia di
cit̃ regio: ciuitas vel villa in quã veteribꝰ
expulſis noui inhabitatores ponebantur.

Secũdo etiam deficit p̃dicti ſecũdi de
fectus aſſignatio in hoc. quia ſi etiam p̃di
cta varietas haberet ibi locum: nõ tamen
ſufficeret ad dandum rõnem cur illud pa
ctũ licite adiiceret̃ emptioni ve. legis: ⁊ nõ
etiam noſtre. quia ꝙuis ex illa pte qua em
ptor veterꝫ legꝫ haberet ius minus ſtabile:
videret̃ minus ſibi diſcõgruere obligatio
nem ad reuendẽdũ rem: ꝙ̃ videret̃ eã diſcõ
gruere emptori noſtri tpis: q̃ ſtabilius ius
habet: tamen ex alio reſpectu etiam minus
diſcongruet illud emptori p̃dii noſtri tẽ
poris: eo ꝙ minus poterit allegare ſe one
ratum p̃dicta obligatione reuendendi. ex q̃
alˀs habet dñium directũ. ⁊ ſic perfectius
ꝙ̃ habeat colonus. ⁊ ideo minus graue eſt
ſibi illud onus ꝙ̃ eſſꝫ colono: q̃ alˀs eſt gra
uatus ꝑ hoc ꝙ licet emerit ⁊ dederit p̃cium
tamẽ nõ habet niſi dñium vtile vel vſufru
ctum. Preterea tertio ptꝫ eſſe falſum ꝙ
p̃dicta varietas: etiam ſi eſſet: ſufficeret ad
p̃dictam diuerſitatem rationis faciendam
vniuerſaliter. quia ſaltem ex eadem ratio
ne poſſet illud pactum adiici illi emptioni
noſtri temporis qua quis ꝑ emptionẽ non
acquireret directũ dñium p̃dii ſed tm̃ vſu
fructũ ad alicuius p̃dii citra acquiſitionẽ
dñii directi. Et ex q̃ ẽptor redditꝰ lꝫ acq̃rat
directũ dñiũ reſpectu redditꝰ: tñ reſpectũ p̃
dii in q̃ fundat̃ nõ acquirit niſi vſufructũ
⁊ deniq; nõ totalem ſed ꝑtialem tm̃: vˀl ali
quid ei ſimillimũ. ſequit̃ ꝙ ſaltem illi em
ptioni noſtri temporis poterit illud pactũ
adiici. ⁊ hoc ſufficit ad ꝓpoſitum noſtrum.

Circa tertiũ defectum aſſignatũ diceret̃
ꝙ verum eſt ꝙ habet magnã ſimilitudinẽ
cum implicita mutuatiõe ⁊ impignoratio
ne. nõ eſt tamen omĩmoda ſimilitudo eo ꝙ
emens non poterat pecuniã quã p̃cii noĩe
dabat repetere ad nutũ ſuũ: ſicut tamẽ mu
tuans poteſt. ideo ceſſat ibi ratio mutui de
cuius ſubſtãtia eſt facultas repetendi ſortẽ

Circa quartũ diceret̃ ꝙ ipſa obligatio
reuendẽdi nõ erat ipſi emptori ve. le. ob h̃
ſuſtinibilior ⁊ minus oneroſa ſcꝫ ꝙ etiã res
infra tempus aliquod erat met redimta ad
dñꝫ ſine p̃clo. quia ſiue rediret ſiue nõ: erat
ꝯditio ſua eque bona. Si eñ erat redim
ra cito: tunc ex quo illud tp̃us ſciebat̃ ꝓpa
dedit eo vilius p̃cium ꝓ illa: ⁊ adeo tenue
ꝙ nihilominꝰ tãtũ habebat leuare de illa re
ꝙ nõ erat in damno. imo tantũ leuabat q̃n
tũ leuaſſet ſi ante illud tp̃us fuiſſet redem
pta. quia etiã ſi fuiſſet redempta: nõ plus
recepiſſet p̃cii in redemptione ꝙ̃ ſup extan
tes fructus quos vſq; ad iubileum potuiſ
ſet veriſimiliter percepiſſe. ⁊ ideo ſi illis fru
ctibꝰ carebit: loco eoꝝ habebit p̃cium equi
ualens. ⁊ ecõtra ſi non recipit p̃cium: puta
quia nõ redimit̃: tamen habet fructus eq
ualentes. alioq̃n niſi ſic intelligat̃: videtur
fuiſſe aliqua iniquitas ꝙ adueniente iubi
leo deberet perdere rem ⁊ p̃cium. Secũ
do circa eundem defectum Dicendum ꝙ
non maius grauamen poterit venditor no
ſtri temporis allegare: ꝙ̃ venditor veteris
legis. quia ꝙuis integrum p̃cium cogatur
reſtituere: ⁊ nihilominus fructus nõ defal
cantur in precio: ſed remanent emptori: ta
nõ ſic cogebatur venditor veteris legis. ta
men ſi penſatur quale precium dabat em
ptor veteris legis. ⁊ per ꝯſequens quale p̃
cium reſtituebat ei venditor in redemptio
ne: ⁊ cõparet̃ illud ad p̃ciũ quod emptor
noſtri tẽporis dat venditori. ⁊ econtra ven
ditor cogitur reſtituere. tunc eſt ꝓportiona
bilis habitudo parilitatis. Nam venditor
debebat eo minori precio vendere quo cer
tius erat affuturus annus iubileus. ꝙ ſic
abſq; omni reſtitutione p̃cii redibat p̃dium
ad ipſum. vnde taxabatur p̃ciũ ſm ꝙ mi

tas vel paucas fruges poterat inde conſequi emptor: vſq ad iubileum. put patet Leuit. xxv. Unde videt nihil ibi fuiſſe vēditi q̄ vſufruct⁹ pdij. z h ad certū tps tm̄. Pono ſic. Oīs ɔtractus exiſtens conformis iuribus eſt licitus. pdicta emptio cum adiecto pacto pdicto eſt ɔformis iuribus. igit. Maior patz. qr ex oppoſito pdicati infert oppoſitū ſubiecti. oīs eīm ɔtractus illicit⁹ eſt alicui iuri difformis. Minor pbat. qr eſt ɔformis generali ɔſuetudini bominū. igit etiam iuribus. tz ɔña. qr conſuetudo eſt optima iurium ſeu leguz interpres: ita q ſi quis fuet aliquas ɔſtitutiones eo mō quo ɔſuetū eſt eas fuare: ille dr illis ɔſtitutionibus ſe ɔformare. z eo mō quo ſunt fuāde viuere adeo q dato q legiſlator etiā aliter intellexerit eas debere fuari q̄ ille fuet: cenſet illis ſatiſfeciſſe. Sed hec rō q̄uis ſit cōis apō dños iuriſtas z reputata: poſſet p aduerſariū infringi. dicendo q illa regula: ɔſuetudo ē optia legū interps. intelligit de legib pure poſitis. z ſic nō pbaret illa rō niſi q ille ɔtractus eēt ɔformis iurib pure poſitiuis. Hec aūt ɔformitas ſola nō ſufficit ſed etiaz requirit ɔformitas ad ius diuinū z naturale. aduerſus autem legem diuinā z naturalē nihil valet ɔſuetudo illā in pte abrogando vl' in toto. de qua lege verum eſt q tanto grauiora ſunt crimina: q̄nto diutius infelicem detinent aīam alligatam. Unde etiam ſi vniuerſus mūdus cōſueuiſſet exercere vſuras: nō argueret ſufficienter: cōſuetudo eſt optima legum interpres. igit totus mūdus viuit ɔformiter legibus diuinis z naturali. Sic iudei ɔſueuerūt vſuras exercere: etiam reputantes id eis ex lege diuina licere. nec tamen id eis licitum eſt: vt oſtenſuz eſt ſup q̄ſtione. xxiij. Sic olim vniuerſus mūdus ɔſueuit idola colere: ita q etiaz phī plīmi ob morē alīs gerendum ea colerent: nec tamē licuiſſet infere. igit id iurib eſt ɔforme z licitū. Sic enim arabundus arguebat maxentius ceſar aduerſus ſanctā katherinā idolatriā deteſtantē dicens. ſi ita eſt vt tu dicis: totus mūdus errat: z tu ſola verū dicis. q.d. ɔſuetudo totius mūdi interptat ſic leges. igitur ɔformiter legib viuit licz idola colant. Unde cōtra eſt illud. Ne ſequaris turbā ad faciendū malū. Exodi. xxiij. Nec repbenſionē illam ppheticā legerat. Oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt: nec tamen quia omnes: ergo a delicto imunes. Sic olim oīs caro corrupit viam ſuam. Geñ. vj. Nec tamen corrupiſſe viam ſuam arguebatur ppter conſuetudinem fore licitum. Modo aduerſarius pdicte ɔcluſionis diceret: pdictum cōtractū eſſe vſurariū. z ſic eſſe ɔ legē diuinā z naturalē. ideo ei nō ſuffragabit ſolita ɔſuetudo. z ſic oporteret te pbare p̄us q nō eēt vſurarius. z ſic redire ad alias rationes.

Si autē p ɔfirmatione pdicte pbatiōis vt appareat valida primo ſic replicares dicens. Iura poſitiua etiam phibent vſuraz z omnes alios iniquos contractus: ſaltez hoc facit ius canonicū. z per ɔſequens dato q ſolum ſequat eſt ɔformis ɔſuetudini igitur iuribus poſitiuis. tamen vltra bene ſequetur. ille contractus eſt conformis iuribus poſitiuis. igitur nō eſt illicitus. Diceret q phibitio vſure z cōtractuū iniquorum exiſtentium contra legem diuinā z naturalem facta in iure: nō eſt mere poſitiua: ſed eſt diuina inſerta inter ɔſtitutiones poſitiuas licz acceptata a legiſlatore poſitiuo Modo ſolutio data loquitur de pure poſitiuis conſtitutionibus. Unde ptz q adhuc ſtat ille defectus argumēti: puta q nō ſequitur. eſt contractus conformis conſuetudini. igitur iuribus: loquendo de omnibus iuribus. Si ſecūdo replices. Cōmunis error facit ius. igitur ſi etiam hoīes in illa ɔſuetudine aberrarent a iure: tamen de iure facerent illum contractum. igitur licite. Dicendum dupliciter. Primo. q ſenſus illius dicti nō eſt q ſi qui cōmuniter errent agendo contra legem q ex hoc ſurgat ius aliquod cōtrauenīendi illi legi: ſed eſt ſenſus vt expoſuit Johes gerſon in ppoſitione facta maſſilie coram benedicto: z etiam in tractatu de floribus q prelati z pncipes ſepe aliqua faciunt aut permittunt iuſtiſſime ob cōmunem errorem vel opinionem erroneaz que in ſubditis dñatur: que ſi ipſi plati facerent aut pmitterent vl' diſſimularēt nō extante illa opinione: tenerent huiuſmodi prelati obnoxij graui delicto.

Secundo. q ſi etiam pdicto modo intelligitur: tamen tm̄ haberet veritatem in errore q̄ deuiat a iure mere poſitiuo. qr huic p ɔſuetudinē pōt derogari q̄ aliq̄ hō a fide

(li; errantes) ſeruant aliquā ꝯſtitutionem
a.iter ꝙ intelligat̄ vel omnino nō fiant. ꝑ h
eīn oritur ius illam legez de cetero ſic fiban
di vel omittendi. Si tertio replices dicē-
do ꝙ ꝯſuetudo etiā hʒ excuſare recedentez
a matrimonio legitime ꝯtracto: ⁊ adherē-
tem alteri nō obſtāte ipedimēto ligaminis
⁊ tn̄ recedere illo mō videt̄ eſſe ꝯtra legem
diuinā: ⁊ nō tm̄ poſitiuā. Añs ꝓbat̄ ex caſu
qui habet̄ in.c.finali de ſpon.duo ⁊c. Dic ꝙ
añs aſſumptū eſt falſuz, ⁊ huius falſitas ⁊
reſponſio ad cap̄lm p̄dictum q̄ mō male in
troducat̄: patuit ſup̄ q̄ſtione.xxxiij.circa fi
nem. Si quarto replices dicens ꝓbatio
nem ꝓcedere de ꝯſuetudine rōnabili. In-
ſtantie aūt ꝓcedūt de irrationabili: diceret̄
ꝙ illud ſupponendo ꝓbatio petit p̄ncipiū.
ſi eīn ſupponis eam eſſe rationabilem: igi-
tur ſupponis ꝙ nō ſit ꝯtra legem diuinam
nec naturalē. Hoc aūt reſtat ꝓbandū ſi ve
lis vigore ꝯſuetudinis alludentis inferre
eum eſſe licitum. Si q̄nto replices ꝯſue
tudo facere poteſt delictū: vbi al's nō eſſet:
vt ꝑʒ comedēdo carnes die ſabbati ⁊ ecō-
tra excuſare ea delicto: vbi al's eſſet delictū
vt oꝑando ſeruilia in feſtis ſimpl'r abroga
tis ꝑ cōſuetudinē. Dicendū hoc tm̄ habet
veritatem in his que ſunt delicta ex ꝓhibi
tione iuris poſitiui: qualis non eſt vſura-
rius ꝯtractus: de cuius genere diceret ad-
uerſarius eſſe p̄dictum contractum. Si
ſexto replices ꝙ etiam ſi q̄s faceret aliquez
actum lege diuina ⁊ naturali damnatū cu-
ius tn̄ damnatio eſſet ita obſcura ꝙ illa nō
appareret etiā doctioribꝫ: imo pl'imi doctiſ
ſimi eū approbarent. ⁊ ſic cōmuniter hoīes
eū facerent bona fide illi excuſarent. ſic aūt
eſt de p̄dicto ꝯtractu. ⁊ illo mō intelligēda
eſt p̄dicta ꝓbatio ꝓcedere. igit̄ valida. Di-
cendū dupl'r. Primo. ꝙ aſſumptū illius re
plice eſt verū q̄n ita lateret eius damnatio
ꝙ hoīes agentes laborarent in ignorantia
inuincibili. talem aūt ignorātiā negaret ad
uerſarius eſſe de p̄dicto ꝯtractu. eo ꝙ etiaz
docti aliqui improbauerūt emptionē red-
ditus etiam irredimibilis: nec multitudo
approbantiū argueret aliquid niſi ibi eſſet
igrantia iuincibil' ſimpl'r. alioq̄n excuſaret̄
ſimplices illi q̄ hereſiarchas ⁊ ſciſmaticos
ſunt ſecuti credendo vel oꝑando ea que le-
ge diuina ſunt dānata licet obſcure. Se-

cundo dicendum ꝙ adhuc illo caſu p̄dicto
aſſumpti ſtātie: tn̄ inferretur ꝙ illi excuſa
rent̄ in quibꝫ eſſet p̄dicta obſcuritas: ita ꝙ
illis nō eſſet ille actus imputandus: nō tn̄
ſequeret̄ ꝙ ergo in ſe eſſet licitus. ſicut na-
tura l'r ſtulto eſt homicidiū nō illicituz nec
iputandū: nec tn̄ infert̄. Preterea ḡ homici
dium eſt licitus actus de ſe. puta vbi eſt ex
cuſatio; ſignū ē ꝙ q̄nnū ē de lege ordinata
⁊ regulariter: ibi nata eſt eſſe culpa. Nō eīn
indiget actus nō exiſtens ꝯtra legem excu
ſatione. Si ſeptimo replices dicendo ꝙ
ꝯſuetudo poteſt vnū ꝯtractū approbare: et
alium improbare: ⁊ nouā ſpeciez ꝯtractus
iure cōmuni nō expſſam introducere. Di-
cenduz ꝑ tria dicta ſm ꝙ añs tria aſſumit.
Primū. ꝯſuetudo ⁊ etiam lex poſitiua: nul
lum ꝯtractum damnatū lege diuina ⁊ na-
turali poteſt licite approbare. ⁊ ꝓſertiz in fo
ro ꝯſcientie faciendo eum licitū. Quis forte
ꝑmittere poſſit ⁊ impunitatē in ſuo foro p̄-
ſtare ex cauſa. quō verum eſt illud ꝙ nō eſt
vſurarius dicendus ſupple in foro extenio
ri tanq̄ puniēdus in illo foro: ille qui fecit
ꝯtractum qui cōmuniter exiſtimat̄ licitus
qui tamen in veritate eſt vſurarius. Se-
cūdum dictum ꝙ ꝯtractum nō obuiantez
illis legibus. ⁊ per ꝯſequens ꝑ eas admiſ
ſum: nec tamen eis incognitū poteſt intro-
ducere ⁊ approbare. Tertium dictum. eti
am talem licʒ de ſe nō illicitū poteſt repro-
bare ex cauſa ſicut ⁊ ius poſitiuum hoc po
teſt. puta ſi maligni aliqui eo frequēter abu
tant̄. ſupponeret igitur ꝓbatio ꝓbandum
ſi hic ſupponeret illa tria dicta. ideo peteret
p̄ncipiū. ⁊ ſi aliter intelligeret̄ eius aſſum
ptum: quā iam eſt expoſitū aſſumeret fal-
ſum. Si octauo replices. Emptio vita
litij ideo conuincitur licita: quia eſt de ge
nerali cōſuetudine. igit̄ ſimili modo ba-
lebit illud argumentū. Dicendum ꝙ nec il
la eſt via ſufficienter ꝓbandi emptionē vi
talitij eſſe licitam in foro cōſcientie: ſed ali
vie ſunt adducende que patuerūt q̄ſtio
ne.lxxij. Relinquitur igitur ꝙ p̄dicta
na ꝓbatio nō eſt ita efficax q̄n multiplici
ter eius munimenta quibus confirmant̄
ſunt deſtructibilia. Pro intellectu
ſequentiū trium ꝓbationum que
caſibus a iure ciuili approbatis
qua premittere. ⁊ illa collecta ac tracta

hincinde ex lectura Pauli ſuper. C. titulo
de pactis inter emptorem ⁊ venditorem:
q̄tuꝫ nobis huc deſeruit vt eo melius in-
telligamus leges allegandas. Nota igitur
ꝙ pactum qd̄ adijcitur in venditione con-
ferens ad recuperandum rem venditam eſt
duplex. quoddā eſt reſolutiuū ꝯtractus vē-
ditionis: quoddā non: ſed eſt de retrouen-
dendo. Hec autem duo adeo differunt ꝙ
quādo adijcit̃ pactum reſolutiuū ꝯtractus
tunc nō interuenit nouus ꝯtractus in recu-
peratione rei. ſed tm̄ deſtruit̃ prior contract⁹
⁊ redibit res ad venditorem perinde ac ſi res
nūꝙ̄ fuiſſet ꝑ alium empta etiam cum fru-
ctibus perceptis ante moram. ſed quando
adijcit̃ pactū de retrouendendo nō recupa-
tur res ꝑ venditorē ſine nouo ꝯtractu. quia
oportet interuenire redemptionē. nec tunc
ꝓprie loquēdo dicit̃ reſolui prior venditio. ſi-
cut nec ꝓprie dicit̃ reſolui vēditio ſi emptor
illam rem vni alteri ꝙ̄ venditori reuende-
ret. Primū aūt eſt duplex. quia q̄ddā pa-
ctū reſolutiuū ſonat in legē commiſſoriā: pu-
ta cū ſic ſonat: niſi fiat ſcꝫ ſolutio p̄cij in tali
termino: vel ſi hoc fiat ſcꝫ ꝙ reſtituat̃ p̄cium
tunc res ſit inempta vel venditio habea-
tur ꝓ nō facta. Et in tali caſu vēditor recu-
perat rem ipſo iure: dūmodo quando pa-
ctum factuꝫ eſt ſi reſtituat̃ p̄cium: venditor
reſtituat: vel ſaltem reofferat cū ꝯſignatio-
ne ⁊ depoſitione. Nec requirit̃ retraditio
rei nec īteruenit nouus ꝯtractus: ſed tm̄ fit
deſtructio prioris ꝯtractus. Aliud eſt quod
nō ſonat in legem cōmiſſoriā vt cū nō dicit
venditor: ſi hoc nō fiat: ſit res inempta: vel
venditio habeat̃ ꝓ nō facta ſed ſolum dici-
tur ꝙ res pertineat vel reuertatur ad ven-
ditorē. ⁊ tunc nō reſoluit̃ ꝯtractus ipo iure
ſed tunc demū qn̄ res ad venditorē ꝑuenit
ꝯdemnato emptore ad reſtituendū. tamen
etiam tunc fingitur nō fuiſſe facta ideo etiā
tunc reſtituet emptor rem cuꝫ fructibus ac
ſi nunꝙ̄ emiſſet eaꝫ. Nam reſolutio trahit̃
retro vt habeatur perinde ac ſi nō fuiſſet fa-
cta ſed nouus ꝯtractus nō trahitur retro.
Et ſic habemus hic caſum in q̄ redit dñiū
in aliquem ex ſolo pacto ſine traditione ve-
ra vel ficta. Illis p̄miſſis ſequunt̃ tres alie
ꝓbatōes. ꝯcluſio igit̃ ꝓbat̃ ſic Decimo.
Licita eſt emptio ⁊ venditio qua quis ven-
dit rem ſuaꝫ alteri tali pacto ꝙ niſi emptor
ſoluat p̄cium infra certum tp̄us: extunc ꝑti-
neat dñium illius rei ad venditorē: ⁊ etiam
ꝙ emptor arras perdat: put patꝫ in lege p̄-
ma ⁊ tertia. C. de pactis inter emptorem et
venditorē. ergo etiā licita eſt emptio ⁊ ven-
ditio qua q̄s alteri vendit rem ſuā cum pa-
cto ꝙ venditor reſtituto p̄cio recuperet il-
lam rem. tꝫ ꝯña q̄ duplr. Primo a ſili: q̄a
ſicut in caſu añtis res empta poteſt auferri
emptori: ita ꝙ deſinit eſſe eius: ſic etiam in
ſcd̄o caſu fieri poteſt. Scd̄o tꝫ ꝯña. q2 ſic
in p̄io caſu nihil reſtituit ēptor vēditori in
recuperatione rei ſue: eo ꝙ nihil recepit ab
eo ꝓ illa. ſic in ſecundo: ſi q̄d reſtituit nihil
tamen reſtituit niſi qd̄ ab eo recepit. Illa
aūt ſunt paria ſcꝫ nihil reſtituere et a quo ni-
hil recepit ⁊ reſtituere equalens ei qd̄ quis
ab eo recepit. Tertio tꝫ illa ꝯña. q2 ſic in p̄-
mo caſu nō fit reſolutio ꝯtractus ipſo iure
ſed tunc demū qn̄ res ad venditorē ꝑuenit
ꝯdemnato emptore ad reſtituendum. ſic in
caſu ꝯñtis nō p̄ciſe reſoluit̃ prior venditio
ꝙ̄ p̄mū venditor petit reuendi ſibi rē offe-
rendo p̄cium: imo etiam qn̄ reuendit̃ non
dicit̃ reſolutus prior ꝯtractus. ſic nec reſolui
dr̄ ēptio qn̄ emptor rē ēptā reuēdit alteri ꝙ̄
venditori. Unde qn̄ fit reſolutio ꝯtractus
tunc etiam fructus rei empte redeūt ad vē-
ditorē. Quarto tenet ꝯña a maiori. q2 em-
ptor in primo caſu perdit arras ⁊ fructus
medij tp̄is. ⁊ in ſcd̄o nihil ꝑdat: imo lucrat̃
fructus medij tp̄is non ꝑdendo quid. ⁊ ſic
minus videt̃ grauari emptor in ſecūdo ꝙ̄
in p̄mo caſu. Nā in p̄mo caſu emptor cō-
pellit̃ reſtituere rem cum fructib⁹ perceptis
ac ſi nunꝙ̄ emiſſet. ⁊ ideo ſi emptor in aliq̄
ꝑuaret̃: h̄ plus fieret in caſu añtis ꝙ̄ ꝯñtis

Undecimo ſic. Ius ciuile approbat illā
adiectionē. igit̃ eſt licita. tꝫ ꝯña. quia ꝙ̄uis
ius ciuile aliquos illicitos contractus nō
tm̄ ꝑmiſerit: ſed etiā ꝯceſſerit: puta aliquos
ꝯtractus vſurarios: vt patuit in q̄ne. xxij.
in quib⁹ iurib⁹ vel diſpoſitionib⁹ eſt ius ci-
uile notatū de errore. tamen in alijs in qui-
bus nō eſt notatū ⁊ reprobatum ius ciuile
vt deuiās a rectitudie: ⁊ vt nutriens pctm̄
eius approbatio eſt autentica ⁊ acceptāda
eo ꝙ leges ex ratione ⁊ equitate naturali ꝓ-
ceſſerunt tanꝙ̄ ſubalternate principijs phie
moralis: ⁊ etiam ligantes in foro ꝯſcientie
ſubiectos eiſdem. Nemo autēꝫ ligatur ad

ea que nõ ſunt licita. Jus aũt ciuile nõ ẽ reprobatũ in approbatõe p̄dicte adiectionis de redimendo. igit̃. Añs aũt ꝓbat̃. quia in l. ſi fundũ. C. de pactis. inter em. ꝛ vendit. diſponit̃ q ſi gentes alicuius vendiderint fundum eo pacto q qñcũq; vel infra certa tp̄a ipſi vel eoꝝ heredes offerrent p̄ciũ emptori. ꝛ heres emptoris nollet obedire p̄dicto pacto: cũ tamẽ venditor vel eius heres paratus ſit reſtituere p̄ciũ: tũc dabit̃ vẽditori vel ei⁹ heredi duplex actio ꝯ ẽptorẽ vel ei⁹ heredẽ. ſcʒ actio ex p̄ſcriptis verbis. ꝛ actio ex vendito. ꝛ nihilominus tenebit̃ emptor ad reſtitutionẽ vl' refuſionẽ eoꝝ que ex illo fundo ꝓuenerũt ad emptorem poſt oblatã pecuniã. Et ſic in illa lege expſſe habet̃ q emptio cum pacto redemptionis eſt licita de iure ciuili. quia dando actionẽ p̄dictam taliter ꝯtrahẽti vult q ille ꝯtractus ſit hinc inde licitus ꝛ validus: ita q venditor habeat ius ꝯtra emptorẽ ad reſcindendũ contractum: ꝛ q emptor obligatus ſit ad reuẽdendũ. Duodecimo ſic ꝓbat̃. quia in. l. ſi a te. eodem titulo diſponit̃: q ſi A. emiſſʒ a B. aliquã rem eo pacto interueniente q ſi B. infra certum tp̄s reſtituat p̄ciũ: illa res ſit inempta: tunc B poterit venditionẽ reſoluere ꝑ hoc q offert p̄cium: dũmodo etiam ip̄m p̄cium ꝯſignet ꝛ deponat: nõ obſtante q A ſe ſubtrahat quatenus eãdẽ rẽ retineat iure dñij. Ergo etiam licita erit emptio rei cum pacto redemptiõis. tenet ꝯſequẽtia dupliciter. Primo ex identitate rationis. ꝛ deduc. ꝓportionabiliter ſicut in decima ꝓbatione. Secũdo ꝓbatur a maiori. quia in caſu antecedentis pactum adiectũ eſt pactum legis cõmiſſorie. Quãdo cũq; em̃ in pacto conuenit̃ q res ſit inempta vel venditio ꝓ nõ facta habeatur: tunc pactũ eſt legis cõmiſſorie: ſiue illud pactum ſit factum taliter: puta quia dicit̃ q nõ ſoluto p̄cio per emptorem: res ſit inempta. ſiue ſit ſic actum q reſtituto p̄cio: res ſit inempta: vt in iam allegata lege. Modo quãdo pactum eſt legis cõmiſſorie: tunc venditor acquirit dñium vtile illius rei ſine noua traditione ꝛ ſine nouo ꝯtractu. quia ibi nõ eſt habendus cõtractus ſed reſolutio contractus. ꝛ ſic ſolum fit ibi diſtractus: ſed in caſu ꝯſequentis: pactum adiectum eſt de retrouendendo: que pacta adeo differunt q venditori vtilius eſt facere p̄mũ q̃ ſecũdũ ita q breuius recuperat dñium rei per p̄mũ q̃ ꝑ ſecũdum. ꝛ citius auferetur res emptori. Nam ſi venditor fecit ſecũdum: non reuertit̃ dñium ad ipſum per oblationem ꝯſignationem ꝛ depoſitionem p̄cij: ſed requirit̃ nouus cõtractus ꝛ noua retraditio.

Decimotertio ſic. Licitũ eſt alicui in vẽdendo fundum ſuũ vel aliquem locum apponere pactum: q emptor nõ debeat illũ locum facere religioſum: in illo extruendo monumentũ vel alio mõ eum eximendo a iure humano. Igitur eadem ratione licitũ eſt alicui in vendendo fundũ ſuum apponere pactum q emptor nõ debeat illam rem irreuocabiliter habere: qn competat venditori ius eam repetendi ꝓ ꝯſimili p̄cio reſtituto. Añs ꝓbat̃. quia in. l. vltima. C. de pactis inter emp. ꝛ ven. diſponitur q tale pactum eſt ſeruandum. ꝛ ſic eſt validum. ꝛ ꝑ ꝯſequens licite appoſitum. Nã pacta que contra leges ꝯſtitutiõeſq; vel ꝯtra bonos mores fiunt: nullam vim habere indubitati iuris eſt: vt dicitur in. l. pacti. C. de pact.

Conſequẽtia ptʒ dupl'r. Primo. quia nõ eſt maior ratio in vno caſu q̃ in alio. Secũdo. quia cauſa quare in caſu antecedentis tʒ pactum eſt: vt ibidem dicit̃: quia cum venditor vel alius alienator non alia lege ſuũ ius transferre paſſus eſt niſi tali ſrebo ꝯuentione: nõ eſt ferendum eum ſcʒ venditorem pati aliquã captiõem et varia interp̄tatione. ergo etiam ex quo in caſu ꝯſequẽtis venditor nõ aliter voluerit rem illã vẽdere emptori q̃ reſeruato ſibi illo iure reuocandi rem ꝑ reſtitutionẽ p̄cij: ſequit̃ q hoc pactum teneat. Et ꝯfirmat̃. quia ſicut ratio quare in caſu antecedentis eſt ſic ſeruandum. eſt q: intereſt venditoris vt pactum illud ſeruet̃. ꝛ hoc eo ipſo q ſibi nõ placet q fundus religioſus efficiat̃ mõ nõ minus ĩ magis intereſt vẽditoris q res ſua nõ a ſe alienet̃ irrecuꝑabiliter. Decimoq̄rto ſic. Licitum eſt alicui rem ſuam vendere alteri taliter. ſcʒ vendo tibi tanti ſcʒ q̄nti eſtimauerit eam titius. ꝛ illi alteri etiam licitum ẽ ſic emere. ergo etiam licitũ eſt alicui vendere rem ſuam alteri taliter q eam ſibi reſtituat cum reſtituet p̄cium. Añs ꝓbat̃: quia in ... approbat̃ vt valida ſit emptio ꝛ venditio ... quantitatẽ p̄cij ita q ſi titius diffiniuerit

debet venditio ad effectũ ꝯuenire: vt ptz in
l.ſup rebꝰ.C.de ꝯtrahẽ.em.ꝛ ven. igiꝉ etiã
eſt licita.ꝫ ꝯña vt ꝑus. Cõſeqñtia aũt ꝑn
cipalis ꝓbaꝉ.q: nõ videꝉ maioꝛ rõ de adie
ctione ꝑme circũſtantie ꝙ̃ de adiectione ſe
cũde. Nam in ꝑmo caſu q̃ntitas ꝑcij ꝯfertꝉ
in volũtatẽ vel arbitriũ taxantis diſtincti
ab vtroqꝫ ꝯtrahentiũ.ꝛ tñ de ſubſtãtia em
ptionis ꝛ venditiõis eſt ꝑciũ in certa q̃nti
tate.hic aũt ꝯtrahiꝉ vt res maneat emptoꝛi
ꝯs donec nõ ꝯſentiat venditoꝛ paruꝫ reſti
tuere ꝑcium.ꝛ ꝯſenſus eſt etiam de ſubſtã
tia venditionis ꝛ emptiõis. Decimoq̃n
to ſic. Licita eſt emptio ꝛ venditio qua vir
vendit vxoꝛi ſue fundos ꝛ paciſciꝉ ꝙ ſi ipſa
deſinat ei eſſe nupta ꝙ viro volente mulier
debeat ꝑ eodem ꝑcio reſtituere illos fun
dos viro. Et eadem emptio ꝛ venditio cũ
tali pacto facto ſcꝫ de redemptione: eſt etiã
licita in alijs pſonis a viro ꝛ vxoꝛe. ꝫ em
ptio cũ pacto redemptiõis eſt licita.ꝫ ꝯña
quia caſus añtis ꝛ ꝯñtis ſunt idem: vt ptz
inuenti. Añs ꝓbaꝉ.q: talis emptio ꝛ ven
ditio eſt approbata tanq̃ꝫ valida in iure ci
uili: vt ptz in.l.ſi vir ꝛc.ff.de ꝑſcriptꝭ ꝟbis.
Decimoſexto ſic. Licita eſt emptio ꝛ vẽ
ditio qua quis fundũ ſuũ vendit alteri cuꝫ
aliquo illoꝝ triũ pactoꝝ ſequẽtiũ.ſcꝫ ꝑmo
tali pacto ꝙ emptoꝛ locet eũ venditoꝛi: ita
ꝙ venditoꝛ habeat in illo fundo ius ꝯdu
ctionis ꝑ certa mercede. Uel ſecũdo cũ ta
li pacto ꝙ emptoꝛ ſit obligatus ad h̃ vt cuꝫ
eũ vendere velit: nulli alteri ꝙ̃ venditoꝛi re
vendat. vel tertio ſi cũ aliquo alio pacto ſi
mili alicui illoꝝ duoꝝ pactoꝝ vendat. Er
go etiam licita eſt emptio ꝛ venditio cũ pa
cto redemptionis. Añs ptz.quia talis em
ptio ꝛ venditio tanq̃ꝫ valida approbaꝉ in.l.
ꝗ fundum.ff.de ꝯtrahẽ.em.ꝛ ven. Tenet
ꝯña dupliciter. Prio.q: nõ eſt maioꝛ rõ de ca
ſu añtis ꝙ̃ ꝯñtis quo ad licituꝫ eſſe. Nam
in ꝑmo mẽbro caſus añtis venditoꝛ ſibi re
ſeruat ius aliqd̃ qd̃ ꝑ habuit cauſaliter ſcꝫ
vſufructũ vel ſaltem ius ad vſufructũ. igiꝉ
eadẽ rõe ſi reſeruat ſibi ius reuocãdi rẽ ad
ſe reſtituto ꝑcio erit illud ſibi licitũ. ꝑterea
in ſecũdo mẽbro añtis etiaꝫ obligat empto
rem ad reuendendũ licꝫ ſolũ ſub ꝯditione.
ſcꝫ ſi velit vendere mõ in caſu ꝯñtis etiam
obligat eum ſub ꝯditione ſi velit venditoꝛ
redimere. Secũdo ꝫ ꝯña, quia tertiũ mẽ
brũ caſus añtis: eſt directe caſus nr̃.quia ẽ
ꝯtractus factus cũ pacto ſili pactis ꝑcedẽ
tibꝰ. Decimoſeptimo. Licita eſt emptio
ꝛ venditio qua quis ꝑtem fundi vendit al
teri: eo pacto ꝙ obligatus ſit emptoꝛ ad ha
bendũ reliquã ꝑtẽ illius fũdi noĩe ꝯductio
nis ꝑ certa pecunia ad.c. annos dũmodo
venditoꝛ ideo eo vilius vendiderit ꝑmã ꝑ
tẽ quatenus emptoꝛ eſſet obligatus ad cõ
ducendũ reliquã ꝑtem a venditoꝛe: eo ꝙ il
lud onus emptoris ꝛ ius qd̃ habet vendi
toꝛ in emptoꝛẽ ad cogendũ eũ: vt reliquaꝫ
ꝑtem habeat ꝯductam: eſt qd̃ eſtimabile ꝑ
cio: ꝛ vt ps ꝑcij ꝯſideraꝉ. Ergo etiã emptõ
cũ pacto redemptionis eſt licita. Añs ptz.
in.l.fundi ꝑtem.ff.de ꝯtrahen.emp.ꝛ ven.
Conſeq̃ntia autẽ ꝓbaꝉ ex identitate rõnis.
Nam in caſu añtis venditoꝛ in vendendo
ꝑ ſuũ pactum obligat emptoꝛẽ ad ꝯtractũ
alium ſcꝫ ꝯductionis ineundũ ſecum iam
ꝛ de ꝑſenti. In caſu aũt ꝯñtis obligat eum
ad ineundũ ſecũ ꝯtractũ venditionis ꝑ fu
turo tꝑe quãdo venditoꝛ hoc petet. ptꝫ aũt
ꝙ nulla eſt ratio diuerſitatis hincinde: q̃n
ſi vnus caſus liceat: etiam alter licebit.

Decimooctauo. Licita eſt emptio ꝛ ven
ditio qua q̃s vendit ancillam alteri eo pa
cto ꝙ emptoꝛ ſit obligatus ad nõ ꝓſtituen
dũ eam. ꝛ ſi ꝓſtituerit ꝙ liceat venditoꝛi eã
abducere. ergo etiam caſus noſter eſt licitꝰ
ꝫ ꝯña ex identitate rõnis.quia etiam in ca
ſu añtis reſeruat ſibi ius repetendi rem ex
euentu ꝯditionis delicti: ꝛ abſqꝫ omĩ ꝑcio
reſtituto ꝛ efficiꝉ dñs eius ex apprehenſio
ne. cur ergo nõ poſſit ſibi reſeruare ius re
petendi rem illam ex ꝯditione reſtitutionis
ꝑcij. Añs ptz in.l.ſi quis.ff.de ꝯtrahenda
emp.ꝛ ven. Decimonono. In.c.ad no
ſtram.de emptione ꝛ venditiõe dãnaꝉ em
ptio facta cum pacto redemptionis ſi inter
uenit nimis modicũ ꝑcium. igitur a contra
rio ſenſu ſi iuſtum ꝑcium interueniſſet fuiſ
ſet approbata: ꝛ ita pactum adiectuꝫ nõ de
prauabit eam. ſed hec ꝓbatio nõ valet. q̃a
eque ꝓbareꝉ ecõtra ſcꝫ ꝙ ſi interueniſſet ni
mis modicũ ꝑcium dũmodo nõ eſſet pa
ctum redemptionis adiectũ emptio fuiſſet
approbata: eo ꝙ eam ibi dãnat papa ꝯſi
deratis ambobꝰ ꝯcurrentibꝰ. vnde de cau
ſa illius ꝯdemnationis patebit latius in q̃
ſtione ſeq̃nti. Uiceſimo. In.c.illo vos

de ꝯ̄notibus damnat̄ emptio facta cum
pa..o redemptionis ſi venditor debet redi
mendo dare maius p̄cium q̄ꝫ emptor dede
rit emendo, etiam ſi emptor ſe obligauerit
in redemptione computare fructus medij
tp̄is in ſortem. Ergo a ꝯtrario ſenſu ſi em-
ptio eſſet facta cum pacto redemptionis ſi
e..de p eodem p̄cio ꝛ q̄ nō cōputarent̄ fru
ctus medij tp̄is in ſorteꝫ nō eſſet damnata.
Sed hec ꝓbatio nō valet. quia ex eadem
ꝓbaret̄ etiā ꝑ argumentū a cōtrario ſenſu
q̄ eſſet licita ſi eſſet facta cum pacto redem
ptionis fiende p maiori p̄cio: ſed tamē nō
computarent̄ fructus medij tp̄is in ſortem
q̄ꝛ papa in tribus ſe fundauit dānādo. igit̄
ſi vnū defecerit ꝛ reliqua manſerint: erit nō
improbata ſicut tu arguis: q̄ ſi duo defece
rint ꝛ tertium ſupmanſerit manebit licita.

Allegant etiaꝫ quidā. c. ſignificante. extra
de pignoribꝰ. Sed nō apparet quō ex illo
poſſet formari argumentū ad ꝓpoſitū. aut ſi
qō inde formaret̄ eque poteſt inualidari ſi-
cut duo p̄cedentia. Preter hec adhuc ar-
guūt etiam quidā. quia ille contractus ſub
uenit multis fidelibꝰ etiam vendentibꝰ qui
creſcunt in diuitijs in quibꝰ nō creſcerent ſi
nō poſſent redimere res venditas aut per-
petuo de eis cogerent̄ ſoluere penſiones.
ideo damnare eum eſt ꝯtra charitatem ꝓxi
mi ꝛ in grauamen eoꝝ. Sed nec hec ꝓba-
tio valet. quia ſicut multis quo ad aliquid
ſubuenit̄ ꝑ ꝯtractū illum. ſic multi etiam ꝑ
eoſdem dānificant̄ vt dicerent aduerſarij.
Preterea idem argumentū haberet locum
in mutuo vſurario. ꝛ ideo ſicut in illo eſt ſo
lutū ſup̄ q̄one. xxij. argumēto. ij. ita hic ſol-
ueret̄. Iterū q̄dam ꝓbat ſic. quia ex dāna
tione illius ꝯtractus ſequeret̄ eccl'iaꝝ ſub-
uerſio que in illo ſūt fundate: ſed nō valet.
q̄ꝛ ſi ponat̄ q̄ ex vſurarijs ꝯtractibꝰ eſſent
beneficia fundata idem ſequeret̄: nec tamē
poſſet inferri illos ꝯtractus vſurarios eſſe
licitos. Iterū arguit̄. Si nō niſi de red-
ditibꝰ irredimibilibꝰ fundarent̄ beneficia:
oriret̄ ꝑſecutio clericoꝝ ꝑ laicos: et quo nū
q̄ꝫ poſſent recuperare redditus vl' ſe ab eis
liberare. hoc aūt ceſſat in ꝓpoſito. cū ſunt re
dimibiles. ſed hoc nō valet. quia perſecu-
tio illa exiſtens penes laicis nō eſſet eis da-
ta a clericis vel ex illo ꝯtractu. ſed ſua ma-
licia accepta. Vn̄ ſi ꝓbaret idem ꝓbaret q̄

ꝯtractus vſurarius eſſet licitus p fundatio
ne beneficioꝝ. quia a penſione vſuraria ſe
poſſent liberare laici ſoluētes eā. Dimiſſis
igit̄ ꝓbatōibꝰ inualidis innitendū eſt aliqs
ꝛ validis ſup̄ poſitis.

## Secūda concluſio

Emptio redditus ꝑpetui facta cū pacto re
uenditionis nō depꝛauatur ꝑ hoc p̄ciſe q̄
emens nō dat p̄ciſe tātū p̄cium q̄ntū olim
fuit datum vel q̄ntū in futuro dabit̄. ꝓbat̄
tripliciter. Primo ſic. Emptio alioꝝ bo-
noꝝ imobiliū facta cum pacto reuenditio-
nis nō dep̄uat̄ ꝑ hoc ꝛc̄. igit̄ ꝯcluſio vera.
ꝯña tꝫ. quia etiam ipſi redditus cōputant̄
inter bona imobilia: vt in cle. exiui. §. cūq̄
annui. de verboꝝ ſignificatiōibꝰ. Añs ptꝫ.
Nam domus aliq̄n valent paruū p̄cium:
poſtea magnū: ꝛ ecōtra. ſimilit̄ vinee ꝛ ori
Secūdo. hodie cenſet̄ iuſtū p̄cium datū
ſi dent̄. xx. floī. vel marce vel libꝛe ꝓ reddi-
tu redimibili vnius floī. vel marce vel libꝛe
ꝛ tamen aliq̄n pauciores floī. fuiſſent iuſtū
p̄cium. Prima pars aſſumpti ptꝫ dupliciter.
ter. Primo ex cōi eſtimatione prudētū p̄n-
tis tp̄is. Secūdo. quia in autentica de nō
alienādis. §. ſi ꝟo. coll'. ij. glo. etiaꝫ reputat
iuſtum p̄cium q̄n in. xx. annis ꝑcipiuntur.
xx. ꝛ ſic quādo dant̄. xx. ꝓ vno cenſet̄ iuſtuꝫ
p̄ciuꝫ. Simile poteſt haberi ex gloſa fina
li in autentica. ꝑpetua. C. de ſacroſan. eccle
ſijs. Secūda ps aſſumpti ꝓbat̄ primo.
Nam aliq̄n fuerūt dati quattuordecim im
mo pauciores etiam vſq̄ ad. x. deſcenden-
do: puta fidedignis fuit ꝓpoſitum Marti
no q̄nto. ꝛ tamen illi vel ille fuerūt etiaꝫ iu
ſtum p̄cium eo tp̄e quo tunc illud p̄ciū fuit
ꝯſuetū: quia ꝓpt tale: ipſe Martinus taleꝫ
emptionē approbauit vt licitā. vt ptꝫ in ſua
bulla. Secūdo. quia aliq̄n fuerunt date
octo libꝛe ꝓ redditu vnius libꝛe ſcꝫ circa tē
pora Heinrici de hoyta: ꝛ quorundam ali
orum. ꝛ cum eſſet illud tunc conſuetū po-
tuit fuiſſe nō iniuſtū p̄cium. Nam ſi fuiſſet
iniuſtum p̄dicti doctores abſoluto ſmone
improbaſſent emptionē ꝓ tali p̄cio factam
qō tn̄ nō faciūt. Nam Hein. de hoyta lo-
quēs de tali emptione in ſuo tractatu de ꝯ-
ctibꝰ in dubio ſexto dicit. ſi octo libꝛe ſūt iu
ſtum p̄ciū ꝛ rōnabiliter taxatū ꝛ ꝯſuetū va
ri in patria vbi fuit talis ꝯtracꝰ ꝓ reddu

fen cenſu perpetuo cū adiectiōe ɔditiōis reemendi: tunc talis ɔtractus eſt de ſe licitus ſecus qñ octo libre ſunt p̄cium notabiliter minus iuſto p̄cio cōſueto dari ꝓ tali redditu: τ illō minus iuſto dat emptor p̄ciſe ꝓpt adiectionē ɔditionis reemendi, τ ſic in mō loquit in dubio decimo τ vndecimo. τ ſic ex modo loquēdi ſuo p3 ꝙ nō dānat abſolute tale p̄cium qd tacite innuit tpe ſuo fuiſſe dari in wiēna, q̄uis de redditu ꝑpetuo irredimibili loquēs cōmēoret emptores.xx. libras vl' vltra dediſſe ꝓ redditu vnius: vt p3 in ſuo dubio.xi. Tertio. Nā Johēs d' gerſona in tractatu ſuo pte p̄ma ɔſid.xx. approbat ſtatutū quo diſponeret' ꝙ nemo vendat cenſum annualē ꝑpetuū qn poſſit redimi totiens quotiēs: quo denicꝫ diſponeret certū p̄cium vt ꝓ vno q̄ndecim. Vñ dicit ibi ꝙ hoc totum lic3. Et in pte ſecūda innuit de facto ſic ꝑ quoddā monaſterium fuiſſe emptum quēdam redimibilē redditū dando tm̄ quartā ꝑtem vltra p̄dictum p̄cium ɔſtitutū a legiſlatore, τ hoc tm̄ ꝙ illō ſuffeciſſet ꝓ redditu irredimibili: puta.xx. ꝓ vno. τ ſic innuit ꝙ dederint pl' q̄3 iuſtū. τ ꝓ ſequēs tunc tpis potuiſſent pauciores ꝑ fuiſſe iuſtum p̄cium. q2 vt patebit in ſequenti qōne redditus irredimibilis eſt maioris valoris q̄3 redimibilis. Preterea cōſtat nōnullis ciuitatibus in hac noſtra alemania ex relatione ſenioꝝ: τ etiā3 ex inſtrumentis ꝙ ꝑ centū annos ante p̄ſens tp̄us ɔſuetū fuit dare q̄ndecim floꝛ. pro redditu vnius floꝛ. redimibili: imo aliqñ ɔtigit ꝙ aliqua ciuitas ſup ſuis iuribꝰ vendidit talem redditum ꝓ tali p̄cio nō ꝓuidendo ſibi de pacto redemptiōis. Preterea videt' ꝙ in bohemia aliqñ fuerit emptus redditus eius irredimibilis.j.floꝛ.ꝓ.x. τ hoc p3 intuenti quoſdam tractatulos: quoꝝ vtercꝫ incipit Titius ciuis ꝑgenſis: quoꝝ vnus dānat tales ɔtractū alius ſaluat. nec tamē ille qui dānat fundat ſe ſup incōſueto p̄cio ſed ſup aliis. τ tm̄ auctor tractatuli illud motiuū nō omiſiſſet ſi fuiſſet inſolitū p̄ciū tunc tpis. Ad idē facit aliquo mō qd dicit Baldus. vt patebit infra argumento.xiij. in reſponſione ad ſecūdam auctoritatem Baldi Nam dubitauit ſi centum eſſet p̄ciū ꝓportionatū redditui.x.floꝛ. annuoꝝ ꝑpetuoꝝ. Tertio p̄ncipal' ꝓbat' ɔcluſio, q2 in taxando iuſtum p̄cium recurrendū eſt ad cōmunē curſum quo ſolet res vēdi τ emi paſſim: τ cōiter a ɔtrahentibꝰ: ita ꝙ tunc cenſetur iuſtum p̄cium qñ id dat' qd cōiter ɔſueuerūt hoīes dare τ qd cōiter eſtimat' equalens valori mercis: ita ꝙ paſſim tūc mertā ab illis q̄ nō ſūt p̄ſſi neceſſitate vēdi pecuniā q̄3 ab aliis q̄ ſunt p̄ſſi: τ ecōtra etiam paſſim cōiter ab vtriſꝙ ſic emit'. τ de hoc patuit ſup̄.q.lvj. Modo tūs curſus τ eſtimatio poteſt variari. igit' etiam q̄ntitas p̄cij iuſti: manente iuſticia p̄cij poteſt variari τ ꝑ ɔñs nō idem oportet dari oīni tempe.

Correlariū ſequit' ꝙ ſi qs habeat redditū vnius floꝛ. emptū ꝑ ſuos p̄deceſſores τ inueniat ꝙ illi nō emerūt eū ꝓ.xx. floꝛ. ſicut nunc ſolent emi ſed ꝓ p̄cio aliq̄ntulū minori vt ꝓ.xviij. vel.xv. no eſt ꝓpter hoc p̄ciſe τ ſine alia rōne accedente neceſſariū ad ſalutē aīe illius ꝙ ſine p̄cio reſtituto reſignet illum redditū ipſi venditori vel heredi eius aut ꝙ de cetero ꝑcipiat annuatim minorē penſionē: puta ſolū tres q̄rtas floren. τ ꝙ rōne p̄teritaꝝ penſionū ꝑceptarū reſtituat tot quartas quot annis ꝑcepit omī anno integrū floꝛ. aut ꝙ ad ꝑcipiendū de cetero integrū floꝛ. oporteat eū venditori ſupaddere q̄nqꝫ floꝛ. pat3 a ſimili ſi qs hēt agrū de quo ɔſtaret ꝙ p̄deceſſores ſui emiſſent eum ꝓ.xv. floꝛ. τ nunc talis vel ɔſimilis bene valeret vel venderet' ꝓ.xx. floꝛ. τ paſſim ſic ſimiles agri emerent' τ venderent: nō ꝓpter hoc p̄ciſe eſſet indiſtincte dicendū ꝙ ille nō eſſet tutus retinendo agrum: niſi aliqd p̄dictoꝝ fecerit: quia ſtat ꝙ tūc tempis. xv. fuerint iuſtū p̄ciū agri illiꝰ: ita ꝓpoſito. Unde in tali caſu videt' ſic ɔſulendum ſc3 ꝙ talis ſucceſſor inquirat ſi ne tpe emptionis per p̄deceſſores fuerit ɔſuetum tale p̄cium dare, τ tunc ſit quietus in ɔſciencia. Si aūt nō poſſit inuenire an illud fuerit ɔſuetū p̄cium tunc tempis. nec apparent indicia debentia mouere ad p̄ſumendū ꝙ illud tunc nō fuerit iuſtum p̄cium nec conſuetum ſed nimis paruū poteſt p̄ſumere ꝙ fuerit tunc tempis equū τ iuſtū. poteſt eni in tali caſu p̄ſumere de anteceſſoribꝰ ꝙ habuerint etiam ɔſcientiā τ timorē dei τ reueriti fuerint deū τ hoīes: interim ꝙ nō apparent indicia in ɔtrariū. τ ſic itē erit tutus.

ꝛ a: Hoc ꝑ poteſt duci illud Auguſtini in de
fide ꝛ operibꝫ. ꝛ habet̄. xxxiiij. q. j. in. c. ſi vir
go. In iure ꝑdiloꝝ tādiu quiſqꝫ bone fidei
poſſeſſor rectiſſime dicit̄ q̄diu ſe poſſide-
re ignorat alienū. Hec ille. Et ſi ꝯſcientiā
de illa ſuſpitione non poſſit deponere agat
eo modo quo debet ille agere qui ſcienter
emit redditum vel aliam mercem ꝑ minus
iuſto p̄cio. Nam talis debet ſupplere tā il-
lud in quo defecit p̄cium q̄ꝫ etiam illud in-
tereſſe quod vēditor ꝛ heres eius veriſimi-
liter paſſus eſt ex carentia illius diminutō
nis p̄cij nō ſuppleti. ꝛ tunc emptor poterit
retinere totalr̄ penſiones annuas ꝑceptas
Al's ſtante p̄dicta ꝯſcienta ſi nō ſupplet de-
fectum p̄cij ꝛ intereſſe: tenet̄ reſtituere tan-
tā q̄ntitatē de penſionibꝫ annuis q̄nta fuit
ſupercreſcens vltra q̄ntitatē ꝓportionatā p̄
cio ſoluto: puta ſi emptor dedit. xxx. flor. ꝓ
redditu. ij. flor. eo tp̄e quo ꝯſuetū fuit dare
xl. ꝛ recepit om̄i anno. ij. flor. debet de quo
libet anno quo ꝑcepit redditū (ſi nō ſupple
uit poſtea p̄cium ꝛ intereſſe modo dicto) re
ſtituere dimidiū flor. ꝛ cū hoc intereſſe q̄d
venditor ex nō ſuppletione illius p̄cij paſ
ſus eſt.

## Tertia concluſio.

Emptio redditus ꝑpetui facta cū pacto re
demptionis ꝛ ꝑ p̄cio currenti nō deprauat̄
ꝑ h̄ q̄ ille redditus eſt ꝯſtitutus in adeo co
pioſis aut magnis bonis: q̄ bona longe p̄
ſtantiora ſunt in importando quid annuū
q̄ꝫ ſit ipſa annua penſio redditualis: ita q̄
vix vnq̄ꝫ aut nūq̄ꝫ poterit caſus vel diffor-
tuniū euenire q̄n ſemꝑ emptor ſit tutus de
habendo ſuā penſionē: puta p̄ciū nunc cur
rens ꝛ ꝯſuetū eſt. xx. flor. ꝓ redditu vnius
flor. Hec ꝯcluſio ponit̄ ꝯtra q̄ndam iuriſ
peritum q̄ cum videret ſe cogi ad admitten
dū aliquo mō emptionē redditus ꝑpetui
factam cū pacto redemptiōis. ꝛ hoc ꝓpter
determinationem ſūmoꝝ pontificū admiſ-
ſit eā aliq̄ mō: ſed mox illā emptionē in ca-
ſu huiꝰ ꝯcluſionis factā dānauit. Probat̄
igit̄ hec ꝯclio ſic. q̄ ſi ꝑ h̄ depuaret̄ aut hoc
eſſet rōne illius q̄ merx empta: puta reddi-
tus: eſſet p̄ſtantior q̄ꝫ p̄cium datū. aut rōne
illius. q̄ emptor facit ſe nimis tutū de ꝑce-
piendo annuā penſionē. Nō p̄mū. q̄d du-
plr̄ p̄ꝫ. Primo q̄ ſi dat p̄ciū currēs mō di

cto: tunc dat iuſtū p̄cium. ḡ merx eſt ſibi cō
mēſurata nō excedens. Scdo. q̄ ſi merx
excederet illud p̄ciū: maxime q̄ ꝯſtituit̄ in
bonis tā p̄ſtantibꝫ mō dicto: ſꝫ hoc nō ar-
guit mercem illā ſcꝫ redditū eſſe p̄ſtantiorē
q̄ ille redditus nō eſt illa bona: ſed tm̄ ius
ꝑcipiendi p̄tē vel ꝑticulā fructuū illoꝝ bo-
noꝝ. ideo ſtaret illa bona in decuplo eſſe p̄
ſtantiora ipſo p̄cio. ꝛ tñ ius ꝑcipiendi ꝑti-
culā fructuū coꝝ eſſe p̄ciſe illius p̄cij. ꝛ etiā
ꝯtingit inuenire ius cōmenſuratū illi p̄cio
nō obſtante p̄ſtantia bonoꝝ in q̄bꝫ fundat̄
Non pōt etiā ſecūdū dici. q̄ nō ē illicitum
aliquē velle eſſe tutū de h̄ndo illud q̄d ſibi
debet̄ de iure. Modo emptori ſoluenti p̄-
ciū debet̄ de iure merx empta ſi eſt cōmen-
ſurata p̄cio. igit̄ ſi velit nō dare p̄ciū niſi ꝓ
merce de q̄ tutus ſit q̄ ſibi tradat̄ non vult
nec agit q̄d illicitū. ſic etiā mutuanti debet̄
reſtitutio ſortis. ꝛ de illo poteſt velle aſſe-
curari. Vñ ꝛ Thobias cirographū acce-
pit a Gabelo cui mutuauit. x. taleta argēti
Thobie. iiij. Licitū ē em̄ hoī cauere ſibi de
dānis ex culpa vel dolo ꝓximi ſibi ꝓuenti-
re poſſibilibꝫ. Vñ etiā ſaluator diſcipulis
dixit. eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Ex
Math. x. cauete ab hoībꝫ. ꝛ euangeliſta de
ipſo dicit q̄ nō credebat ſemetip̄m eis. ipſe
em̄ ſciebat q̄d eſſet in hoīe Johis. ij. Sꝫ
diceret aduerſarius. rō ꝯtra h̄ ſecūdū mē-
brū adducta procedit q̄ liceat ſibi velle eſſe
tutū de h̄ ſcꝫ q̄ ſibi aſſignet̄ merx: ſed nō p̄
bat q̄ liceat ſibi ꝓ tali p̄cio velle aſſignari
mercē cū tali circūſtantia q̄ etiā conet̄ em-
ptor eſſe tutus de annuo fructu illius mer
cis: ita q̄ vix vnq̄ꝫ vel nūq̄ꝫ poterit ſibi defi
cere q̄n habeat fructū de merce: puta reddi
tus emptus eſt merx ꝛ annua penſio eſt ſic
fructus illius mercis. ꝛ emptor vult eē cer
tus q̄ ipa merx ſibi aſſignet̄. ꝛ cū hoc q̄ eti
am āñua penſio ſibi infallibilr̄ de illa mer-
ce ꝓueniat. quēadmodū ſi q̄s emendo agꝝ
ꝑ p̄cio q̄d currit ꝛ ꝯſueuit dari ꝓ tali vl̄ cō
ſimili agro: vellet nō tm̄ eſſe certus de agri
traditione. ſed etiam q̄ om̄i anno haberet
fructus illius agri: adeo q̄ vix vnq̄ꝫ aut nū
q̄ꝫ poſſet emptori deficere fructꝰ ſolitus de
Generaliter loquendo ſex modis depꝛauatur emptio redditus redimibilis ſm ſex circūſtantias ad eius bonitatem requiſitas. Nam ꝙuis ſeptem requirantur circūſtantie ad moꝛalem bonitatē actus: tamē aliqñ vna illoꝝ ſeptem coincidit cum obiecto ſeu genere illius actus: ⁊ tunc ſolum remanēt ſex circūſtantie diſtincte. ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. Quia circūſtantia quid. ſcꝫ qđ ematur ⁊ obiectū emptionis coincidunt quia redditus redimibilis eſt quid ⁊ obiectū. Sex ḡ reliq̄ circūſtātie ſunt. q̇s. cur. vbi. quō. qñ. Si igitur ipſe emens q̇ dicitur quis. ſimiliter ille cui emit ſit icapax vel indignus redditu. ſi etiam ob indebitam cauſam finalem vel inductiuā ematur. aut ſi ematur in loco vel in re in qua ꝓhibitum eſſet conſtituere redditum. aut ſi in tempoꝛe quo ꝓhibitum eſt. aut ſi cum indebito modo; puta dando ꝑcium minus iuſto: tunc depꝛauatur emptio talis. ⁊ poſſunt circa ſinglas circūſtantias poni exempla ⁊ declarari ꝓpoꝛcionabiliter. ſicut ſunt declarata ſup̄ queſtione. lxxxi. ⁊. lxxxii. Circa tamen circūſtantiaꝫ quomō eſt ponendū exemplum quod in ꝑdictis queſtionibus eſt huc remiſſum. ⁊ eſt ꝙ tunc etiam emptoꝛ peccat quando venditoꝛ vellet libenter illam pecuniam mutuo habere ꝓ qua emptoꝛ vult emere. ⁊ venditoꝛ eſt in aliquo illoꝝ quatuoꝛ vel q̇nqꝫ caſuum conſtitutus in quibꝫ tenetur emptoꝛ mutuare de quibus patuit queſtiōe. xix. ⁊ tamen emptoꝛ non vult ei mutuare: ſed tm̄ vult emere ab eo: tunc em̄ etiam ſi det iuſtum ꝑciuꝫ: ⁊ om̄ia alia requiſita ſunt ibi: depꝛauabitur emptio moꝛtaliter vel ſaltem emptoꝛ peccabit moꝛtaliter nolendo mutuare ſed emere.

## Ex hoc ſequitur

coꝛrelariū. Qꝫ ſi quis diues vel pecunioſus velit emere redditū perpetuū ſiue redimibilem ſiue irredimibilem: ⁊ cuꝫ debitis circūſtantijs vt nō per accidens depꝛauetur emptio. vel ſaltem vt inter emendū nō peccet: valde ac ſūme neceſſarium ē ꝙ videat ad neceſſitatē vendentis: q̄ in q̄ttuoꝛ vl' q̇nqꝫ caſibꝫ poſitis q̄ōe. xix. pōt eſſe talis ⁊ tāta ꝙ emptoꝛe idē mutuare deberet tantā pecuniam: q̄nta indiget ⁊ ob cuius pecunie neceſſitatem venditoꝛ conſtituit ⁊ vendit redditum ſuper bonis ſuis: maxime ſi ab emptoꝛe prius talis petiuit mutuū ⁊ obtinere nō potuit. ⁊ ob hoc ad venditionem redditūū compulſus extitit. Aut ſi nō petiuit mutuū: tamen hoc ſimpliciter (vt bene ↄ̄icitur) optabat: ſed obtinere deſperabat. Nam ſi diuiti cōſtet de tali neceſſitate: nō excuſatur in omiſſiōe mutui. etiam ſi nō ꝓpꝛio motu illi mutuet. ꝓut ibidem patuit. multo magis quādo petit mutuū: vel quando tacens de mutuo petit vt emat ab eo redditum ↄſtituendū in bonis ſuis ⁊ diues bene ſcit de eo talem neceſſitatem. Nec tamen illud opus ē diuitibꝫ ſoluꝫ in emptiōe redditūū: imo etiā in ēptōe ꝑdioꝝ ⁊ alioꝝ bonoꝝ imobiliū ⁊ mobiliū que hn̄t pauperes ⁊ indigentes ⁊ ꝑſſi neceſſitatibus. quia etiā in emendo illa bona ab eis: videndū eſt ad ꝑdictam neceſſitateꝫ. ⁊ maxime quādo eis conſtat ꝙ ob neceſſitatem qua ꝑmuntur coguntur illa diſtrahere. Hec eſt vna ex circūſtantijs ob quā timendū eſt ꝙ ſepe depꝛauentur emptiones redditūū. ⁊ maxīe eſt illud natum cōtingere tempoꝛibꝫ famis ⁊ cariſtie. ſicut fuit iam tp̄ibꝫ noſtris quibꝫ grandis illa miſeria ⁊ penuria: innūeros pauperes. vel ad conſtituendū in bonis ſuis redditus vel ad bonoꝝ ſuoꝝ diſtractionē compulit: m̄ltis (vt timendū eſt) diuitibꝫ nō alioꝛſuꝫ flectentibꝫ oclos ſuos: niſi ad emendū ꝑdia vel poſſeſſiones ipſoꝝ pauperū. vel redditus ſup bonis illoꝝ pauperū conſtitutos. iuxta illud pſ̄. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. ⁊ o vtinam ꝓ ꝑcio ſaltem iuſto emiſſent. Neqꝫ tamen etiam ſi iuſtum pꝛecium dederunt: ꝓpter hoc pꝛeciſe imunes ſunt a peccato. neqꝫ ſibipſis blandiantur dicētes ſe ſeruaſſe illud diuine legis: quo ſeruato (vt aiūt) iuſta ⁊ licita eſt redditūum ⁊ aliarum rerum emptio. ſcꝫ ne quis ſupergrediatur vel circūueniat fratrem ſuuꝫ in negocio. ꝑme Theſſalonī. iiij. Nam ſi quis etiam totaꝫ

legem ſeruauerit: offendit autem in vno
hic factus eſt omnium reus Jacobi.ij.
Nonne lex per apoſtolū ꝓmulgata que
dicit ne quis ſupergrediatur fratrem ſuum
in negocio: etiam dicit. mutuū date. quod
nō tm̄ vel vniuerſaliter loquendo conſiliū
eſt (vt falſo quidam ſibi blandiunt): ſed p̄
cepti in caſibus q̄nqꝫ vel quattuor ſupra
poſitis qui ſepe vt verendum eſt diuitibꝰ
occurrerūt. Et vtinam attendiſſent illud
quod in veteri lege ſcriptum fuit: ⁊ nō mi
nus. tamē quo ad hoc quod morale in eo
eſt ad nos vſqꝫ (qui ꝓ̄rie ſub lege pietā
tis viuere debemus) extendit. Dicitur in
quā Deut. xv. Si vnus d̄ fratribus tuis:
qui moratur intra portas ciuitatis tue ad
paupertatem venerit: nō obdurabis cor
tuū: nec contrahes manū ſed aperies pau
peri ⁊ dabis mutuū quo eum indigere ꝓ
ſpexeris. caue ne forte ſurrepat tibi impia
cogitatio: ⁊ dicas in corde tuo: appropin
quat ſeptimus annus remiſſionis: ⁊ auer
tas oculos tuos a paupere fratre tuo: no
lens ei quod poſtulat mutuū cōmodare.
ne clamet contra te ad dn̄m: ⁊ fiat tibi in
peccatum: ſed dabis ei. nec quicꝗ̄ callide
ages in eius neceſſitatibus ſubleuandis:
vt benedicat tibi dn̄s deus in omni tem
pore ad que manū miſeris. hec ibi. Pon
derate verba: ſignate myſteria: ⁊ aromatū
more ea conterite. Primo igit̄ pondere
mus illa duo verba dn̄i cū ait. caue ⁊ im
pia. vbi enī ām̄onet nos dn̄s vt caueamꝰ
ibi peccatū ſubeſſe iudicandum eſt. ⁊ vbi
impietas memoratur: mortale peccatum
introducitur. Nam ꝓpter ſolum peccatū
mortale: homo inimicus dei conſtituit̄: et
ad penam ſenſus damnat̄. Modo ꝓpter
impietatem cōſtituit̄ homo inimicus dei
q2 Sapiē. xiiij. dicit̄. Similiter ſunt deo
odio impius ⁊ impietas eius. vult ergo
dn̄s ꝙ peccatū ⁊ impietas ſit nolle pau
peri indigenti mutuare: etiā ſi plus ꝗ̄ ad
annū debeat expectare mutuans reſtitu
tionem ſortis. Nam quādo veniebat an
nus remiſſionis: debita relaxabant̄: ſic ꝙ
nō dabatur actio creditori contra debito
rem: donec finitus eſſet annus ſeptimus
Secūdo ponderemus illud verbum:
ne clamet ad dn̄m ⁊ fiat tibi in peccatum.
quid enī aliud ex iſto elicitur: ꝗ̄ ꝙ etiam
vſqꝫ eo aggrauat̄ peccatum nō mutuan
di grauiter indigentibus: ꝙ etiam in celū
clamitans eſſe dicat̄. Tertio pondere
mus cum ait. callide ⁊c̄. Nunquid nō cal
lide egerunt diuites illi: ad quos cū vene
rūt aliqui q̄ ab ineunte etate duris ⁊ fide
libus laboribus ſe nutrierūt: ſed ob tem
poris illius duriſſimā conditionem effe
cti ſunt in victualibus pauperes: inedia
ſqualidi: fame marcidi: libros hn̄tes facie
extenuatos. rogātes piiſſimo noīe dn̄i in
uocato: quatenus eis mutuarent aliquā
tam ſummā pecuniarū qua ſuis calamita
tibus ſubuenirent. At illi. Si forte ſignū
aliquod ſed mendax oſtenderūt compaſ
ſionis geſtu corporis: tamen plus impij
fuerunt ꝗ̄ qui tempore Johīs fuerūt qui
ſaltem lingua ⁊ verbo dilexerūt ꝓximos:
benigna ſaltem dantes (licꝫ ſine opere) v̄
ba. Hij autē lingua ⁊ verbo ſimul ⁊ ope
re ac veritate imites fuerūt in eos dicātes
pecuniā nō habeo: vel ſi quā hēo mutua
re nō poſſū tibi nec volo: q2 met indigeo
ea. Nō aīaduertētes illō Johīs baptiſte.
Qui hꝫ duas tūicas det nō hn̄ti. Nec cōſi
derātes ꝙ magꝭ ipſi (licꝫ diuites) charitate
indigebant ꝗ̄ illi pecunia. Nam qui ha
buerit ſubſtantiā huius mūdi: ⁊ viderit
fratrem ſuum neceſſitatem habere ⁊ clau
ſerit viſcera ſua ab eo: quō charitas dei
manet in eo: ꝑme Johīs. iij. Cūqꝫ incon
cuſſis viſceribus pietatis eos vacuos ab
ire fecerūt: deſperauerūt pauꝑes: cogitan
tes mutuū gratuitum nullatenus ſe poſ
ſe obtinere: nec etiam ab eiſdem poſſe mu
tuū ſub vſuris accipere: eo ꝙ conicerunt
ipſos diuites. ⁊ ſi nō ꝓpter deum quē non
verentur: tamen ꝓpter mūdum ⁊ penas tē
porales nō mutuaturos ſub vſuris. Sꝫ
cum pauperes viderunt ortulos aut agel
los aut caſulas ſibi aliquas ſupeſſe: cogi
tauerunt conſtituere annuū redditum in
eiſdem ⁊ redditus obtulerunt ſe eis red
ditū illum vendituros. Et ecce mox ver
bo venditionis emiſſo ſubito mira celeri
tate in eſſe ꝓdijt pecunia emptionis que
ꝑus noīe mutuationis audito nullibi ap
parebat. Emerūt itaqꝫ ⁊ vt qui impij fue
rūt mutuū denegando: aliquo modo

ſmitem pallſarent anímū gratiam redem-
ptionis venditoꝛibꝫ conceſſerunt. Et o vtí
nam gratiam illam nō moꝝ alia iniquitate
corrupiſſent: dādo ſcꝫ ob illam gratiam cō
ceſſam minus iuſto precio. Accepto itaqꝫ
pcio pauper ille ſue ſuccurrit calamitati ⁊
cum caribdim euaſiſſet incidit in ſcillam.
Cum eñi per oēm diem ſol ⁊ luna vigilijs
⁊ laboribus vret per noctem, in ſudoꝛibus
cum ſumma anxietate acquirit ea quibꝫ an
nuā pēſionē ſoluat emptoꝛi: qm̄ ſi defecerit
ex tot cautelis emptoꝛ munivit ſuum ↄtra
ctum ꝙ paruo tempoꝛe qui pauperē illum
reꝝ illarum quaſi partiali vſufructu ſpoli
auit: etiam earundem ꝓprietatem vſurpa-
bit. Et ꝗuis gratia redemptionis pauperi
illi fuerit conceſſa: tamen vt vnqꝫ redimat:
oppoꝛtunitas nunqꝫ occurret. Adeo eñi ex
tenuatus fuit ꝙ etiā vix ipſe ⁊ familia ſua
famem ipſam vtcūqꝫ tempare (taceo extin
guere) poſſit. O pietas o chꝛiſtianoꝝ miſeri
coꝛdium: obſcuratum eſt ꝓh doloꝛ au
rū noſtrum: mutatus eſt coloꝛ optimus: in
ſcoriam verſum eſt noſtrum argentū: abie-
ctoꝝ: ſuccreuerūt impij: ⁊ qm̄ ſuperabun
dauit iniquitas: refriguit charitas multo-
rū: inſtiterūt tempoꝛa periculoſa predicta
⁊ ꝓphetata ab apoſtolo. apparuerūt homi-
nes amantes ſemetipſos: querentes q̄ ſua
ſunt: non que ieſu chꝛiſti. ⁊ cum tranſitoꝛia
querunt perdunt eterna. qui ſi eterna que-
ſiuiſſent: nōne ſimul ⁊ omniū terrenoꝝ abun
dantiā aſſecuti fuiſſent? aut mendacem fa
ciemus ꝓmiſſionem dñi in loco p̄allegato.
Dt eñi dabis ei ⁊c. vt benedicat tibi dñs
deus in omni tempe ⁊ cunctis ad que miſe
ris manū. ecce cū charitate ſimul etiā fides
de verbis dñi perijt. Multa hec per exhoꝛ
tationem ⁊ declamationē dici poſſent: ſed
hoc in loco tranſeo. Nec excuſabitur predi
ctus emptoꝛ per hoc ꝙ diceret ſe in hoc be
neficium p̄ſtare venditoꝛi, quia ſi non eme
ret ⁊ etiam nō mutuaret: ipſe cogeretur illa
ſua bōa irredimibiliter vendere aut ea gra
uiſſimis vſuris obligare alicui iudeo vſu-
rario. Nam ſi hoc ſufficeret: tunc etiam ex-
cuſaretᷓ qui ſub leui vſura mutuaret ne ille
pauper cogeretᷓ ſua irredimibiliter vendere
vel recipere mutuū ſub grauibus vſuris.
Preterea nō excuſatᷓ qui p̄ceptū dei tranſ-
gredit: etiā ſi faciat ne ꝓximus damnificet
ab aliquo al's iniuſte. Nam non ſunt fa-
cienda mala anime vt eueniāt bona. ⁊ mul
to minus vt nō eueniāt mala tempalia cu
iuſmodi eſt tpalis damni perpeſſio.

## Septima cōcluſio

Emptio redditus redimibilis poteſt eſſe
non ſolum ex genere licita: ſed etiā ex oībꝫ
circūſtantijs. ꝓbatᷓ. quia ꝙ ſit ex genere lici
ta patuit in ꝑma concluſione p̄cedentis q̄-
ſtionis. mō actui ex genere licito poſſunt
accedere omnes debite circūſtantie. hec cō
cluſio in ſimili patuit ſup̄ queſtione. lxxxj.
⁊ lxxxij.

## Octaua concluſio

Emptio redditꝰ redimibilis poteſt fieri ꝓ
fundatione eccleſiaꝝ ⁊ altariū. Hec cōclu
ſio ponitᷓ ꝓpter quoſdā qui ſenſerūt illā em
ptionem eſſe illicitā. cuiuſmodi fuit Johēs
francfoꝛdenſis magiſter in theologia in tra
ctatu ſuo concluſione ſecūda. Probatᷓ tri-
pliciter cōtra eum ſic. Primo. quia emptio
redditus redimibilis eſt de ſe licita: vt pa-
tuit: ⁊ etiam ipſemet concedit: nec ille finis
ſcꝫ vt de illo redditu viuant eccleſiaſtice p-
ſone eſt illicitus in ſe: imo eccleſiaſtice pſo-
ne ſunt de nūero illaꝝ pſonaꝝ quibus pre
alijs congruit viuere de redditibus: nec eti
am eſt incōueniēs finis, reſpectu talis actꝰ
quia eſt melioꝛ illo actu emptionis. igitur
ille actus eſt oꝛdinabilis in ipſum. Secū
do ſic. quia ſi talis emptio eſſet illicita ma-
xime ꝓpter motiuū predicti magiſtri: quod
fuit tale. ſcꝫ quia ex quo talis redditus po-
teſt redimi: tunc ſtaret ꝙ quādo redditus
redimeretᷓ: eccleſia vl' qui p̄eſt illi eccleſie vl'
beneficio nō poſſet ꝓ illa pecunia reſtituta
aliquē alium redditum emere vel ſaltē nō
ita bonū. ⁊ ſic ex hoc diuinus cultus q̄ de-
beret eſſe perpetuus: in toto ceſſaret: qꝛ dei
miniſtri non haberent vnde viuerent cum
ſpiritualia ſine tempalia nunc poſſint ſub-
ſiſtere. Modo hoc motiuū deficit duplici
ter. Primo quia illud non plus concludit
niſi ꝙ illa emptio eſt emptio redditus non
ita idonea ꝓ fundatione eccleſiarum ſicut
ſi eſſet irredimibilis vel redditus nō eſt ita

idone⁹ q̄n aliqua incōmoditas ſit in eo ꝓ
cultu diuino. Modo nō ſequit̃. ille dat vł
emit aliqua bona ꝓ fundatiōe eccleſiaꝝ. ⁊
illa bona ſunt nō oīno cōmodoſa. igitur
peccat. q꞉ tunc qui emeret p̄dia nō oīno
fertilia vel aliquantū diſtantia aut aliam ſi
milem incōmoditatē habentia: aut nō da
ret pingues redditus peccaret. Secūdo
Quia redemptione facta ſi eccleſia nō poſ
ſet redditū emere: poſſet tamen aliquā poſ
ſeſſionē emere de cuius fructib⁹ interim vi
ueret donec occurreret redditus ꝯueniens
⁊ ſi nullus occurreret nec poſſeſſio: tunc q̄ꝫ
uis tandem ille cultus deſineret: non ꝓpter
hoc totus cultus deſineret. quia etiā ſi nul
la beneficia ꝑpetua eſſent fundata: adhuc
haberet̃ cultus dei: vt patuit in p̄mitiua ec
cleſia. Tertio. quia plura bn̄ficia ⁊ officia
habent tales redditus redimibiles. nec tñ
dānant̃ illi q̄ ea ſic fundarūt. nec illi qui ea
ſic fūdata ꝯfirmauerūt. nec eccleſiaſtice pſo
ne que de ſic ēptis viuūt. hec aūt nō eſſent
ſi opinio p̄dicti magiſtri eſſet ꝟa.

Queſtio. LXXXV.

# Utrū emptio red
ditus depuet̃ ꝑ hoc ꝙ emptor obligat ven
ditorē ad aliquā penā ſibi ſoluendā: ſi non
ſoluerit ſibi penſionem in termino p̄fixo
Solutio ſtat in vna concluſione ⁊ in vno
correlario.

# Concluſio reſpon
ſiua eſt. ꝙ nō deprauat̃ ꝑ p̄dictam obliga
tionem: dūmodo aſſint quattuor ꝯditiōes
Prima pars. ꝓbat̃ quadrupliciť. Primo
ſic. Non eſt maior ratio de emptione q̄ꝫ de
mutuatione: ſed mutuatio nō deprauatur
per hoc ꝙ mutuator obligat mutuatariuꝫ
ad penam aliquam ſibi ſoluendam: ſi non
ſoluerit ſortem mutuataꝫ in termino p̄fixo:
vt patuit ſup̄ queſtione. xxxj. igitur nec em
ptio per hoc deprauat̃. Maior ꝓbatur du
pliciter. Primo. quia vtrobiqꝫ ipſe obliga
tus ad penam: eſt eque debitor obligāti eū
igitur qua ratione vnus eoꝝ poteſt obliga
ri ꝑ ſuū creditorem ad penā: eadem ⁊ alter.
Secūdo ſic. quia eo ipſo ꝙ venditor red
ditus nō ſoluit penſionem annuā emptori
in termino p̄fixo: emptor expectando pen
ſionē cenſet̃ eam mutuare venditori implı
cite: licꝫ inuitus. quia expectare eſt implici
tū mutuare ſaltem ſi res expectata eſt de ge
nere reꝝ mutuabiliū: cuiuſmodi eſt pecũia
⁊ frumenta. Igitur ſicut quādo mutuatari
us i termīo nō ſoluit. ⁊ ſic cenſet̃ q̄tū i eo ē
de nouo mutuū recipe a mutuatore lꝫ inuı
to. poterit ꝓ illa dilatōe q̄ ē mutui receptio
obligari ad penā. ſic etiam venditor reddi
tus nō ſoluēs in termino. ⁊ ꝑ ꝯſequens im
plicite mutuū recipiens obligari poteſt ad
penam. Secūdo ꝓbat̃ p̄ma pars ꝯcluſio
nis. quia huic pti coclu ſionis videt̃ fauere
Jo. de gerſona in tractatu d̄ floribꝫ vbi ait
ſic. Sicut in redditib⁹ cenſualib⁹ recipien
dis ꝑ dn̄os certis terminis: q̄nqꝫ pena pe
cuniaria imponit̃ nō ſoluentib⁹ die aſſigna
ta: ita poteſt aliquis recta intentione ⁊ ſecu
ritate ſolutionis taliter ſtatuere in ꝑticula
lari ꝯtractu vel ꝯceſſione ad terminū. Hec
ille. Et ſic approbat appoſitionē pene in red
ditib⁹ cenſualib⁹ debitꝫ alicui dn̄o. puta ꝓ
ſtipendio ſibi debito ratione p̄ſidentie ſue
ſuꝑ rēpublicam. Nō eſt aūt maior ratio de
illo redditu q̄ꝫ de eo q̄ debet̃ ex cōtractu ali
cui p̄uato. Idem etiam in tractatu de cō
tractib⁹ ꝓpoſitione ſexta ait. Si quis p̄ſtet
pecuniam ꝑ mutuū vſqꝫ ad certum termi
nū cum adiectione pene: ꝙ niſi ſoluat in il
lo termino: obligabit̃ ſoluere pecuniam vl
tra ſortem: illud in caſu poterit bona intē
tione ⁊ charitatiue fieri ⁊ pena recipi: patꝫ
in cenſib⁹ pluribꝫ tali pacto ſoluendis. hec
ille. Et ſic approbat idem tam in mutuo q̄ꝫ
in cenſib⁹. Tertio ſic. quia in ꝯtractu em
phiteotico dn̄s habet de iure cōmuni ſuū
emphiteotam obligatū ad penā: ſi nō ſolue
rit canonē ſeu penſionem adeo ꝙ ſi in bien
nio nō ſoluit penſionē cadit a iure ſuo. Si
igit̃ obligatio ad penam nō deprauat ꝯtra
ctū emphiteoticū: al's ius cōmune nō ꝯni
uere debuiſſet ei illam obligationeꝫ pene: ſequit̃
ꝙ nec deprauabit cōtractum cenſualem. ꝗꝫ
ꝯn̄a. q꞉ nō eſt maior rō in vno q̄ꝫ in alio: cū
empbiteotic⁹ ſit ſil'is cenſuali. vtrobiqꝫ eñ
alter ꝯtrahentiū ſoluit alteri ānuā penſiōē
ꝓ eo qd̄ recepit ab altero aliq̄d eq̄ualēs illi
obligatiōi pēſiōis: q̄uis in h̄ ſit dr̄a ꝙ i em
phiteotico nō recepit emphiteota numera
ma: ſed rē a dn̄o. In cenſuali autem ſic ⁊ ſic

de q̄buſdā alijs differētijs. ſed nec illa nec alie differentie poterint illaꝫ variationē facere: quia de equalentibꝰ: vt ſunt res ꝛ numiſma idem eſt iudicium. Quarto ſic. q̄ʒ ſi in ciuitate aliqua ſit ſtatutū vel ꝯſuetudo q̄ debitoꝛe nō ſoluēte in termino p̄fixo ſi creditoꝛ coꝛam iudice petat ſolutionē a debitoꝛe. iudex mittat creditoꝛē in poſſeſſiōeꝫ debitoꝛis ad leuandū fructꝰ illꝰ poſſeſſionis taliter: ſcꝫ q̄ de centum floꝛ. ſibi debitis recipiat fructus in valoꝛe q̄nqꝫ: licite poterit creditoꝛ ſic miſſus in poſſeſſionem leuare illos q̄nqꝫ de centum: donec fiat ſibi ſolutio debiti. ꝑut etiam patuit ſup̄ queſtiōe xxj. cum ſuo moderamine. ꝛ idem tꝫ Bal. Nō illi q̄nqꝫ ſūt pena legal. q̄ ꝑdictū ſtatutū emanauit vl ꝯſuetudo introducta fuit ex illa cauſa: vt illꝰ pene metu debitoꝛes ſolicitarentˀ ad ſoluendū. Quādo aūt fit cōtractus in aliquo loco. tunc intelligitˀ fieri ſm ꝯſuetudinem ꝛ ſtatuta illius loci: niſi ꝑ expſſum ſecus agatur ꝑ cōtrahentes. Igitˀ ſi quis emeret redditū in tali loco: tunc etiam nihil exꝑmendo: de ſe ineſſet q̄ emptoꝛ haberet venditoꝛem obligatum ad illā penam legalē. ꝛ nihilominus emptio eſſet licita ſi fuerit moderamen ꝑuādū. igitˀ ſi ſup illa pena ꝯuenirent expſſe: ſic q̄ emptoꝛ eū ad eam obligaret. etiam nō ob hoc depuaretˀ emptio ſaluo eodem moderamine. tꝫ ꝯñā. quia nō videtˀ ratio diuerſitatis quare emptio depuaretˀ ex appoſitiōe pene ꝯuentional. ex tūc tñ ſi ꝑ legē vel ꝯſuetudinē apponeretˀ nō depuaretˀ. Si eñ lex vl ꝯſuetudo potuit apponere: ꝛ ꝯñter ꝯhentes poterāt ſub illa lege ꝯtrahere: ſignū eſt q̄ eius appoſitio nō eſt de ſe inhoneſta. igitˀ etiam ex cōſenſu ꝯtium poterit apponi. Attamē qđ dictum eſt de p̄dicta miſſiōe creditoꝛis in poſſeſſionē debitoꝛis: debet intelligi tunc fore licitum quādo ſeruantˀ ꝯditiones requiſite ad appoſitiōem pene legalis. de quibus dictum eſt queſtione. xxj. ꝯcluſione decima. ideo moderationem illius ibidem require

Secūda pars ꝓbatˀ. quia ad hoc requiruntˀ quattuoꝛ ꝯditiones habite ſupra queſtione. xxj. quas per oīa huc applica cōmutādo nomen mutuatoꝛis in nomen emptoꝛis. ꝛ nomen mutuatarij in nomē venditoꝛis q̄uis nō ſit neceſſe: eo q̄ etiaꝫ ipſe emptoꝛ eſt vere implicitus mutuatoꝛ: licꝫ inuitus quādo vltra terminū cogitˀ expectare. ꝛ venditoꝛ eſt mutuatarius eius quādo differt ſolutionem facere. ꝛ quecūqꝫ harū ꝯditionū defecerit emptio depuabitˀ ꝑ tale pactum adiectum. ꝛ rōnes patent ex ibidem dictis: ꝛ illarū ꝯditionū etiaꝫ vnam tangit Gerſon vbi ſup.

**Coꝛrelarium** ſequitur. q̄ reſponſio Hein. de hoyta in tractatu ſuo de contractibꝰ dubio ſeptimo. ſi indiſtincte intelligatˀ: nō eſſet ſufficiens. Unde ſane eſt intelligenda: quādo quaſi indiſtincte ꝯdemnat illam emptionē redditus: in qua emptoꝛ cū venditoꝛeꝫ (qui anguſtatus ꝛ neceſſitatus vendidit ſup ſe vel bonis ſuis redditū) appoſuit talem penaꝫ: q̄ qñcūqꝫ venditoꝛ nō ſoluit emptoꝛi in termino aſſignato: q̄ extūc emptoꝛ agit ſup bona illa quattuoꝛ vicibꝰ: ꝛ in quarto termino iudice ſententietˀ ſibi q̄ ꝯtractus cenſus iā amplius ſemꝑ vltra xiiij. dies debeat duplicari tamdiu donec illa bona nō plus valeant q̄ cenſus nō ſolutus ſic multiplicatus. ꝛ tūc ipſa bona adiudicentˀ emptoꝛi obtinenda libere ꝛ quiete ꝑ cenſu ſuo nō ſoluto. Unū aūt q̄ illa appoſitio pene eſt iniuſta penitꝰ ꝛ iniqua. Et huius aſſignat in effectu tres rōes. Prima quia illa appoſitio pene eſt repugnans iuri naturali ꝛ diuino. igitur eſt iniqua. Añs ꝓbatˀ. quia iure naturali ꝛ diuino q̄libꝫ homo obligatˀ ad releuandū ꝓximū ſuū anguſtatū ꝛ neceſſitatū quādo cōuenienter hoc facere poteſt ꝛ ſua intereſt. talis aūt appoſitio pene eſt reſiſtens illi iuri. Minoꝛ nota. Sed maioꝛ ꝓbatˀ ꝑ auctoritates veteris ꝛ noui teſtamenti in quibꝰ p̄cipitur q̄ releuemus ꝓximū neceſſitatū. Nam Exo. xxij. preceptiue dr. Si pecuniā mutuo dederis populo meo pauperi qui habitat tecum: nō vrgebis eum quaſi exactoꝛ. Secūda ratio. Illa appoſitio pene non ſolum eſt reſiſtens intentioni predictoꝛum iurium: ſed etiam contrarium inducens. Quia eſt ad magis anguſtandum anguſtatum: ſcilicet ad exheredandum ꝛ depꝛimendū ꝛ extreme anguſtandū ꝓximū quādocūqꝫ redditˀ impotens ad ſoluendū talem cenſum in termino p̄fixo. Tertia ratio. tˀlis emptoꝛ nō ſolum nō eſt iuſtus: imo impius ꝛ crudel. igitur. Añs ꝓbatˀ ꝑ p̄ma parte dupliciter.

ꝑ̄mo ſic. quia iuſtus ſeruat ius diuinū ⁊ naturale. ꝓ̄dictus autē vtriq; repugnat: vt patuit. Secūdo. quia iuſt⁹ homo tota die miſeret̄ ⁊ cōmodat. ⁊ ibidē miſerebit̄ ⁊ retribuet pſ. xxxvj. Predictus aūt nō miſeret̄: nec cōmodat: quia de penſione ſibi debita nō vult expectare: īmo punit eum deſuꝑ. expectare autē eſſet miſereri ⁊ cōmodare: hoc eſt mutuare. Pro ſecūda ꝑte patz ex ſecūda ratione. Hec oīa ille in effectu. Illa aūt eius reſponſio ſi indiſtincte intelligeret̄ deficeret in quattuor. Primo. quia ꝙ̄uis ver̄ ſit ꝙ ꝓ̄dicte pene appoſitio ſit illicita ſaltem vt frequēter: hoc tn̄ nō eſt ex eo ꝙ appoſitio pene ſit illicita: ſed ex eo: quia ꝓ̄dicta pena eſt ſaltem vt frequent̄ nimis magna ⁊ īmoderata ꝯtra quartā ꝯditionē requiſitam ad hoc ꝙ appoſitio pene ſit licita. Modo illā īmoderantiā nō allegat ꝓ cā̄ deꝑuatōis ſed aliā cām. que ſi ꝓcederet eq̄ ꝓcederet in pena longe minori vel minima: q2 allegat ꝙ ꝓꝑrio neceſſitato tenemur ſuccurrere mutuatione vel expectatiōe ⁊ hmōi. ⁊ ſic tenemur eum nō punire ſuꝑ nō ſolutione mutuati vel debiti: etiam pena ꝗntūcūq; ꝑua.

Scdō. q2 ꝙ̄uis illa pena ſit nimis mag̃ reſpectu alicuius venditoris: vtputa eius qui in termino eſt neceſſitatus ⁊ anguſtatus: nō tn̄ reſpectu cuiuſcūq;: quia nō reſpectu illius q̄ licz a ꝑncipio vendiderit redditum ex neceſſitate qua fuit ꝓ̄ſſus: tn̄ nūc in termino bn̄ poſſet ſoluere ⁊ nō vult ex mera ꝓteruia: vt ipſemet ꝯcedit. Immo dico ſi nō ex mera ꝓteruia: ſed ex mera incuria ⁊ negligentia: vtputa ſi nō habet ⁊ tn̄ poſſet habere ſi vellet diligentiam adhibere. Nā ꝯtra talem poteſt quis ꝓcedere ad penā: q2 eſt in culpa: ⁊ iniuſticiā facit emptori: quia ſine iuſta cauſa detinet rem alteri debitam: ⁊ hoc ꝯtra illius voluntatem ⁊ nō ſolū ad penam ꝓcedere poteſt is qui ſic iniuſticiaz patit̄: ſed etiaz ad tantā ꝗnta requirit̄ ad cogendum eum ad ſolutionem. ⁊ ideo etiam ꝓ̄dicta pena poſſet exigi: ſi minor nō ſufficeret: etiam ſi nō ſit venditor in mera ꝓteruia vera: ſed ꝓ̄ſumptiua vel interꝓ̄tatiua.

Tertio. quia ꝙ̄uis verū ſit ꝙ quādo debitor penſionis eſt ꝯſtitutus in tanta neceſſitate ⁊ anguſtia ꝙ emptor ei tenet̄ mutuare tantundē (qđ in ꝗttuor vel ꝗnq; caſib⁹ tactis qōe. xix. ꝯtingere pōt) tūc nullā penaz poteſt ab eo exigere: ⁊ ſi exigeret peccaret ⁊ peccaſſet etiam a ꝑncipio ꝯtractus: ponēdo illam exigere. quia neceſſitas poſſet eſſe talis etiam ab initio ꝯtractus ꝙ etiam peccaſſet emendo ab eo etiam ſine illa obligatione penali: eo ꝙ debuiſſet non emiſſe ſed gratis mutuaſſe. tamen quādo nullus illorū caſuū adeſt: ꝑuta quia in nulla neceſſitate eſt ꝯſtitutus: vel eſt ꝯſtitutus in tam leui ꝙ nō ob hoc tenet̄ aliquis ei mutuare. vel ſi quis ei tenet̄: nō tamen tenet̄ ipſe emptor ei mutuare q̄ nō eſt in tali abūdantia: vt ſit ei ſic obligatus: nō habebūt ꝓ̄dicte rōnes locū: quia auctoritates allegate nō ſunt intelligende ꝓ̄ceptiue in oīm caſu: ſed in cert̄ caſib⁹ tm̄: vt etiam ex verbis earum patet.

Quarto deficit: quia idem dicturū ſe dic ꝙ forte etiam in caſu q̄ ex ꝓteruia nollet debitor penſionis eam ſoluere in termino ꝓ̄fixo. ⁊ emptor ad penā illam ꝓceſſiſſet: ⁊ illa ſibi eſſet adiudicata: nō poſſet creditor illā totam ſibi retinere: ſed habito toto illo qđ ſuū eſt: reſiduū dandum eſt paupib⁹: vel in aliquē alium piū vſum ꝯuertendū. Modo dicendū videt̄ ꝙ īmo totū illud poteſt retinere ſibi: dūmodo aſſint ꝓ̄dicte quattuor ꝯditiones: quaꝝ ſi aliqua deeſſet vel defuiſſet etiam nō licuiſſet ſibi ꝓcedere ad exactionē illius totius etiam animo applicādi ꝑtem pauperib⁹. hec aūt patere poſſunt ſufficienter ex dictis queſtione. xxj. Breuiter igitur ei⁹ ſententia ꝓ tanto hȝ veritatem ꝙ in caſu quo neceſſitas debitoris fuerit talis ꝙ venditor deberet ei ex ꝓ̄cepto tantundē mutuare: nō pōt illam penā exigere ab eo: etiaz minorē q̄ ſit ꝓ̄dicta ⁊ multo minus poterit ꝓ̄dictam exigere. Nec a ꝑncipio ꝯtractus potuit licite paciſci ſuꝑ exactione illius vel minoris pene: habēdo rōpectū ad caſum talis neceſſitatis tꝑe ſolutionis penſiōis. Secus aūt quando debitor in nulla neceſſitate eſt vel nō in tāta: vt creditor ſibi teneat̄ mutuare tantūdem ꝗnta ē penſio: ⁊ pena ē moderata: ⁊ nō nimis magna: puta nō vltra eam ꝗntitatē ꝗnta ſufficiūt ad compulſionē debitoris ad ſolutionem.

Et ſi poteſt emptor talē penam apponere licz ſibiipſi applicandam ad burſam ſuam: nō minus: īmo magis poterit in ſimili caſu aliam penam q̄ nō eſſet ſibi lucroſa apponere dūmodo eſſet moderata ⁊ ſuſtinibi

lis: ⁊ eā apponeret quatenus metu eius in/ duceret venditoꝛ ad ſolutionem penſionis reputa ſi debitoꝛ nō ſoluerit in termino ꝙ nō habitarinū donec ſibi ſoluerit: ſuppoſito ſine detrimēto coꝛpis carere poſſit vino Nam pacta que nō ſunt cōtra bonos mo res: nec turpia vl' turpis rei grana inita nec a iure repꝛobata: nec captioſa ſunt ſuanda ex quo ſunt inita per ꝯtrahentes ſine dolo vt etiam dicūt dni iuriſte.

## Queſtio. LXXXVI

## Utrū emptio red

ditus depꝛauetꝛ p hoc ꝙ emptoꝛ exigit a vē ditoꝛe ꝙ venditoꝛ ſibi obliget illa bona in quibus eſt redditus cōſtitutus vel aliqua alia bona in pignus vel ypothecam diſtra hendi vel diſtrahenda ſm loci conſuetudi nem: ſi venditoꝛ in termino p̄fixo nō ſolue/ ret penſionem debitam. Et differt illa que/ ſtio a p̄cedenti p tanto: qꝛ in p̄cedenti obli/ gatur debitoꝛ ad hoc: vt ſi in termino non ſoluat penſionem quam ſoluere debet: ſol/ uat pecuniam etiaꝫ ſi nō ſit creditoꝛ paſſus intereſſe. Hic aūt ⁊ ſi obligetur debitoꝛ ad hoc vt ſi nō ſoluat penſionē in termino: pa tiatur diſtrahi pignus ſuū. nō tamen cogeꝛ per hoc in illa diſtractione aliquid ſoluere vltra penſionem neglectam (niſi foꝛte credi toꝛ ſit aliquod intereſſe paſſus ex moꝛa de bitoꝛis) Unde caſus huius queſtionis vi detur minoꝛ caſu p̄cedentis queſtionis. So lutio ſtat in duabus ſuppoſitionibus ⁊ tri bus concluſionibus.

## Pꝛima ſuppoſitio

ſm dños iuriſtas. Pignus ē obligatio ali cuius rei licite p debito inita. fit autē obli/ gatio pignoꝛis ad maioꝛem ſecuritateꝫ cre ditoꝛis. quia tutius eſt pignoꝛi incumbere ꝙ in perſonā agere. ſicut etiaꝫ tutius eſt nō ſoluere ꝙ ſolutum repetere. Et dicitꝛ pign⁹ a pugno: ideo ꝓꝑie pignus dicitur res mo bilis tradita de pugno in pugnum. ⁊ ſic pi gnus trāſit. ypotheca aūt ꝯſiſtit in re imobi li. ⁊ ſic non tranſit.

## Secūda ſuppoſi/

tio. quadruplex eſt pignus ſcꝫ legale: iudi/ ciale: p̄toꝛium ⁊ conuentionale: que ad mo dū etiaꝫ ſup̄ queſtione. xxxi. poſita fuit mul tiplex pena ſcꝫ legalis: iudicialis: ⁊ conuen tionalis. De tribus pꝛimis pignoꝛibus nō eſt ad ꝓpoſitum huius queſtionis: ſed pꝛin cipaliter de quarto tm̄: qđ eſt illud qđ ſola hoīs ꝯuentione ꝯſtituitꝛ.

## Pꝛima concluſio

Emptio reddditus nō depꝛauatꝛ de per ſe ⁊ p̄ſe p hoc ꝙ ⁊c̄. vt ponitꝛ in titulo. pbatꝛ quintupliciter. Pꝛimo ſic. quia tale pactū de quo in titulo: eſt a iure ciuili receptum ⁊ appꝛobatuꝫ. igitꝛ licitum. tenet cōſequentia p ea que tacta ſunt ſup̄ queſtione. lxxxiij. cō cluſione p̄ma: pbatione. xj. Añs pbatꝛ. qꝛ in. l. pactum. ff. de pigno. act. habetur ꝙ va let pactum: ꝙ ſi venditoꝛ infra certum ter/ minū: debitum nō ſoluerit: ꝙ tunc p̄dia pi gneri vel ypothece data liceat creditoꝛi vē dere. ⁊ illo modo etiam intelligit tundē te xtum glo. p̄ma ibidem. ⁊ p hoc inducitꝛ. l. j. C. de pactis pigno. ⁊ dictā. l. ſi fūdus. §. ſi. ff. de pigno. Secūdo pbatur auctoꝛita te quoꝛūdam legiſtarū. Nam Bar. in. l. ſi neceſſitas in. §. ſi ānua. ff. de pigno. act. vbi declarando textum dicit ibi eſſe caſum: ꝙ ſi quis ex certo fundo teneatꝛ penſionem ſeu redditum ſoluere ad certū terminū ⁊ infra il lū nō p ſoluerit ꝙ extunc poſſit creditoꝛ pi gnus vendere p penſione non ſoluta. Et h̄ idem voluit ibi glo. Alex. de Jmo. ⁊ ceteri ſcribentes qui omnes tranſeūt cum Bar. Facit etiam qđ dicit ideꝫ Bar. poſtea in. §. ſi. vbi dicit notabiliter p illum textum: ꝙ h̄ caſu poteſt vendi pignus: nō ſolum ꝓpter debitum nō ſolutum: ſed etiam ꝓpter acceſ ſiones. p hoc eſt bonus textus in. l. que ſpe cialiter. C. de diſtrac. pig. que dicit: q̄ ſpecia liter a nobis obſeruata ſunt debitoꝛibꝫ ceſ ſantibus in ſolutione: debetis bona fide ⁊ ſolenniter vendere. Tertio pbatꝛ a ſimili vel minoꝛi: quia nō depꝛauaretꝛ per hoc ſi emptoꝛ vellet habere poteſtatem: ꝙ ſi ven ditoꝛ nō ſolueret penſionem in termino p̄ fixo: emptoꝛ rem pigneratam poſſideret iu re emptionis: iuſto tamen eam pꝛecio eſti mando: vt patet in. l. ſi fundus. §. vlti. ff. de pig. Ergo eadem ratione vl' a minoꝛi affir matiue: etiā valebit ſi vult habere poteſta tē illa alteri iuſto p̄cio vendēdi vl' diſtrahē

di.q: nõ apparet ratio diuerſitatis: imo mi nus videret̃ p̃mũ q̃ ſecũdũ.q: tũc creditor ſibiipſi ceſet̃ vendere.ſecus in ſecũdo quã do alteri vendit. neq̃ tñ ſibiipſi vendẽdo ẽ p̃iculũ iniquitatis.quia notanter adiectu ẽ eſt iuſto p̃cio extimando ſupple nõ p creditorẽ q̃ ſimul eſt venditor:ſed p alios quoꝝ intereſt. Quarto p̃bat̃ rõe theologica.ſic emptor põt licite obligare venditorẽ ad penam ſi nõ ſoluerit in termino p̃fixo: vt in p̃cedenti qõne patuit.igit̃ etiã licite poterit eum obligare ad hoc vt p̃mittat eũ diſtrahere bona impignorata.tã ꝯñã a ſi'i vel mi nori. Nam in p̃mo caſu emptor conat̃ hr̃e penſionem ⁊ eam tandẽ habebit. ⁊ vltra h̃ etiam penã imburſabit ſi defecerit in termino. In ſecũdo aũt caſu conat̃ habere penſionẽ ⁊ eam tandẽ habebit: ſed nihil vltra h̃ habebit niſi paſſus ſit aliquod intereſſe ſed p̃ter hoc nihil: ꝓut patebit̃ in ſequẽtib; ꝯcl'oib;. Quinto ſic.q: ſi p hoc depuaret̃ maxime quia illa exactio emptoris ꝯtra vẽditorem tendens ad diſtractionem bonoꝝ eius:ſi in termino defecerit: videret̃ eſſe cõtra legẽ diuinã ⁊ naturalẽ mandantẽ q̃ ꝓximo patienti neceſſitatem: ⁊ ſic nõ ſoluenti in termino debemus miſericorditer ſuccurrere. ⁊ p ꝯñs ei expectare de penſiõe debita. ⁊ m'to magis tenebimur ad nõ opprimendũ eum per diſtractiõem bonoꝝ eius. Modo illa incõuenientia oĩa poſſunt vitari etiam ſi fiat illa diſtractio. quia p̃dicta exactio ⁊ diſtractio poteſt fieri ſtantib; ꝯditionib; ponendis in ſequenti ꝯcluſione. illis autẽ ſtantib; nõ habebũt illa incõuenientia locum. igitur emptio redditus p hmõi pactum ⁊ diſtractionẽ nõ depuat̃ q̃ntũ eſt de p ſe. ſic em̃ intelligit̃ hec ꝯcluſio prima. ideo notant̃ addit̃ in ꝯcluſiõe de per ſe ⁊ p̃ciſe. Si em̃ de p ſe p eam depzauaret̃. tunc etiam quibuſcũq̃ ꝯditionib; ſtantibus deprauaret̃ p eam:ſed bene veꝛũ eſt q̃ in certis caſib; p ea depzauatur: vt in ſequẽti cõcluſione dicetur.

## Secũda concluſio

Licet emptio nõ depuet̃ p hoc q̃ ⁊c̃. vt in titulo.tamen ad hoc requirunt̃ nouẽ cõditiones ne deprauet̃ in p̃dicto caſu. Prima q̃ emptor mallet penſionẽ ſibi debitam recipere in termino q̃ q̃ eam nõ recipiendo ꝓcedere habet ad diſtractionem pignoris. Ratio eſt.quia ſi ecõtra mallet ad diſtractionẽ ꝓcedere. ſignũ eſſet q̃ lucroſius eſſet ſibi penſionẽ expectare. ⁊ ſic ad illã diſtractõnẽ ꝓcedere: q̃ penſionẽ recipere in termio. ⁊ ſic eam nõ expectare. modo hoc includit implicitã mutuationẽ vſurariam. Nam illa expectatio penſiõis eſt implicita mutuatio. ⁊ tñ eam mallet facere ⁊ diſtrahere pignus: ⁊ hoc ꝓpter lucrum tpale q̃ nõ mutuare. ⁊ ſic nõ ꝯſequi illud lucrũ. Mutuatio autẽ ſpe lucri tpalis facta eſt vſuraria.igit̃. Unde debet potius velle ecõtra vel ad minus eque velle vnũ ſicut alterũ: vt ſic nõ ſit animus eius in affectione vllius lucri ſibi ꝓuenibilis ex dilatione ſolutionis penſionis. Secũda ꝯditio.q̃ nõ emergat vl' natum ſit emergere ſcandalum etiam puſilloꝝ ex illa obligatione ⁊ ꝯñter ex diſtractione.quia ſi emergeret: actus redderet̃ malus p accidens. Natum autẽ eẽt emergere qñ p̃cedens ꝯditio ⁊ ſeq̃ntes nõ oĩs ſuarentur.quia ex defectu p̃cedentis haberet̃ ſuſpectus de cupiditate vſuraria ⁊ ex defectu ſequentiũ de crudelitate ⁊ impietate vel alia iniquitate. quãdo autẽ p̃cedens ⁊ ſequentes ꝯcurrunt omnes ⁊ cum hoc eſt ꝯſuetudo loci: nõ eſt natum emergere ſcandalum ſaltem puuloꝝ: ⁊ de facili. phariſeoꝝ autẽ nõ eſt curandũ. Tertia ꝯditio q̃ p tempore quo ꝯtingit venditorem deficere in ſolutione penſionis: non ſit venditor in tali indigentia vel paupertate conſtitutus q̃ emptor teneret̃ ex p̃cepto dei eidem mutuare tantundem: quãta eſt penſio: quia ſi eẽt in tali indigentia ꝯſtitutus: nõ poſſet emptor licite ꝓcedere ad illã diſtractiõem. quia nõ poſſet licite exigere ab eo ſolutionem penſionis illo tempore. ergo nec ad diſtractionem ꝓcedere. quia illa diſtractio fieret ad habendum ſolutionem penſionis. Item quis ꝓcedendo ad diſtractionem: nollet ei dẽ expectare quod eſt implicite nolle mutuare. ſicut tamen teneretur. Ex eadem ratione etiam a principio contractus peccaſſet: ſi intendiſſet ꝓcedere ad diſtractionem pignoris occurrente tali indigentia venditoris: nõ obſtante q̃ ab initio contractus nondum vllatenus fuiſſet in tali neceſſitate conſtitutus. licet ſibi non fuiſſet illicitum a principio illud pignus recipere tali

gnio q̄ ſi deficeret in termino extra caſum
p̄dicte neceſſitatꝭ vellet ꝓcedere ad eiꝰ di-
ſtractiōꝫ. et etiā q̄ ſaltē expirāte illa neceſſi
tate q̄ i termīo p̄fixo occurrit: poſtea ſecu-
ritatē hēat ſue pēſionis. Quarta. Em-
ptor ſeu creditor volēdo diſtrahere pignꝰ
pus denūciet vēditori ſeu debitori ſe di-
ſtracturū ſuū pignꝰ. Rō theologica ē. q̄r
ſtaret q̄ ſi nō denūciaret: ipſe debitor grua-
ret plus q̄ꝫ opꝰ eſſꝫ creditori ꝓ ſua ſolutiōe
q̄r forte debitor auiſatus alia pignora q̄bꝫ
leuiꝰ carere poſſet: traderet ſibi diſtrahen
da: de q̄bꝫ tn̄ etiā ſufficientꝰ poſſꝫ creditor
ſolutionē hr̄e. Et itelligit̄ hec ꝯditio neceſ
ſaria niſi a p̄ncipio cōuenerint emptor et
vēditor q̄ emptor poſſit vēdere pignꝰ ſi vē
ditor nō ſoluerit pēſionē infra terminū p̄fi
xum: tūc em̄ nō eēt denūciatio neceſſaria.
ſecꝰ ſi nihil ē actū. Et ſi nihil eſt actū: ſuffi
ciet vna denūciatio ſi vt i titulo ꝯuentū ē:
q̄ emptor ad diſtractiōꝫ poterit ꝓcedere.
Nā ſi eſſꝫ ꝯuentū inter eos q̄ emptor de-
beret hr̄e pignꝰ ⁊ nō ꝓcedere ad eiꝰ diſtra-
ctionē vl̄ vēditionē: tūc q̄uis nihilominꝰ
poſſit emptor ipm̄ vēdere. q̄r illud pactūꝫ
nō valet: tn̄ tūc req̄rit̄ triplex denūciatio. ⁊
infra quālibet illarū dꝫ eē triduū. vt dicit
glo. ſi. i. l. ſi ꝯueniēter. ff. d̄ pig. act. Qui
ta q̄ illa diſtractio ſeu vt iuriſte loquunt̄
ſubbaſtatio: fiat ſm̄ ſolēnitatē ⁊ formā de
ꝯſuetudine illiꝰ loci ſuatā. vtputa. publi-
ca voce p̄conis vl̄ edicto iudicꝭ. Uel aliter
ſm̄ ꝯſuetudinē loci. vt q̄cunq̄ velit emere
hmōi rē: veniat infra certū tp̄s. puta. xiiij.
vel. xx. diez. vl̄ aliō tp̄s ſm̄ arbitriū iudicꝭ
ſtatuēdū. ita q̄ infra illō tp̄s res expoſita
ſit venal̄ publice. nec infra illud alicui tra
dat̄: ſed finis expectet̄. et tūc plus offerēti
tradat̄. vt in. l. ſi tp̄a. C. de ſi. inſtru. et iure
haſt. ſi fiſca. li. x. Nec eſt in iure taxatū p̄di-
ctū tp̄s p̄figendū niſi in eccl̄ia in q̄ ſtatuti
ſunt. xx. dies. vt p̄ꝫ. x. q. ij. hoc ius. Ideo
in illꝰ tp̄is q̄ntitate ad ꝯſuetudinē loci re-
currat̄. Rō aūt theologica huiꝰ ē. q̄r ſic lex
poſitiua ſcp̄ta ligat etiā in foro ꝯſcie: ita ⁊
ꝯſuetudo rōnalis. Et etiā q̄r in acq̄ſitione
rerū multū opant̄ hūana iura ⁊ ꝯſuetudi
nes: ideo illa ꝯditio req̄rit̄. Et ſub hac cōpre
hendunt̄ q̄cūq̄ forme q̄s ꝯſuetudo hēt i
diſtractiōe in tali loco: dūmō fuerit eq̄ ⁊
honeſta. Sexta q̄ emptor ſeu creditor

diſtrahēdo pignꝰ ipm̄ diſtrahat ꝓ iuſto p̄
cio q̄ꝫtū pōt. ita q̄ nō decipiat̄ debitor. vl-
tra dimidiū iuſti p̄cij. al̄s em̄ debitori ꝯpe
teret remediū reſcindēdi vēditionē. q̄r tale
remediū hꝫ locū q̄ñcūq̄ emptor vl̄ vendi
tor decipit̄ vltra dimidiū iuſti p̄cij. etiāꝫ ſi
res vendat̄ cū ſubhaſtatione. q̄r in. c. cum
dilecti. de empt. ⁊ vendi. vendita fuit res
eccl̄ie (q̄ tn̄ nō vendit̄ niſi p̄cedēte ſubhaſta
tione. x. q. ij. hoc ius) et tn̄ dic̄ ibi textꝰ q̄ ha
buit locū remediū p̄dictū. Itē nullo tp̄e li
citū eſt ꝓximo decipe ꝓximū. ⁊ ſō etiā nō li
cet tp̄e ſubhaſtatiōis. Itē grauiꝰ videt̄ eē
pctm̄ deceptionis illo tp̄e factū q̄ꝫ alio. q̄r
afflicto addit̄ afflictio: et oppreſſus ampliꝰ
opp̄rimit̄. Et addendū eſt in foro ꝯſciē:
q̄ etiā creditor nō vendat ꝓ minori iuſto
p̄cio: et ſi illa minoritas eſſꝫ citra dimidiū
iuſti p̄cij: et tn̄ notabilis. et ipſe potuiſſet ꝓ
iuſto p̄cio vendidiſſe. q̄r h̄ eſt ꝯtra legē na
turalē. Qō tibi fieri nō vis alteri nō faci-
as. et circa pſonā cuiꝰ bona ſic diſtrahunt̄
grauiꝰ eſt ex cauſa p̄dicta. Septia q̄ cre
ditor dꝫ bona fide gerere rē debitoris. q̄a
ſi in pignere diſtrahēdo ꝯ charitatē ꝓximi
et ꝯtra legis diuine ꝓhibitionē cōmiſiſſet
aliquā fraudē: nō ſolū peccaret et teneret̄ i
foro ꝯſcie ad fraudis refuſionē. ſed etiam
ſm̄ dn̄os iuriſtas in foro exteriori ſi pote-
rit fraus ꝓbari: dabitur actio debitori cō-
tra creditorē ſic verſatū in fraude. Un̄
nō videt̄ ille creditor i foro ꝯſcie fraterne ⁊
bona fide agere cū rebꝫ debitoris q̄ cū ha
beat plr̄es res debitoris ſibi impigneratas
vēdit res meliores dimiſſis viliorībꝫ. cum
tn̄ ſi ſolū viliores vēdidiſſet indiſtractis
melioribꝫ: potuiſſet ſufficiēter habuiſſe ſo-
lutiōꝫ ſui debiti. Et ſimiliter ſi plura habu
it pignera quorū vnū venditū ſuffeciſſet ſi
bi ꝓ ſua ſolutione: et tn̄ vendidit etiāꝫ alia.
Octaua q̄ diſtractiōe facta creditor nō
ſibi retineat d̄ p̄cio niſi in quāto fuit ei de-
bitor obligatus. ita tn̄ q̄ etiam debet de-
bitor velle ſibi ſatiſfacere de intereſſe ſi qō
paſſus eſt ex mora ſolutionis. et hoc etiāꝫ
poteſt creditor licite exigere a debitore. ſi
etiāꝫ p̄cium rei diſtracte nō ſufficiat ad ſo
lutionē debiti: poterit creditor exigere alia
pignera: ⁊ ea vt p̄fertur diſtrahere donec
ſibi ſatiſfiat. Nona ſi creditor procedere
volens ad diſtractionē: non inueniat em-

ptorē tūc ꝓpter hoc nō debet illa bona sibi
p debito retinere ꝓpria autoritate etiā si eq̄
ualerēt ipi debito: sed dz ꝯsequenter agere
ſm ꝯsuetudinē loci, dūmmō illa consuetu
do nil iniquitatis habeat aut charitatꝫ fra
terne p̄iudiciale. et si nō appareat aliq̄ con
suetudo: dz denunciatione facta debitori
adire iudicē q̄ dz certū tp̄s p̄figere debito
ri, infra qđ luat pign⁹ q̄ trāsacto poterit iu
dex taxare q̄ꝫtū valeat illa res: ꝛ iuste taxa
tam assignare creditori vt ipam tāq̄ꝫ ver⁹
dn̄s possideat in solutū. Et ex benignita-
te ꝛ humanitate (q̄ꝫtum essꝫ de iure scpto)
etiā postq̄ꝫ creditor adeptus esset dn̄ium
illius rei: deberet debitor hr̄e bienniū in-
fra qđ posset luere pign⁹. refectis damno
et interesse creditori. tn̄ vbi hec ꝯsuetudo
nō obseruat̄ nō est necesse. Attn̄ iudex sic
assignabit pign⁹ ipi creditori ꝓ debito: ꝙ
si pign⁹ plus valeat q̄ꝫ sit debitū: debꝫ cre
ditor illud plus restituere debitori: sic etiā
creditor vellet p debitorē sibi alia pignera
dari: si pign⁹ p̄cedens minus valeat q̄ꝫ fue
rit debitū donec satisfactū esset sibi. Et qꝛ
nemo est bon⁹ iudex in causa ꝓpria: iō pi-
gnus tradendū creditori cū nō inuenit̄ qui
ipm emere velit: iudex taxabit. Attn̄ vt
equitas etiā seruet̄ si creditor nō libēter sꝫ
inuitus ꝛ incōmodo se habet illud pign⁹
ꝓ solutiōe pensionis et tn̄ cogit̄: quia alia
via nō pōt habere solutionē debiti: tūc li-
cite poterit creditor velle sibi a iudice pi-
gnus tanto remissiori p̄cio taxari et dari:
q̄nto magis inutile et incōmodo se ipm re-
cipit vt illud eius grauamen (qđ nō tenet̄
subire ꝓpter debitorē morosum vel negli-
gentem: nec ꝯstitutum in ea indigentia in
qua ex vllo p̄cepto teneatur creditor sibi
mutuare) resartiat̄ sibi p illā taxā. qꝛ q̄ gra
uatur in vno debet releuari in alio. Et iu
dex etiam potest: immo de equitate debet
in taxando pignus hoc inspicere: q̄ꝫtum si
bi cōstare potest de grauamine creditoris:
si tn̄ taxaret vili⁹ q̄ꝫ a parte rei expostulet
grauamē creditoris: nō poterit ob h̄ credi
tor ꝯscius illi⁹ vilioris ꝛ erronee taxe sic ta
xatum recipe: licet bona fide iudex sic taxa
uerit. sed intra se debꝫ metiri taliter ꝙ mal
let habere sibi debitā pensionē q̄ꝫ pignus
sic taxatum. vel saltem ad min⁹ ꝙ nō plus
vellet pignus sic taxatū habere q̄ꝫ pensio-
nem. Ex illis patet ꝙ dn̄i iuriste insuffi
cienter assignant ꝯditiones requisitas ad
hoc vt predictū pactum pigneris distra-
hendi vel subbastandi valeat. Nam de p
mis tribus tacent: q̄ tamen omnino requi-
runtur nō minus q̄ꝫ alie. et hoc de lege di
uina ꝛ naturali quā ceteris anteferre de-
bemus. et similiter quedā sunt supra appo
site circa quartā ꝛ sextā et vltimā: sed forte
ipi de foro exteriori tm̄ loquunt̄: forum cō
sciencie theologis relinquētes.

## Tertia conclusio.

Emptio redditus deprauat̄ p quodlibet
quinq̄ꝫ sequentiū pactorū. Primū si ven-
ditor nō soluerit pensionē in termino p̄fi-
xo res pignerata sit ipi emptori vendita p
pensione. et hoc dicit̄ pactū legis cōmisso
rie: qđ in pigneribꝫ est regulariter reproba
tum. vt in. c. significante. de pigneribus.

Huius autē reprobationis est duplex
ratio. Prima: quia obligatio pigneris cō-
muniter solet fieri ꝓ longe minori q̄ntita-
te q̄ꝫ pign⁹ valeat. Ideo si valeret tale pa-
ctum in pignere multū deciperet̄ debitor:
qui auiditate habendi pecuniā vel mutu-
um: de facili iniret quodlibet pactū. ideo
lex voluit ꝓspicere cōmuni ac publice vti
litati tēporali subditorꝫ: cassando tale pa-
ctum eorundē. Secūda, qꝛ si valeret tale
pactū in obligatione pigneris: vix aut nū
q̄ꝫ aliquis mutuaret vel crederet alicui pe
cuniaꝫ sine tali pacto. qđ tn̄ pactū ex quo
esset ad lucrum captandū induceret vsu-
ram. qꝛ mutuans speraret loco sortis mu
tuate cōsequi rem pigneratā que est longe
melior q̄ꝫ sors. et sic lucrū intenderet con-
tra salutem anime. Et ideo ex quo ille ra-
tiones sunt in vtilitatem rei publice tem-
poralem ꝛ spiritualē. ideo etiaꝫ debitor nō
posset renunciare reprobationi illius pa-
cti quin deniq̄ꝫ pactū esset inualidum.

Dictum est autē notanter ꝙ p̄dictū pa-
ctum in pigneribꝫ sit regulariter prohibi-
tum ꝛc. quia eius ꝓhibitio habet aliquas
fallentias etiam in pigneribꝫ. Prima si fi-
at pactum: sic ꝙ si debitor nō soluit debitū
in termino p̄fixo: pignus vendatur: vel sit
venditū creditori iusto precio. vel ꝙ tunc
pignus sit datum creditori in solutū: iusto
iū precio. Ratio. qꝛ tūc in nullo grauabit̄

vel decipieꝛ debitoꝛ ſicut in foꝛma p̄cedētis pacti. Scḋa ſi fiat pactū ſic. ſi debitoꝛ nō ſoluat in termino: res pignerata ſit creditori vendita vel in ſolutū data: et tñ illud pactū nō fiat ab inítio ꝯtractus obligatiōis pigneris. nec incōtinēti. ſ; poſtea ſit appoſitū ex interuallo. nā tunc valet ſm̄ dños iuriſtas ſaltē q̄ ad retentionē pigneris. puta ſi creditoꝛ ipm̄ poſſidet: nō aūt q̄ ad actionem: et tñ ſi incōtinenti eſſet appoſitū nō valeret. Rō diuerſitatis eſt. qꝛ debitoꝛ ab initio ꝓmitteret quicq̇d creditoꝛ vellet vt haberet pecuniā. et ſic p̄ſumitꝛ q̄ſi neceſſitatꝰ tale pactū inire ſeu facere. que p̄ſumptio ceſſat qñ ꝓmittit poſtq̄ȝ iam habet pecuniā optatā. Attñ q̄ ad foꝛū ꝯſcie nō valeret: etiā ſi ex poſt facto illud pactū apponereꝛ niſi ex mera liberalitate ⁊ deliberatione diſcreta apponereꝛ. aliter eīm creditoꝛ nō poſſet ſana ꝯſciā velle pignus (cuȝ ſit longe meliꝰ debito) hīc loco debiti. etiā dato φ in foro exterioꝛi illud nō obſtaret ei. Nā φ dñi iuriſte inquiūt illud pactum valere q̄ ad retentionē pigneris: ſolū eſt ꝓ tanto φ nō daꝛ actio debitori repetēdi pignus. nec iudex eū ſup hoc audit. Modo nō ſequitꝛ. mihi nō daꝛ actio ſup re quā repetere vellem a te. igitꝛ tu potes eum in foro ꝯſciētie retinere. vt ptȝ in caſu q̄ q̇s deceptus eſt re ipa citra dimidiū iuſti p̄cij in aliquo notabili. vt patuit q̄ſtione. lvij.

Tertia ſi fiat ſic. ſi debitoꝛ nō ſoluat in termino p̄fixo: res pignerata ſit creditori empta vel ſit ei in ſolutū data: dummō nō fuerit adiectū ꝓ debito. qꝛ tūc debȝ pactū intelligi ſm̄ ius cōmune: et ꝑ ꝯſequens φ debeat pignus hīc emptū vel datum iuſto p̄cio. Secūdo dictū eſt notanter φ pactū legis cōmiſſorie ſit i pigneribꝫ reprobatū qꝛ in ꝯtractu emptōis ⁊ vēditiōis nō eſt ſic reprobatū q̇n valeat. ſi fiat ſic: vēdo tibi domū meā ꝑ. c. floreñ. hoc pacto adiecto. vt ſi infra menſem illa centū nō ſoluero domꝰ ſit inempta: ac ꝑmaneat mea. de hoc patuit i q̄ſtione. lxxxiij. ꝯcluſione prima. añ ꝓbanōeȝ. x. Diciꝛ aūt pactū p̄dictū ideo pactū legis cōmiſſorie. qꝛ ſi debitum nō ſoluatur: facit rem cōmittere ſeu in cōmiſſum cadere. Secundū pactuȝ ꝑ qḋ depꝛauareꝛ eſt tale. ſi nō ſoluerit ⁊c̄. ſit res pignerata creditori data in ſolutū ꝓ debito ipſo. Tertiū eſt tale. ſi nō ſoluerit ⁊c̄. ſit res pignerata in feudū vel i emphiteoſim ꝯceſſa creditori. vel ſit ſibi i dotē data.

Quartum eſt tale. ſi nō ſoluerit ⁊c̄. φ nō liceat debitori pignus redimere: ſiue in ꝑpetuum ſiue ante diem p̄fixum. Eadē aūt eſt ratio reprobationis ⁊ inualiditatis illoꝛum pactoꝛū ſicut primi. vt ptȝ intuenti.

Quintum eſt tale. φ res illa impigneretur creditori. ita tñ φ nō liceat creditori illud vendere. illud enim nō valet: ſed eſt repꝛobatum. quia nec creditoꝛ poſſet renunciare illius reprobationi quin nihilominꝰ eſſet inualidum. et ei poſſet ꝯuenire. quia eſt introductū in fauoꝛem publicum. quia ſi nō poſſet illud vendere: tunc cū ipm̄ habere nullam ſibi afferat ſecuritatē aſſequēdi ſolutionem debiti: de cetero creditores nō mutuarent indigentibꝫ. Et hec de preſenti q̄ſtione et per cōſequens de toto tractatu quarto huius operis. De cuius fine laudetur chꝛiſtus in ſecula ſeculoꝛum rex benedictus Amen.

Finit quartus tractatus
huius operis.

Incipit tractatus quintus.

a

Abſoluto tractatu de emptionibꝫ diuerſorum reddituũ: cõſequenter auxilio dñi tractanduʒ eſt de cõtractu locationis: tam in genere ꝙ̃ in ſpecie diuerſoꝝ animaliũ: cuius tractatꝰ prima q̃ſtio ē .lxxxvij. i ordine queſtionum huius opis ꝛ talis.

## Queſtio .LXXXVII.

Utrũ cõtractus locatiõis ꝛ ↄductiõis: ſiue rei ſiue pſone ſit licitꝰ. Solutio q̃ſtiõis ſtat i nouē ſuppoſitionibꝫ. q̃ttuor ↄcluſiõibꝫ ꝛ tribꝫ correlarijs.

**Prima** ſuppoſitio. Locatio ē cõtractꝰ q̃ ꝗs vſum alicuꝰ rei vel pſone in aliũ trãſfert ꝑ mercede: ſine h̄ ꝙ i eundē trãſferat ꝓprietatē vl' dominium eiuſdē. Exemplũ. habeo ius vtendi eq̃ meo ꝛ domo mea: ꝛ ꝑcipiendi fructꝰ de agro vl' orto meo. ſi ġ reſeruata mihi ꝓprietate ꝛ dñio equi ꝛ orti: tibi ꝑ mercede cõcedam ius vtendi equo meo. vel ꝑcipiendi fructus de orto meo: tũc dicor tibi locare equũ vel ortũ: ꝛ tu diceris cõducere equũ vel ortũ. Et capio hic vſum nõ vt diſtinguitur ↄtra vſufructũ: ſed vt cõprehendit vtrũqꝫ. ꝗd aũt vtrũqꝫ ſit et quõ differant patuit q̃ſtione .xij. et .xiij. Uñ aliq̃n locãs tm̃ tranſfert vſum rei ſue in alterum: aliq̃n vſufructũ. Exempluʒ primi. Si loco tibi ortum meũ vt q̃ꝫtũ ꝑ tua pſona vti poteris: fructibꝫ eiꝰ vtaris. nõ aũt vt aliq̃s fructus eius alijs vendas vel dones. Exemplũ ſecũdi. vt ſi ſic tibi loco eum: ꝙ etiã fructus eius poteris diſtrahere ſicut libet.

**Secũda** ſuppoſitio. ↄductio ē cõtractus q̃ ꝗs ꝑ mercede recipit ab alio vſum alicuꝰ rei vel pſone: ſine hoc ꝙ recipiat euſdē rei vel pſone ꝓprietatē vl' dñium. Exẽplũ pꝫ ex pˢma ſuppoſitiõe. Uñ nec locatio nec ↄductio põt fieri in re cuiꝰ vſus ē eius ↄſumptio ſalteʒ ad illũ vſum. iõ pecunia nõ põt dici locari vl ↄduci ad diſtractionē: nec eſculẽta vl' poculenta ad eſum ꝛ potũ: q̃ꝫuis ad aliuʒ vſum ↄtingat illa locari q̃ nõ eſt eorũ cõſumptio. vt ſi floreni locant̄ ad contrectationē ꝑ ſanitate infirmi ꝛ hmõi.

**Tertia** ſuppoſitio. Locatio ē duplex. quedã eſt rei. capiendo rem vt diſtinguit̄ ↄtra pſonã hoĩs: ſiue illa res ſit aĩal ſiue alia res: ꝛ de illa locatiõe exẽplificatũ eſt in pˢma. Alia ē pſone ſue: ꝛ illa ē duplex. q̃dã eſt pſone ſue intrãſitiue. q̃dã trãſitiue. Exẽplũ pˢmi. ſi ego loco me ad laborandũ tibi i vinea ꝑ die ꝑ iij. ſolidis. iã loco pſonã meã ꝓpriã ꝛ tu cõducis meã pſonã .i. me. Exẽplũ ſcđi. ſi ego ſeruũ meũ tibi locem ad laborandũ in vinea tua ꝛc̃. iã loco tibi pſonã meã .i. que eſt mei. Et ſ̄m aliq̃s locatio pſone ad opas. ſcꝫ ad faciendũ aliq̃d ꝛc̃. nõ eſt ꝓprie locatio ſʒ ↄtractꝰ innoĩatꝰ .ſ. facio vt des: tñ nõ refert h̄ multũ i ꝓpoſito q̃ ad forũ theologicũ. Preterea ſi rite inſpiciat̄. ita inuenit̄ vſus ꝛ vſufructꝰ trãſferibilis in locatione pſone ſicꝰ in locatiõe rei. ideo ita poterit dici locatio. et ſi q̃d obſtet erit ſola voluntas vtentiũ vocabulo. Et no. ꝙ locatio pſone alio noĩe dꝛ locatio oparũ: nõ ſic intelligẽdo ꝙ ope ipe locent̄: ſʒ pſona locat̄ ad operas impẽdendas. Ratio pˢmi. ꝙ opa eſt idē qđ labor vel opꝰ hoĩs: natũ bonũ vtile delectabile vl' boneſtũ afferre alteri. mõ talis nõ põt locari. qđ dũ plr pꝫ. Pˢmo: qꝛ res potẽs locari dꝫ ſic ſe hr̃e ꝙ i ea poſſit ↄſtitui alteri vſus aliquis. et ꝙ poſſint ſepari ꝓprietas ꝛ vſus eiꝰ. ꝛ ꝙ vſus eiꝰ ñ ſit eiꝰ ↄſumptio. imo ꝙ eiꝰ ſubſtã maneat ſalua: trãſeunte eiꝰ vſu actuali. ſicꝰ pt declarari in p̄dictꝭ exẽplis de orto ꝛ eq̃. Mõ labores ſeu ope hoĩs ñ ſũt hmõi: ſʒ bñ ipa pſona. Itē ope ſũt fructꝰ ipiꝰ pſone ꝑcipiẽdi ꝑ ↄductorē de pſona ſicꝰ fructꝰ orti ſũt ꝑcipiẽdi de orto locato. igit̄ ſicꝰ fructꝰ orti nõ dicunt̄ locari: ſʒ ortꝰ dꝛ locari ad fructꝰ. ſic hõ dꝛ pſonã ſuã ad opas locare ꝛ ñ ipas opas. Uñ ꝙ freq̃nt̄ dicimꝰ. iohẽs locat ꝑ tro opas ſuas: h̄ fit cã breuitatꝭ. qꝛ ſenſus eſt: ꝙ locat corpꝰ ſuũ ſeu pſonã ſuã ad operas. ita ꝙ vſum vl' fructũ natũ ꝑuenire de ſua pſona trãſfert i alteriꝰ vtilitatē. Et ꝙ eodē fundamẽto dico ꝙ ipropriꝰ ē pˢmo dicentiũ ſe locaſſe fructꝰ p̄dioꝝ vl' fructꝰ reddituales vl' fructꝰ decimarũ: ꝑ quã impꝛopꝛietatē videt̄ intelligẽdꝰ textꝰ i .c. ij. de locato. Nã locatio eſt tm̃ rei in q̃ ſepabilis ē proprietas ab vſu: ita ꝙ res locabilis debet eſſe importatiua alicuius fructus vel cõmoditatꝭ. et ſic locatur ad fructum illius.

nes vt lenones ⁊ hmõi.ar.in auten.de le-
no.§.ſancimus. An aũt hoc caſu remit
tenda ſit penſio dixerũt aliq̇ vt no.glo.in

dicto.c.ꝓpter.ſm quoſdã nõ eſſe remittẽn-
dam partẽ penſionis ꝓ rata tpis quaſi cõ
penſando. Sed glo.ibi dicit nõ eſſe verũ
quia dñs tenet remittere.põt aũt agere cõ
tra inquilinũ ꝓ dãno dato actione legis
aquilie vel ex locato. Sed Panoꝛ.dicit h̄
ꝓcedere ſm Jo.an.quãdo ꝑuerſe verſatur
in domo dando damnũ.vt ſi tenet poꝛcoſ
in ſolario. vel aliqñ damnificat domũ vt
ſpargendo aquam ſuꝑ lignis.nam tũc do
minus poteſt expellere ſatiſfaciẽdo ꝓ ra-
ta penſionis.quia tunc agit ad damnum:
ſed remiſſio fit ꝓ reſiduo tpis. Sed ſi per
uerſe ſe haberet in domo ſine damno.pu-
ta.tenendo ꝓſtibulũ:vel ludũ:vel exercẽ-
do ad vſura poteſt expelli nõ remiſſa ſibi
penſione ꝓ rata tpis.qꝛ dñs nõ debet ſu-
ſtinere hoc damnũ ex culpa inq̇lini.et in-
telligit hoc quãdo dñs ignoꝛabat condi-
tionem inquilini:al's damnũ eſt ſuum.qꝛ
nõ poterit expelli ante tempus. Sed h̄
vltimũ dictũ Panoꝛ.nõ placet mihi. Nã
ſi etiam locatoꝛ ſciuit eius cõditionẽ. imo
ſi ipe met ei locauit ex intentione ⁊ in ſen-
ſu cõpoſito ad illum inhoneſtũ vſum: po
terit eum expellere: Quis credam eũ nõ te
neri niſi ꝓ rata tpis. Primũ ptꝫ. quia tene
tur eum expellere.igit põt.ꝯſequẽtia nota
Antecedens ꝓbatur.quia tenet ad hoc vt
nõ ſit patronus turpitudinis.et ad hoc vt
nõ cõmunicet alieno crimini ſicut quilibꝫ
tenetur ad hoc vt furib⁹ ⁊ latronibus ad ſe
recurſitantib⁹ nõ p̄beat hoſpitia ad furta
vel homicidia cõmittenda. Modo ſi non
expellit eos:manet hoſpes turpitudinis ⁊
cõmunicat crimini. Item ſicut iuramentũ
nõ eſt vinculũ iniquitatis.ita nec obliga-
tio cõtracta ex locatione.ſed ſi quis iuraſ-
ſet velle iuuamen p̄ſtare ad cõmittendum
foꝛnicationes ⁊ alia peccata moꝛtalia nõ te
netur illud ſeruare.immo tenet ad oppoſi
tum.igit etiã talis locatoꝛ non tenet ſtare
illi cõtractui.et ſi nõ tenetur:igitur poteſt
recedere ⁊ ſic eos expellere. Et ſi dicas
ꝙ poteſt.id eſt licitum eſt ſibi expellere ſic
ꝙ faciat qḋ in ſe eſt vt inde egrediat:ſꝫ nõ
poteſt cum effectu via iuris.ita ꝙ cõque-
rendo iudici ipe ob illam cauſam obtine-
at intentum a iudice. Nec iudex poterit ſi
bi precipere vt exeat. Cõtra hoc implicat
Si eñ locatoꝛ licite pt recedere a ꝯtractu

igitur habet ius recedēdi: igiť eo volēte ſi
ꝯductor ſe opponat: tūc iniuſte ſe opponit
nec habet ius: ⁊ ſi non habet ius, igiť pote
rit ꝑ iudicē cōpelli ad deſiſtendum ab illa
oppoſitione ⁊ debebit locatorē iuuare ad
illo ad qđ habet ius. Scđo qꝛ quicquid
ſit de fornicatiōe ſimplici tñ iudex tenetur
ad ꝓhibendū vſuras: vt patuit ſuꝑ. q. xxv
⁊ ſequentibꝫ. ergo ſi quis exercet in domo
mea vſuras pōt inde expelli ꝑ iudicē niſi
velit deſiſtere ab vſuris. tenet ꝯña. qꝛ non
minꝰ poteſt iudex illud ꝓhibere vt in tali
loco nō exerceat vſurā ſub pena expulſio-
nis de domo: q̄ꝫ ſibi oīno ꝓhibere vſuraʒ.
Scđm autē ꝓbatur. qꝛ locator imputet ſi-
bi ꝙ ſcienter tali ꝑſone locauit ob cuiꝰ con
ditionem nūc eandē habet expellere. Et ſi
cut ille tertiꝰ caſus poſitꝰ ē de inq̄lino qui
eſt cōductor rei vrbane: ita pōt poni de co-
lono q̄ eſt conductor rei ruſtice. vt ſi ꝓpter
inimicicias ortas ex culpa coloni: deť dā-
num agro puta inimicꝰ coloni excidit ar-
bores agri: qꝛ tūc pōt expelli. ⁊ hoc exem-
plum etiā ponit Hoſtieñ. Quartꝰ caſus
eſt qñ inquilinꝰ ꝑ bienniū non ſoluit pēſi-
onem: qꝛ pōt expelli. ſʒ quia aliq̄ñ iura vi-
denť velle ꝙ ex hoc ſolo ꝙ nō ſoluit penſi
onem pōt expelli. etiam ſi nō deſtitit ꝑ bi-
enniū a ſolutiōe. Ideo circa h̄ Panor. cō-
cordādo ſic diſtiguit: ꝙ aut locatio fuit fa-
cta ad longū tempꝰ. ⁊ dꝛ longū tempꝰ arbi
trio iudicis ſm̄ conditionē regionis. vľ tē-
pus decē annoꝝ. ⁊ non minꝰ dꝛ longū. pro
ut in c. de. j. de rebꝫ eccłie nō alie. in glo. aut
ad modicū. primo caſu aut fuit conſtituta
vna pēſio ꝓ toto tēpore: ⁊ tunc pōt expelli
ſi non ſoluit tēpore ꝯuento. qꝛ non ſuanti
fidem: fides frangať eidē. Et illo modo in
telligiť. l. edem. C. locati. vbi a ꝯtrario col
ligiť ꝙ ſi non ſoluit penſionē: pōt expelli.
Aut pēſio ē cōſtituta ſingulis annis: ⁊ tūc
ſi ꝑ bienniū non ſoluit: pōt expelli put ī di
cto ca. ꝓpter. ⁊ ꝓcedit hoc etiam ſi fuit actū
inter cōtrahētes vt non poſſit expelli du-
rante tēpe. nā debet intelligi eo ſoluēte pen
ſionem: vt eſt textꝰ in. l. quero. §. inter loca-
torem. ff. codē. ⁊ ſic in hoc caſu non ē diffe-
rentia inter ius canonicū et ciuile. Nā ſm̄
vtrūq; ius requiriť bienniū: ſecus in ꝯtra-
ctu emphiteotico. Scđo caſu ꝓncipali
qñ eſt ad modicū tēpꝰ: tūc non ē neceſſe ex-
pectare bienniū. ſed ſi non ſoluit penſionē
tēpore debito: pōt expelli etiā ꝓpria aucto-
ritate. et ē ratio diuerſitatis inter hūc caſū
⁊ ꝓcedentem. qꝛ hoc caſu nō habet inquili
nus ius in re. vnde ſi expelliť: non cōpetit
ſibi aliqđ interdictū cōtra dñm. ar. in. l. co
lonus. ff. de vi ⁊ vi ar. ſed in ꝓcedenti caſu
colonꝰ poſſidet naturaliť ⁊ habet pinguiꝰ
ius. ad hoc. l. ij. ſi ager. et ideo non pōt ſic
repente expelli: ſed expectať bienniū: poteſt
tamen dñs agere actiōe locati ad recipien
dum penſionē tēpore debito. Quintum
naturale ē ꝙ in locatiōe rei: cōductor nō te
neť locatori dare mercedē niſi in fine ꝯdu-
ctionis: puta in fine anni: ſi ad annū cōdu-
xit. put hoc colligit Panor. in. c. ꝓpter. ď lo
cato: in eo ꝙ textꝰ dicit: de remiſſione fien-
da ꝓpter ſterilitatē. Naʒ ſterilitas patet ī fi
ne anni. ⁊ textꝰ loquiť de remiſſione ⁊ non
de reſtitutiōe. Vñ ſi penſio fuiſſet in ꝓnci
pio ſoluta: dixiſſet textꝰ ꝙ ē fiēda reſtitutio
ꝓ rata. ad idem ē argumētū in. l. in ſtipula-
tionibꝫ. ff. de re. iuris. Hoc tñ naturale
ꝯtingit excludi tripliciter. ſcʒ ꝑ pactuʒ: pu-
ta ſi ꝯuentum ē ꝙ ante finē anni debeat fie
ri ſolutio. ⁊ ꝑ ſtatutū municipale: atq; ꝑ lo
ci ꝯſuetudinē: q̄bus omnibꝫ ceſſantibꝫ ē ex
diſpoſitione iuris ſoluēda in fine tēporis.

Dictū ē autē notanter in locatiōe rei nō
ꝑſone. quia aliter ē dicendū quādo q̄s lo-
cauit ꝑſonam ad oꝑas: puta ad faciendū
alteri aliq̄d ꝓ mercede. Nam diſtinguēdū
ē put Panor. diſtinguit ibidē dicēs ꝙ in-
ſpiciēda ē cauſa quare dať merces. Naʒ ſi
dať merces ꝓ ſumptibꝫ: tunc debet fieri ſo
lutio in ꝓncipio. qꝛ videť h̄ tacite actum. ſi
autē dať ꝓ labore: debet cōſiderari q̄litas
ꝑſone. Nā ſi obligauit ſe ꝓ mille edificare
palaciū vel campanile vel quid ſimile: tūc
veriſimile ē ꝙ ſenſerit vt ſucceſſiue habeat
certā ꝑteʒ pecunie. qꝛ non poſſet aliter cō-
mode ſuſtētare ſe. vbi aūt ceſſaret hec con-
ſideratio vel ſimilis ē fienda ſolutio ī fine
argumēto ꝓdicte legis. ſemꝑ in ſtipulatio
nibꝰ. hec ille. Et nota ſm̄ eūdē in. c. ꝑue
nit. de arbi. ꝙ differētia ē inter ſoluere an-
nuatim: ſeu quid annuum: et ſoluere q̄libet
anno. Nam ſi ꝓmiſi tibi ſoluere ānuatim
aliquā quātitatē: tūc teneor in ꝓncipio an-
ni ſoluere. ſi aūt ꝓmiſi ſoluere q̄libet āno:
tunc in fine anni fiet ſolutio. Unde ꝟſus.
N

Anno ſi debes in fine teneberis anni. An nēd ſi debes tūc caput reſpicias anni. hec ille. Sextū naturale eſt q̄ cōductori eſt remiſſio penſionis faciēda ꝑ rata ſi ꝯtigit grauis vel magna ſterilitas vel inſolita incōmoditas magna ſine culpa conductoris: niſi ſterilitas poſſit cū vbertate p̄cedētis tēporis vel ſequentis cōpenſari. Et vt plene habeat̄ qn̄ eſt illa remiſſio facienda: ꝛ quando nō: diſtinguendū eſt de locatione ꝛ cōductione. q: quedam eſt rei: quedam ꝑſone. et rei eſt duplex. quedaꝫ ē agri vel cōſimilis rei ruſtice: cuius ꝯductor dr̄ colonus: q̄daꝫ vero eſt alteri⁹ rei q̄ꝫ agri. ꝛ illa diſtinctio patuit ſatis in q̄rta ſuppoſitione. Primo igit̄ videndū eſt de locatiōe ꝛ cōductione agri. ꝛ de illa ſūt recitāde q̄tuor opiniones q̄s tangit Panor. in. c. propter. de locato. Prima q̄ oportet q̄ acciderit tanta ſterilitas vt etiam non potuerint colligi fructus ſeminis. ꝛ illa opinio ē nimis rigida. ꝛ cōmuniter non tenet̄: ꝛ ꝯfundit̄ ꝑ p̄dictum textū: nam hoc caſu non fieret remiſſio penſionis pro rata ſed in totum: ex quo nihil recollegit. nam verbum pro rata denotat ꝑticulare damnuꝫ: ꝛ non cōſumptionem in totuꝫ. Scd̄a opinio eſt vt ſtetur opinioni vulgari quādo dicatur magna ſterilitas. ꝛ ſatꝫ poteſt hec opinio ſuſtentari ex quo lex non determinat.

Tertia opinio eſt q̄ ſi vltra dimidiā iuſti precij eſt ꝯductor leſus: fit remiſſio pro rata. hanc opinioneꝫ tenuit Cy. in. l. licet. C. eodem. ꝛ expreſſius ibi Bart. nam cuꝫ ſit contract⁹ bone fidei: bona fides nō patitur conductorē debere ſine culpa ſuſtinere tantū damnū. Quarta eſt Bart. in. l. ſi merces. in. §. vis maior. q̄ tūc eſt cenſenda magna ſterilitas ob quā eſt faciēda remiſſio quādo deductis ſumptib⁹ nihil ꝑcipit colonus: eo q̄ conductor tacite videt̄ emere fructus futuros ſub q̄dam cōditione ſi naſcent̄. ſed emptor fructuū futurorū non tenet̄ ad p̄cium ſi fruct⁹ non naſcūtur. l. ſi debitor. ff. de ꝯtrahen. empti. ergo nec ille conductor. Nec dr̄ fruct⁹ niſi qd̄ ſupeſt deductis expēſis. l. fruct⁹. ff. ſo. ma. Sꝫ hec opinio nō placet Panor. Primo ex ratione tacta ꝯtra primā opinionem. ꝑ q̄nto text⁹ in. c. ꝓpter. dicit pro rata dāni ē fienda remiſſio. ſꝫ ſi ꝓpter fructus nihil recolligat:

non pōt haberi cōſideratio ad rataꝫ dāni. Secūdo q: ſi eq̄paret̄ vēditioni ꝛ videret̄ facta locatio ſub certa cōditiōe: nihil deberet ſolui ſi nihil recolligit̄: i d. l. ſi debitor. cuius cōtrariū ille text⁹ innuit dum dicit ꝑ rata. inter illas igitur opiniones ſcd̄a ꝛ tertia ſunt ꝓbabiliores. ꝛ tertiā videt̄ Jo. an. fouere: dum ponit exemplū in eo q̄ pro tribus ſextarijs terre erat ſolitus recolligere xv. ꝛ ſoluebat dn̄o tres aureos: ſed ſi anno ſequēti recolligit. xxx. fit cōpenſatio. et illa opinio placet etiam Panor. vt ſcꝫ dicatur magnū incōmodum ſeu magna ſterilitas: qn̄ vix recolligit tertiā ꝑtē ſoluti. Et notanter dictū eſt in principio huī⁹ ſexti naturalis ſine culpa cōductoris. quia ſi ꝑ ſuaꝫ culpam cōtigiſſet nō fieret ei remiſſio etiā ꝑ rata: vt ſi ſegetes ſunt corrupte ꝛ ſuffocate ſunt herbis ſupcreſcentib⁹: aut ex ſimili incuria ꝛ indiligentia: vn̄ ſibi debet imputari ſterilitas. Scd̄o eſt notanter dictū vel magna inſolita incōmoditas: puta ſi ꝓprie non ē ſterilitas. ſed cuꝫ multi fructus creuerint: deſtruunt̄ ꝑ grādines vel aliam aeris tēpeſtatem vel intemperiē vel ꝑ terremotū: vel ꝑ incurſus hoſtium improuiſos: fructus ſūt ablati: vel magnū damnū ꝑ eos datuꝫ eſt. Tertio dr̄ niſi ſterilitas ꝛc. q: ſi poſſet cōpēſari ſecus: vt in exēplo paulo ante dato: ꝛ pōt hoc intelligi etiam ſi illa vbertas non īmediate ſequat̄ vel p̄ceſſerit ſterilitatē. dūmodo ꝯtingat durante cōductione. q: eadem eſt ratio vtrobiq̄.

Et ſi q̄s querat: an econtra debeat augmentari penſio ꝓpter vbertatem ſicut fit remiſſio ꝛ diminutio ꝓpter ſterilitatē. Dicendum q̄ non indiſtincte eſt augēda pēſio ꝓpter vbertatē. q: tunc ꝓpter vbertatem nō fieret cōpenſatio ad ſterilitatē qd̄ eſt cōtra c. ꝓpter. de locato. Vn̄ ſequēdo Panor. ibidem poteſt dici q̄ in tribus caſibus nō debet augeri ſed bene in q̄rto. Prim⁹ quādo vbertas contingit ex eo q̄ fructus multū valēt vltra ſolitum: ꝛ tunc non debet augeri penſio: ſicut nec diminuitur ꝓpter vilitatē precij. quia contractus recipit ſubſtantiā ſuam. ꝛ cōditio tacita ē purificata collectis fructib⁹. Secūdus quādo vbertas contingit ꝓpter induſtriam coloni. ratio: quia tunc ſua diligentia eſſet ſibi dānoſa vel ſaltem non eſſet vtilis ei. Tertius quando

contingit ꝑpter bonitatez rei. Ratio: quia
dominus locauit bonitatē rei meliori mo
do quo potuit. Quartus quādo contin
git caſu fortuito: puta locaui molendinuz
ex quo conductor ſolebat ꝑcipe. l. nūc autē
quia alia molendina corruerūt: recipit cen
tum. z ſic debet augeri ꝑ rata. Naz ſicut ꝑ
pter caſum fortuituz cōtingētē fit remiſſio
vt patuit, ita debet fieri augmētatio ꝑpter
vbertatez ꝯtingentem caſu fortuito. quia
contrariorum eſt eadē diſciplina. Et debent
hec intelligi de vero colono vel ꝯductore
ad excludendū illum qui diciṫ ꝑtiarius. qꝛ
ille nō eſt vere cōductor vt in ſeptima ſup
poſitione patuit. Vñ nec illi eſt penſio au
genda aliter ꝙ̃ ex ipſoꝝ fructuū augmenta
tione met augeṫ: puta ſi habet medietatez
vel tertiā ꝑtem: tūc ſolum cedet ſibi medie
tas vel tertia pars: quātacūqꝫ vbertas ac
cedat: quis pinguior medietas vł tertia ce
dat. Circa tamē tertium caſum videṫ ꝙ
in foro cōſcientie debet augeri pēſio quan
do illa bonitas tempore locationis inerat
rei: z locator ex ignorātia tāte bonitat' lo
cauit p minori ꝙ̃ iuſtū ſit, imo videtur ꝙ
poſſet eſſe tant' exceſſus illius bonitat' re
ſpectu mercedis: ꝙ etiā in foro exteriori cō
pelli poſſet cōductor ad augēdū pēſionez.
ꝓbatur vtrūqꝫ tali ratione. quia in venditi
one z emptione ſic eſt ꝙ ſi quis rem mag
ne bonitatis ei inexiſtentis tēpore venditi
onis vendidit ꝑ nimis modico ex ignorā
tia bonitatis eius: tunc ſibi inexiſtētis: em
ptor tenetur in foro cōſcientie: ſiue tūc ſciat
ſiue poſtea cōperiat ſupplere defectū pre
cij. z ſi ille defectus fuiſſet tant' ꝙ vēditor
fuiſſet deceptus: ſiue a ꝑpoſito ſiue re ipſa:
vltra dimidiā iuſti precij: poſſet etiam i fo
ro exteriori compelli emptor ad reſcinden
dum emptionē vel ad ſupplendū defectū
precij vt patuit ſupra. q. liiij. i ꝯcluſiōe. j. z
q. lvij. z lviij. igiṫ etiā ſic eſt i locatiōe z
cōductione. tenet ꝯña dupliciṫ. Primo qꝛ
locatio equiualenter non eſt niſi venditio
vſus rei: z ꝯductio eſt emptio eiuſdē. Se
cundo: quia eadez ratio eſt vtrobiqꝫ ſcꝫ ne
violetur iuſticia cōmutatiua. illa enim eque
violaretur hic i locatiōe z cōductiōe: ſicut
alibi in venditiōe z emptione. Dixi no
tanter ſi illa bonitas inerat ei tēpore loca
tionis. quia ſi tunc nō ei infuiſſet: ſed poſt
ea ei infieret: forte alicui nō videreṫ neceſſa
rium vt augeret penſionem. quia emit vſu
fructum illius rei ꝑ toto tempore locatio
nis. igitur ſi ille vſufructus ex ſuperueniēti
bonitate creſcit ſibi debebit accreſcere nō
locatori: ſicut ſi quis emit rem et emptiōe
facta creſcit bonitas rei: illa cedit emptori.
Sed illa ratio eque ꝓbaret ꝙ ergo in q̄r
to caſu non eſſet augenda penſio: qꝛ etiam
ſi rei empte poſt emptionem accreſcat bo
nitas illa cedet emptori ſine hoc ꝙ aliq̄d
teneatur in precio addere venditori: etiam
ſi illa accreſcentia ꝓueniat ex caſu fortuito
puta alie res vel merces cōſimiles ei perie
runt. ideo videṫ dicenduz ꝙ de rigore non
eſſet augenda penſio in tali accreſcētia bo
nitatis: z nec in q̄rto caſu eēt augēda abſo
lute: puta ſi locator eſſet liber vt non tene
reṫ remiſſionē mercedis facere: ſi magna i
cōmoditas accidat cōductori. Sz ſi cōdu
ctor velit euz habere obligatū tacite ad re
miſſionem faciēdā in caſu ſterilitat': equū
ē ꝙ ſi ecōtra vbertas accidat ex ſimili cau
ſa: ꝙ velit ei augere penſionem. Secun
do videndum eſt in locatione z cōductiōe
alteri' rei ab agro ſiue ſit imobilis vt do
mus ſiue mobilis vt liber: equus vł aliud
quid ſimile. Et ſic diſtinguenduz eſt. quia
ſi ſtat per locatorem quo minus cōductor
vtatur re locata: tunc ſi ſtat ꝑ eum ex pura
voluntate: locator tenetur cōductori d' in
tereſſe: vt locauit ſibi equū z nunc non tra
dit ſibi vt equitet nec habet cauſam impe
ditiuam cur non tradat: niſi quia non vult
z hoc ex cauſa aliqua vł ex ſola malicia vł
huiuſmodi. Si autem ſtat per locatorem
non ex pura voluntate. ſed quia impedi
tur propter caſum qui accidit locatori vel
rei locate ꝑpter culpam ipſius locatoris vł
qui a fortuna ſibi accidit. z tunc penſio re
mittitur ꝑ rata: vt ſi propter locatoris deli
ctum domus eſt fiſco applicata aut fulmi
ne vel terremotu periit. z idem dicenduz ſi
ex neceſſitate' aduenięte locatori oportuit
conductorem expellere. Si autez ſtat per
puram voluntatem conductoris: vel etiaz
ſi non per puram voluntatem eius. ſed ta
men per culpam conductoris quo minus
vtatur re conducta: vel etiam ſi per caſum
fortuitum qui accidit cōductori: cōductor
impeditur ne eo vtatur: nihil remittiṫ ei de

mercede quo minꝰ totaꝫ penſionem ſoluere teneatur. Tertio videndum eſt in locatione ꝛ cōductione pſone ad operas. vt ſi quis locat pſonam ſuam alteri ad ſcribēdum ei aliquid in libro eius: vl' ad edificādum ſibi in area ſua domū. ꝛ eodē modo diſtinguendū eſt de locatione ꝛ cōductione rei alteriꝰ ab agro. quia ſi ſtat per locatorem operarū ex pura voluntate quo minus cōductor vtatur eius opera: tunc locator tenetur cōductori quo ad intereſſe. Si autem ſtat per locatorem non ex pura voluntate. ſed quia impedit̃ ppter caſum q̄ accidit locatori ex culpa locatoris vl' a fortuna. ꝛ tunc conductor ſolum tenet̃ ad pēſionem pro rata. Si autem ſtat per conductorem: puta quia non vult ei dare librum in quo deberet ſcribere aut aperire aream in qua edificaret. ꝛ hoc ex pura voluntate aut quia impeditur: puta qꝛ liber ille ppter eius culpam eſt applicatꝰ fiſco. aut quia ei ſubtractꝰ eſt vel mures corroſerunt. ꝛ tunc nihilominꝰ tenet̃ cōductor ad totam mercedem. Et ex iam dictis poſſūt cōcordari iura que vident̃ contraria ĩ titulo de locato. l. ſi vno. §. item cum q̄dam. ꝛ. l. ſꝫ addes §. cum q̄dam. ꝛ. l. qui operas. ꝛ. l. colonus §. nauem. ꝛ de illis vide glo. in dicto. §. itē cum q̄dam. Et in hoc ſexto naturali differt locatio ab emphiteoſi. Nam dominꝰ rei conceſſe in emphiteoſim non tenetur remittere aliquid de penſione: etiā ppter maximam ſterilitatem contingentē rei. imo ſi res illa in parte pereat in ſubſtantia: nō tenetur. Ratio diuerſitatꝫ ē duplex. Prima quia conductor: puta colonus videtur cōduxiſſe ſub quadam tacita conditione fructuum futurorū vt dictum eſt. ꝛ ideo deficientibus fructibꝫ: fit remiſſio p rata. quia merces datur p illis fructibꝫ ꝛ eorꝫ intuitu. ſed emphiteota ſoluit in recognitioneꝫ dominij directi remanentis apud euꝫ qui cōceſſit eam rem ei. Modo dominiū directū rei emphiteocarie manet nihilominꝰ apud illum qui eam cōceſſit in emphiteoſim: etiam ſi maxima ſterilitas accidat ĩ re imo ſi perierit in parte: dūmodo non tota res perierit. Secꝰ vbi tota res periſſet. qꝛ tūc etiā periſſet eiꝰ dominiū directuꝫ. ꝛ ſic emphiteota non poſſet ampliꝰ recognoſcere illud eſſe apud eum qui eaꝫ rem ſibi cōceſſerat in emphiteoſim. Secūda ratio diuerſitatis eſt. quia colonus ſoluit notabilem penſionē ſcꝫ tantā q̄ ipſa adequetur valori vſus vel fructus eiuſdem rei defalcatis expenſis ꝛ huiuſmodi. ſed emphiteota paruū quid dat annuatim. quia ex quo illud qd̄ ſoluit dat in recognitionē dominij. ꝛ paruū quid: eque pōt eē ſignuꝫ illius recognitionis ſicut magnuꝫ. ideo nimirū q̄ non eſt opus eum releuare a penſione illa. etiam ppter ſterilitatem accedentē. etiaꝫ ſi maxima ſit. Nam pteritis tēporibꝰ adeo multa leuauit: ꝛ ĩ futurum leuabit: q̄ ſemp ſine damno poterit eſſe de cōmuni curſu. Et de hoc ſunt vſus ſequētes. Si res perit tota: liberabit̃ emphiteota. Sed ſi pro parte: nulla liberabit̃ arte. In hoc etiaꝫ ſexto naturali differt locatio a venditione. quia venditione perfecta non tenetur venditor aliquid remittere de p̄cio ppter hoc q̄ accidit ſterilitas in re vendita. imo nec teneretur quid remittere: etiam ſi nunq̄ fuiſſet merx tradita: dūmodo non ſtetiſſet p venditorem quo minus ei traderet̃. An autem conductor operaruꝫ etiam debeat augere penſionē quādo locator operaruꝫ in fine cōperit ſe mercedē minus iuſto accipere: puta carpentariꝰ locat tibi operas ſuas: obligans ſe ad edificandū tibi in ſolo tuo certū edificiū p determinata quātitate pecunie ſibi dāda pro omnibꝫ opis puta p centū florenis. ꝛ cōſūmato edificio cōperit q̄ ſi p mercede diurna tali tibi laboraſſet: ipſe conſecutꝰ fuiſſet iuſto p̄cio centū ꝛ quinq̄ginta vel circiter. Hic eſt vnꝰ modus dicendi q̄ conductor non tenetur tali locatori operarū in aliquo: ꝛ q̄ etiā architectus vel carpentarius tenetur diligenter operari etiam ſi paruū ſalariū inde recipeat. qꝛ debebat ipſe in principio hoc aduertere. Attamē ſecūdo dicit̃ q̄ quādo cōductor taliꝫ percipit q̄ iſte nimis parum lucratur ex tali pacto: eo nō obſtante debet ſupplere ad cōpetentem mercedem. ꝛ p̄cipue quādo in tali opere ſuperuenit caſus q̄ bene non potuit p̄uideri: vt pota fortuitus vel qui vi naturali accidit vt per terremotum vel qui vitio rei accidit. ꝛ tale periculum eſt domini. ſecus ſi vitio operis. quia tunc pertinet periculum architectori. Et tale modus dicēdi q̄ ad aliqua ē [illegible]

in ſuma ſua pte.iiij.ti.viij.ca.iiij.in .§.d architectis z pꝫm eſt bapt.in ſuma.in ꝟbo locatio. Contra hunc modum dicendi arguitur ſic.Dignus eſt operariꝰ mercede ſua modo illa merces dicitur operarij que eſt cōmenſurata operis z laboribus.igitur ſi in fine reperit ꝙ nullatenus eſt eis cōmenſurata:ſed multū deficiens:oportet ꝙ ſuppleatur defectus donec fiat cōmenſurata aliter lex illa diuina nō ſeruabitur. Secūdo.quia primū dictum illius modi dicendi videt contradicere ſcdo vt patet intuenti.Contra ſcdm dictum etiam arguitur ſic ſi locator in fine cōperiret ſe multuz fuiſſe lucratum:nō vellet aliquid de mercede reſtituere cōductori ſuo:vtputa credidit ſe p annum oportere laborare donec cōſumaretur.z ſm hoc exegit mercedem:z tamen in tribus quartalibꝫ anni quiete cōſumauit.z ſic multum lucratur. Ergo eadez ratione hic ſi multuz pdidit:nihil debebit ſibi ſuppleri.tenet ꝯſequētia.quia da oppoſitum:tunc longe melior eſſet cōditio locatoris ꝙ̄ conductoris.haberet enī pro ſe lucrum.z tamen ſi accideret damnū non haberet illud contra ſe:nec haberet ipſum expectare.z per ꝯſequens eſſet iniq̄tas inter cōtrahentes. Secundo quia aut capit ly preciſe pprie in illo ſecūdo dicto:aut non. ſi primu:tūc denotatur ꝙ etiam ſi talis caſus non accidiſſet:teneretur conductor locatori ad ſupplenduz:ꝙ̄uis multo magis hoc teneretur:ſi ex caſu tali accidiſſet.z ſic eſt falſum vt patuit. Si autez intelligatur improprie,put valet idez qd ſaltem:quaſi tunc ſaltem teneretur ad ſupplendū:quando ex caſu tali ſupueniēte illd accidiſſet:z tunc lꝫ videatur habere apparentiā:tamen adhuc videt ſtare argumentum predictuz. quia ſi accidiſſet aliquis caſus qui fuiſſet pro locatore ratione cuius multum accelerari potuit edificium.z ſic multum fuiſſet lucratus non vellet locator aliquid remittere ipſi conductori in mercede.igit nec debet econtra velle ſibi ſuppleri ſi occurrat ipedimētū ex caſu fortuito:alioquin vellet ſuam conditionem eſſe meliorem conditione conductoris. Videtur igitur aliter dicendum per tria dicta. Primū ſi carpentarius vel architectꝰ in fine cōperit ſe multum perdere z nō eſt hoc ratione alicuius caſus ſupuenientis a fortuna vel a vi naturali vel ex vitio ſoli.ſed eſt ex eo ꝙ edificiū in ſe tantū exigebat laborem ꝙ non citius potuiſſet fuiſſe conſūmatum:qd tamen latuit locatorem.z ſic ex ignorantia cōuenit ſuper minori mercede:tenetur conductor ſibi ſupplere defectuz:non ſolum ſi conductor a principio ſciuit.ſed etiam ſi ignorauit z poſtea comperit. Probat.quia tūc p inde eſt ac ſi conductor ſcienter vel ignorāter emiſſet operas locatoris dando ſcienter vel ignoranter preciū minus iuſto.modo emptor tenetur ſupplere defectum precij ſiue a pncipio ſciuerit ſiue ignorauerit z poſtea cōpeterit ſe minꝰ iuſto dediſſe vt patuit q̄ſtione.liiij.z.lvij.z.lviij. Scdꝫ dictum.ſic econtra dicendū eſt:ſi carpentarius vel architectus in fine comperit ſe nimis multum fuiſſe lucratum z non eſt hoc ratione alicuius caſus zc. vt ſupra.ſed eſt ex eo ꝙ edificiū non exigebat tantū laborē quin notabiliter citius potuit conſummari:quod tamen latuit conductorem:tenet ſibi illud in quo merces eſt excedens reſtituere conductori.probatur.quia locator cenſetur ſuas operas vendidiſſe.modo vēdens rem pluris ꝙ̄ valeat ī re tempore vēditionis.z id comperiat poſtea:tenetur reſtituere precium quo ad partem in qua eſt excedens. Tertium dictum.ſi hoc ꝙ locator operarum in fine comperit ſe multū perdere prouenit ex caſu fortuito vel a vi naturali accidente ſibi z non rei ipſius conductoris:non tenetur cōductor ſibi ſupplere. Exemplum:inter edificandū accidit ꝙ pre tempeſtate vel alia mala qualitate nō poteſt locator operaruz in decem diebus laborare quātum de communi curſu alis laboratur in duobus vel tribus diebus. z ſic impeditur in acceleratione negocij et retardatur .et hoc clarius poſſet patere in auriga vel nauta. Item cōducis aurigam vel nautam vt tranſuehat merces tuas:et conſiderata temporis qualitate tunc z futura quātum eſtimari poteſt:das ſibi decē florenos vt traducat.quia creditur ꝙ in viginti diebus traducat . et ponamus ꝙ ſic ſit iuſta merces:et ecce ex inſperato ingruit tanta tempeſtas ꝙ vix in qnquagin

ta diebus poterit adducere: adeo ꝙ multū perdet: non tenetur conductoꝛ ei aliq̄d adࢨere, quia etiā ſi ex inſperato accidiſſet fortuna per quā in duobꝫ vel quinqꝫ diebus adduxiſſet vt in mari cōtingere poſſet: etiā nihil vellet locatoꝛ remittere de mercede. Attamē hoc tertiū dictum intelligendum eſt niſi tacite vellet conductoꝛ ꝙ ſi ex euentu fortuito accelerare᷑ traductio: ꝙ fieret remiſſio mercedis. tunc enī equitas requirit ꝙ etiam augeat penſionem ſi cōtrariuꝫ accidat vt dictū eſt ſupra. Ex his ſequū tur tria correlaria. Primuꝫ locatio ſiue rerum ſiue operarum efficitur impura ex pactis ſibi innaturalibꝫ ſextuplicīter. Primo ſi locatoꝛ vult cōductoꝛem eſſe obligatuꝫ ad culpam etiam leuiſſimaꝫ vel ad caſum fortuitum. Secūdo ſi vult habere poteſtatem expellendi ꝯductoꝛem etiam extra caſus in quibus al's pōt eum expellere. Tertio ſi vult conductoꝛem eſſe obligatuꝫ ad dandū penſionem ī principio anni: vbi ꝯ natura ſolum teneretur in fine dare. Quarto ſi vult locatoꝛ agri ſe non eſſe obligatū ad faciendū remiſſionem etiam pro rata ipſi cōductori ſcꝫ colono: etiaꝫ ſi grādis ſterilitas contingat. vl' ſi eſt locatoꝛ alterius rei vel perſone: ⁊ non vult eſſe obligat⁹ cōductori ad faciendū conductori remiſſionem modo tacto in ſexto naturali. Quinto ſi vult ꝙ inquilinus ex nulla cauſa etiā neceſſitatis: poſſit dimittere domū ſe inuito. Sexto ſi vult ꝙ non poſſit cōductoꝛ rem locatam alteri locare. Sic etiaꝫ ecōtra cōductio efficitur quadruplīciter impura. Primo ſi cōductoꝛ vult locatoꝛem rei eſſe obligatum ad aliqua ad que ex natura cōtractus nō eſſet obligatus: vtputa ꝙ locatoꝛ etiam ſuſcipiat in ſe periculum culpe leuis vel late. Secūdo ſi vult ꝙ locatoꝛ nō poſſit eum expellere etiam in caſibꝫ in quibus de iure poſſet euꝫ expellere. Tertio ſi vult dare penſionem non in fine anni cuꝫ deberet, ſed per longum tempus poſt: vel ſi eſt ꝯductoꝛ operarū in caſu vbi deberet in principio vel in medio dare put dictuꝫ eſt: vult ſolum dare in fine anni. Quarto ſi vult ꝙ locatoꝛ rei ſibi faciat remiſſioneꝫ ꝓ rata etiā ſi fiat modica ſterilitas: vel ſi ē cōductoꝛ operaꝝ ꝙ locatoꝛ non remittat ſibi quid in pēſione etiā ſi ſtet ꝑ ꝯductoꝛē quo min⁹ opet. Scd'm correlariū. nō optet ꝯfeſſoꝛē ſtatim aliquā locationē vel cōductionē cōdēnare vt illicitā qn̄ pcipit ꝙ ſibi ſūt pacta facta ꝯtra naturalia ꝯductionis ⁊ locationis. Hui⁹ correlarij ꝓbatio patebit ſufficiēter ī corelario ꝓmo queſtionis lxxxix. Tertiū correlariū. compertis pactis ꝯtra naturalia locatiōis factis: ſtatim conſiderandū eſt, ſi onerolitas illoꝛum pactoꝛum non ſit refuſa per aliam viam. et ſi non: tūc contractus eſt in foro conſcientie cōdemnandus imp letat᷑ ex parte illius q̄ alium onerauit per tale pactuꝫ. quia tunc factus eſt cōtra equalitatem iuſticie cōmutatiue: ⁊ contra regulā legis naturalis: qꝺ tibi fieri non vis ⁊c. et exempla hoꝝ duorum correlarioꝝ patebūt in q̄ſtiōe. lxxxix. in locationibus animaliū. Septimuꝫ naturale eſt ꝙ conductoꝛ qui dicit᷑ inquilinus poteſt ex cauſa dimittere domū inuito domino ſm Vin. c. et Jo. an. ⁊ glo. in. l. ſi in lege. ff. lo. Et ratio eſt. qꝛ ꝓpter neceſſitatem ſupuenienteꝫ ipſi locatori: poteſt locatoꝛ expellere inquilinū vt patuit ī quarto naturali. ergo eadeꝫ ratione debebit inquilinus ex neceſſitate ſuperueniente ſibi poſſe dimittere domum vt ſi ſine periculo vite in ea habitare non poſſit. vn̄ Panoꝛ. expreſſe extendit hoc ad caſum peſtilentie ſupuenientis q̄uis ſm euꝫ vix poſſet hoc in practica obtineri. Et intelligit᷑ illud naturale ſic ꝙ inquilin⁹ dimittendo nō teneᷣtur dare tuſi ſm rataꝫ tempoꝛis al's enim nihil ſibi ꝓdeſſet vel parum illa facultas.

Octauū eſt ꝙ cōductoꝛ poteſt rem ſibi locatam alteri locare. vt. C. eodē. l. nemo. ⁊ tūc res poſterioꝛis cōductoꝛis ſūt obligate ꝓncipali dn̄o vſqꝫ ad illā q̄ntitatē q̄ iſte ꝯductoꝛ ſcd's tenet᷑ priori. ff. ea. l. ſi in lege. §. ſi colon⁹. Vn̄ ſi duo ꝯtraxiſſent ſocietatē vt ſcholaris cū ſcholare: ⁊ vn⁹ vult recedere: tūc ille poterit aliquē loco ſui ponere vt tenet Panoꝛ. in. c. inter dilectos. de fide inſtru. ⁊ Bald. in dicta. l. nemo. niſi ſocius vellet locare ꝓtē ſuam ꝑſone inhoneſte. ꝙ tūc nō poſſet. ⁊ tenet Bald⁹ ꝙ etiaꝫ inuito ſocio poſſit id facere. ⁊ idem tenet Cyn⁹ in l. viaꝫ. C. locati. glo. tn̄ Inſti. lo. §. ſi. dicit ꝙ lꝫ poſſit alteri locare inter ꝯductiōis. ratio tn̄ ſocietatis ꝓhibet q̄ ꝓualet iuri locationis. Nonū. ſi ꝯductoꝛ aliq̄d expendit

tõ necessario fuit expendendũ vel, vtiliter
auit vel edificauit vel instaurauit: debe-
bit locator sibi expensas illas resarcire. ff.
co. l. dominus.

Questio. LXXXVIII.

# Utrum cõtractus

sm quẽ tradũt aĩalia rusticis p certo emo
lumento inde pcipiendo: sit ꝯtractus loca-
tionis vel alterius speciei. Solutio: q̃stio
nis stat in octo ꝯclusionibꝰ.

Prima ꝯclusio. contractꝰ de q̃ in
titulo: ẽ aliqñ locatio rei
ex pte tradẽtis aĩalia: ꝛ cõductio rei ex pte
rustici recipientis ea. et hoc vel stricte vel
large capiẽdo locationẽ ꝛ ꝯductiões. Pri-
ma ps ꝯclusionis pbat. q aliqñ p̄dictꝰ cõ
tractꝰ sit taliter q tradẽs aĩalia retinet sibi
ꝓprietatẽ eorundem ꝛ rustico vel alteri cui
ea tradit ꝯcedit vsũ vel vsufructũ eorũdez
ꝛ hoc p certa mercede: quã recipiẽs aĩalia
tenet sibi dare. ergo ille ꝯtractꝰ erit locatio
ex parte tradentis: ꝛ ꝯductio ex pte recipi
entis. tenet ꝯñia ex diffinitiõe locationis ꝛ
ꝯductiõis posita in p̄cedẽti q̃stiõe in sup-
positiõe pma ꝛ scda. Scda ps pbat. q
aliqñ tradẽs aĩalia tradit ea p mercede cõ
sistẽte in pecunia determiate q̃ntitatis seu
numeri. Aliqñ p specie determiate q̃ntita
tis. ꝛ hoc dupliciter. Aliqñ eñ p specie ꝓue
niẽte de aĩalibꝰ illis. Aliqñ p specie nõ
ꝓueniẽte de illis aĩalibꝰ sz aliũde. Exẽplũ
de hac scda pte ꝯclusionis. Cõcedo tibi p
x. denarijs equũ meũ ad eq̃tandũ p vnũ
die in eo: vel ad vehẽdũ aliq̃ p euz tibi: vel
alijs. ibi eñ est locatio stricte dicta. et idez
si p q̃ttuor solidis cõcedo tibi boues me-
os vt ares tibi vel alijs. Exemplũ scdi. cõ
cedo tibi vaccã meã ad pcipiẽdũ de ea lac
ꝛ vitulũ p aliq̃t libris butiri vl' aliquot ca
seis ꝓuẽturis de eadẽ. et idem si oues tibi
ꝯcedam vt inde pcipias lac agnos lanam
ꝛ fimum. ꝛ hoc p aliq̃t caseis ꝛ libris lane
mihi applicãdis. ẽ eñ locatio large dicta
seu q̃si locatio. q fit p specie determinate
q̃ntitatis ꝛ fit p ea specie q̃ ꝓuenit de illis
aĩalibꝰ locatis. Exemplũ tertij. ꝯcedo tibi
determinato numero modiorꝫ frumẽti bo
ues meos vt cũ meis coles tibi vl' alijs ter
ram. illa fit inq̃ȝ lam p specie determinate
q̃ntitat. nõ tñ ꝓueniẽte de aĩalibꝰ. Et dixi
semp notanter p specie determiate q̃ntita-
tis ꝓuẽtura d aĩalibꝰ. q si fieret p specie ꝓ
uentura de aĩalibꝰ. ꝛ h in q̃ntitate indeter-
minata vt pro medietate butiri vel lane ꝛ
hmõi: nõ esset locatio vt dictũ est in septi-
ma suppositione p̄cedentis q̃stionis.

Scda ꝯclusio. ꝯtractꝰ d q̃ in titu
lo ẽ ali., ẽ ecõtra locatio pso
ne ex pte rustici recipiẽtis aĩalia et ꝯductio
psone ex pte tradẽtis ea. ꝛ tũc etiã fit dupli-
citer. Pria ps pbat. q aliqñ p̄dictꝰ ꝯctus
fit taliter: q tradẽs aĩalia ꝯducit rusticũ in
rõne pastoris ad h vt p detmiata mercede
ea minet ad pascua ꝛ pascat atqȝ custodiat
ꝗ rusticꝰ locat psonã suaz ad opas ipi tra-
dẽti aĩalia ꝛ tradẽs ea ꝯducit eũ ad easdez
opas. Scda ps pbat q aliqñ tradẽs ani
malia assignat recipiẽti ea: certã mercedez
ꝯsistẽtẽ i pecunia detmiate q̃ntitatis. ꝛ sic
erit ꝯductio ꝛ locatio stricte loquẽdo. Ali
qñ p mercede ꝯsistẽte i specie detmiate q̃n
titatis. ꝛ tũc ẽ large loquẽdo ꝯductio ꝛ lo
catio. ꝛ h dupl'r. Aliqñ p tali mercede q̃ ẽ
species ꝓueniẽs d ipis aĩalibꝰ: vtputa tra-
dẽs aĩalia dĩc rustico q p salario suo reci-
pere debeat aliq̃t libras butiri vel lane de
eis Aliqñ p alia specie. vtputa dĩc rustico
q velit sibi dare aliqnot mẽsuras frumen-
ti vel panni ꝛc.

Tertia conclusio. contractus fa-
ctus in casu secũde conclu
sionis differt a cõtractu facto in casu pme
conclusionis. ꝛ etiam conuenit cũ eo. Pri-
ma pars probat. Nam primo differt in h
q in primo casu prime conclusionis est lo
catio rei ꝛ conductio rei. in secũdo est loca
tio persone ꝛ conductio psone. Secundo
quia in casu prime cõclusionis est locatio
ex parte tradentis animalia ꝛ cõductio ex
pte recipientis ea: in scdo est econtra. Ter
tio quia in primo tradẽs ea: retinet tñ do
miniũ animaliũ et vsum eorum transfert i
recipientem ea. in secũdo vero retinet tam
dominiũ q̃ȝ vsum eorum saltem virtualez
seu causalem. ꝛ dico saltem virtualez: quia
non potest quis habere vsum formalez in
re propria. scȝ in qua ipe idez habet domi-
nium seu ꝓprietatem: vt patet ex diffinitio
ne vsus formalis. de qua supra. q. xij. Et si
dicas hec differẽtia fallit qñ tradẽs ea cõ
ducẽdo pastorem assignat ei pro mercede

vſum vel fructum animaliū ſaltem in parte, quia tunc tradens nō retinet ſibi vſum eorum ſaltem totaliter. Dicendū ꝙ adhuc eſt differētia, primo quia in primo caſu retinet totum vſum, in ſecūdo non totū. Secundo, quia poteſt dici ꝙ in ſecūdo etiam retinet totum vſum animalium: quātū eſt ex parte contractus conductionis quo cōducit paſtorem: ꝗuis ſecūdario de vſufructu totaliter reſeruato ſibi aſſignet certam partem nomine mercedis. Quarto quia in primo tradens non dat mercedem recipienti, imo ecōtra, ſed in ſecūdo fit oppoſitū.

Secūda pars probaṫ, quia in hoc conueniunt primo ꝙ in vtroqꝫ caſu animalia manent in dominio et ꝓprietate tradentis ea: ⁊ non fiunt de dominio recipientis ea. Secundo q⁊ in vtroqꝫ caſu recipiens animalia non tenetur tradenti niſi de dolo et lata culpa atqꝫ leui, non autē de leuiſſima nec de caſu fortuito, ⁊ hoc ꝗtum eſt ex natura contractus, ꝑut patuit q̄ſtiōe p̄cedēti.

**Quarta** concluſio, contractus de quo in titulo aliquādo nec eſt locatio nec ꝯductio, ſed eſt vera mutuatio, probaṫ: quia aliquādo fit taliter ꝙ tradens animalia obligat recipientē ad reſtituendū ea poſt lapſum alicuius temporis: vtputa poſt vnū annū vel plures tot animalia ⁊ eiuſdē valoris: etiā ſi periiſſent apud recipiētem: ſiue dolo: ſiue culpa: ſiue caſu fortuito apud eum perierint, ⁊ in tempore intermedio ꝓ quo fit traditio: poteſt recipiens animalia ea diſtrahere ⁊ comedere: aut aliter eis vti ſicut placuerit, ⁊ aliquādo tradendo ea eſtimat ea vt ſciaṫ valorem eorum. Modo quando ſic fit eſt vera mutuatio, quia ſi ſic ea tradidero tibi: facio de meo tuū: transferēdo ſcꝫ in te dominium et ꝓprietatem, ꝓ quāto potes eis vti ad vſum qui eſt eorum cōſumptio: ⁊ obligo te ad reſtituendū non illa ſm numeralem identitatē, ſed ſm identitatē ſpecificā ſeu (vt iuriſte loquunṫ) eadem in genere et eiuſdem valoris: ⁊ totum periculū eorum eſt tuum. Modo illa ſunt ſubſtantialia et naturalia mutuationis, igiṫ ibi erit mutuatio. Unde non pōt dici locatio eorum: quia tradens ea non retinet dominiū eorū ⁊ recipiens non tm̄ habet ea ad vſum qui non ſit eorum cōſumptio, nec eſt venditio quia non interuenit preciū, ſed obligatio reſtituendi idem in ſpecie ſeu (vt iuriſte loquunṫ) idem in genere. Nec eſt ꝑmutatio, quia non datur ſpecies ꝓ ſpecie imediate, ſed īteruenit neceſſario lapſus tp̄is qđ nō eſt in permutatione ſaltē tali in qua non ſit mutuatio ꝑmixta. Nec ē donatio, quia obligat recipientem ad reſtituendū equiualens, ⁊ ſic de alijs, igiṫ oportet ꝙ ſit mutuatio.

Secūdo ſic, quia perinde eſt ac ſi tradens animalia daret ipſi recipiēti animalia: tantā pecuniam quātā valent animalia. Modo ſi tātā pecuniā p̄dicto modo ſibi daret: eſſet vera mutuatio, igiṫ etiā nunc.

Tertio: quia ſi non: maxime quia animalia nō ſūt res mutuabiles eo ꝙ res mutuabilis debet habere vſū qui eſt eiꝰ cōſūptio, modo animalia non ſunt huiuſmodi: igitur. Modo hoc nō obſtat, quia animalia etiam habent vſum qui eſt eorū conſumptio, ſcꝫ quādo quis eis vtiṫ ad diſtractionem: tunc eni ſic pecunia diſtractione ꝯſumiṫ: ſic animalia. Itē ſi quis eis vtitur ad comedendū ea: ille vſus eſt eorum conſumptio. Modo ad talem vſū traduntṫ in caſu huius q̄rte concluſionis, quia ad omnem vſum licitum ⁊ q̄ libet recipienti traduntur ei in predicto caſu.

Dixi aūt notāter in prima ꝓbatione: ꝙ recipiens ea pōt in tempore ītermedio ea diſtrahere ⁊c̄, ꝙ ſi ea non poſſet diſtrahere nec comedere: aut eis vti vſu qui eſt eorum conſumptio: non eſſet a parte rei ⁊ in veritate mutuatio animaliū: vtputa ſi tm̄ poſſet eis vti laborando cum eis: vel fructus de eis percipiendo, imo tunc eſſet cōmodatio eorū: puta ſi fieret ſine mercede ⁊ gratis: ꝗuis eſſet cōmodatio facta cum pacto exiſtente contra naturalia cōmodatiōis: ꝓ quāto ſcꝫ recipiens teneretṫ de caſu fortuito. Si autē ꝓ mercede fieret eſſet locatio ꝗuis eſſet facta cum pacto contra naturalia locatiōis ꝓ quāto recipiens obligaretur de culpa leuiſſima ⁊ de caſu fortuito ⁊ de deterioratiōe aīaliū: puta quia deberet reſtituere animalia eiuſdē valoris. An aūt ne traditio aīaliū ſic facta, ⁊ ſi nō ſit mutuatio aīaliū ad mixtā tm̄ habeat ꝑtualiṫ mutuatiōē pecunie equalē aīalibꝰ, patebit q̄. ꝑ̄ci. vbi etiā

patebit an dato φ nec eſſet a parte rei mu-
tuatio: nec haberet talem admixtam: poſ-
ſit ipſe tradens aliquid accipere noie mer-
cedis a recipiente ea.

**Quinta** concluſio. cõtractus de
quo in titulo: aliquãdo
nec eſt locatio nec cõductio nec mutuatio
ſed eſt vera permutatio: lʒ quidam dicant
φ ſit quaſi vẽditio modificata. Prima ps
pbatur ſic. quia aliquando fit taliter: puta
aliquis tradit centũ oues monaſterio ſub
hoc pacto φ ꝓ qualibet oue recipiat ꝓ to-
to tempore vite ſue annuatim tm̃ duos ſo
lidos: cum tamen fructus earum longe va
leat plus ſcʒ q̃ttuor vel q̃nqꝫ ſolidos. ꝛ ad
dit φ ſi omnes oues moriãt: ipſe nihilomi
nus vult predictos duos ſolidos habere
toto tẽpore vite ſue ꝓ q̃libet oue ac ſi viue
rent: ꝛ poſt mortem ſuam debeant omnes
oues: etiã ſi eſſent valde multiplicate: eſſe
mõaſterij libere ꝛ omnimodo iure. Mo
do quãdo ſic fit ẽ vera ꝑmutatio. quia tra-
dit ſpeciem pro ſpecie imediate: ac ſi daret
oues pro agro aliquo vſufructuando tem
pore vite ſue. Modo ſecundꝰ ẽ vera ꝑmu-
tatio: igitur etiam pñs cõtractus erit ve-
ra ꝑmutatio. maior ꝓbatur. quia dat oues
pro vitalicio pecuniario. Modo vitaliciũ
eſt redditus. redditus autem inter ſpecies
computatur. quia eſt res emibilis ꝛ vendi
bilis: vt patuit q̃ſtione. lxxix. ꝛ q̃ſtiõe. lxxx
ꝛ ſi eſt perpetuus: vel ſaltem longi tempo
ris: computatur inter imobilia. ſi autẽ eſt
temporalis et parui tẽporis: computatur
inter mobilia vt ibidem patuit. igitur per
inde ẽ ac ſi daret monaſterio oues illas ꝓ
agro vſufructuando tempore vite ſue aut
pro animalibꝫ vſufructuandis. Secun
da pars cõcluſionis ꝓbatur: quia videtur
oues illas tradere ꝓ p̃cio dẽrminate quãti
tatis ꝛ eas ſic transferre in dominiũ mona
ſterij cum periculo earũdeʒ puta quãlibet
ouem ꝓ tot duobus ſolidis quot annis ẽ
ſupuicturus. Tertia pars probat. quia
non interuenit preciũ. naʒ nõ dat aliquã
ouem pro precio. quia preciuʒ conſiſtit in
numiſmate. modo nõ dat aliquã ꝓ numiſ-
mate. ſʒ pro reddituu pecuniario. redditus
autem pecuniarius diſtinguitur realiter a
pecunia vt oſtenſum eſt q̃ſtione. lxxix. Se
cundo. quia etiam ſi eſſet ibi precium: non
tm̃ ẽ dẽrminate quãtitatꝭ: vt quãlibet ouẽ
dat ꝓ duobꝫ ſolidis. ſed nõ ꝓ duobꝫ abſo-
lute. ſed ꝓ duobꝫ ſolidis annuatim toto tẽ
pore vite ꝑcipiendis. modo duo ãnui ſoli
di ꝑ vitam hominis recipiẽdi non ſunt de
terminate quãtitatis. qꝛ neſcit numerꝰ an
norum illorũ quibus illos duos ſolidos
percipiet.

**Sexta** concluſio. contractus de q̃
in titulo: aliquãdo nec eſt locatio nec con-
ductio: nec mutuatio nec ꝑmutatio. ſed eſt
ſocietas. ꝛ tunc fit mltiplıciter. Prima ps
cõcluſionis ꝓbatur. quia aliquando fit ta
liter φ aliq̃s ꝓ aliquo alio temporali ani-
malia ſua tradit alteri: trãſferendo eorum
dominium vel ſaltem vſum eorum ꝑ viaʒ
non abdicationis dominij vel vſus ſalteʒ
cauſalis a ſe: ſed cõmunicationis eiuſdem
ipſi alteri. ꝛ hoc ꝓ aliq̃ alio tẽporali qꝺ re-
cipiens retrãſfert in tradentem animalia:
cõmunicãdo illud etiam ſibi citra abdica-
tionem eiuſdem: ita φ tradens vult ꝛ facit
recipientem ea condominũ eorum. vl' ſal-
tem ſi nõ condominũ: tamen couſuariuʒ
vel couſufructuarium eoruʒ formalem ſe-
cum qui habet eorundẽ vſum ꝛ vſufructũ
ꝛ ſi non formalem tamen virtualẽ vel cau
ſalem. ꝛ ecõtra: recipiens ea retrãſfert ſimi
li modo aliqꝺ temporale in tradentem ea
ſibi: faciendo tradentẽ animalia cõpartici-
pem in eodem tẽporali qꝺ ſibi recõmuni-
cat: etiaʒ non abdicãdo a ſe illud tẽporale.
Exemplũ vt ſi meas cẽtũ oues tibi cõmu
nico taliter: φ oues ſint in cõmuni domi-
nio vtriuſqꝫ noſtrũ: vl' ſaltẽ φ ſicut ego ha
beo earum vſufructũ cauſalem ꝛ virtualẽ
ſic te facio habere in eiſdẽ mecũ vſufructũ
formalẽ ita φ ſis mecum ꝑticeps fructuũ
illarum ouiũ. ꝛ hoc facio ꝓ eo φ etiam tu
econtra ſimili modo tuas centum oues vl'
capras recõmunices mihi. iam inq̃ ſumꝰ
ſocij in habendo illas. cc. oues. Mõ quã
do ꝯtractus de quo i titulo: fit p̃dicto mo-
do non eſt locatio rei. qꝛ locans rem abdi-
cat a ſe vſufructũ rei locate ꝛ totaliter euʒ
trãſfert in conductorẽ. Hic autem tradẽs
animalia retinet vſufructum eorundeʒ ſal
tem virtualem. ꝛ hoc cum effectu: ita φ in
effectu percipiet fructus animaliũ: qꝺ ideo
dico. quia al's aliq̃s diceret φ locãs etiaʒ
retinet vſufructum virtualem ſeu cauſaleʒ

quod verum eſt ſed non effectualiter: reci-
piẽdo fructus, imo illos aſſignat totaliter
ipſi conductori, nec etiã eſt conductio rei,
quia recipiẽs ea qui deberet eſſe cõductor
(ſi eſſet ibi conductio) retineret ſolus vſu-
fructum eorum: quod eſt falſum, quia tra
dens eſt cõparticeps illius, nec etiam eſt
locatio perſone, quia illa eẽt ex parte reci-
pientis ea, ſed hoc non, quia locans op(er)as
etiam tranſfert eas in proprietatem cõducto-
ris cum ſui abdicatione, hoc autem nõ fit
hic, imo in exemplo predicto nullas ope-
ras tranſfert in tradentẽ, ſed retranſfert cõ
ſimiles centũ oues in tradentez ſibi p(ri)mo
ſuas centũ oues, & ſi recipiens animalia
tranſferret aliquas operas in tradentẽ ea
vt in exemplis ſcḋe partis cõcluſionis pa
tebit: tunc non tranſferret in eum abdican
do eas a ſe, ſed ſolum cõmunicãdo eas ei,
nec etiam eſt conductio operarũ, quia illa
eſſet ex parte tradẽtis animalia, & hoc nõ,
quia tradens animalia aut nullas operas
recipit a recipiẽte animalia: vt in exemplo
p(re)dicto, aut ſi quas recipit: vt ĩ exemplis ſe
cũde partis cõcluſionis patebit: tñ non re
cipit eas niſi per cõmunicationez & non p(er)
p(er)ciſam applicationẽ ſibi factam. Q(uod) etiam
non ſit mutuatio p(ro)baẽ, quia mutuator nõ
retinet dominiũ rei mutuate, tradens autẽ
animalia retinet dominiũ eorũ, igiẽ. Nec
eſt p(er)mutatio, quia in p(er)mutatione res que
p(er)mutatur efficitur de iure alterius cũ ab-
dicatione iuris qḋ p(er)mutãs p(ri)habuit in il-
la re, hic autez hoc non fit: igitur. Et q(uod) ſit
ſocietas probaẽ, quia ſocietas non eſt niſi
contractus in quo aliquis res ſuas cõmu
nicat alteri faciendo euz cõparticipem do-
minij vel vſufructus earundẽ pro aliquo
alio tẽporali ſibi ſimili modo cõmunican
do. Et dixi notanter circa principiũ hu
ius cõcluſionis q(uod) tradens animalia facit
recipientẽ cõdominũ vel ſaltem couſufru-
ctuariũ, quia de hoc ſcz an tradens rem in
ſocietatem: faciat recipientez eam ſecũ eſſe
dominũ illius rei vel ſolum faciat eũ eſſe
vſufructuariũ ſecum, dicetur poſtea in q̃-
ſtione. xcij. & xciij. Secunda pars con-
cluſionis probaẽ, quia aliquãdo tradens
ea tradit ea taliter q(uod) recipiẽs debet ecõtra
ſibi ſimili modo recõmunicare alia anima
lia & q(uod) neuter ponit op(er)as circa ea, vt puta

conducunt vnum tertium ad operas circa
ea impendẽdas. Secũdo cõtingit taliter
tradi q(uod) recipiens non debet ecõtra ſibi re-
cõmunicare alia animalia, ſed ſolũ impen-
dere operas circa illa animalia: cõmunicã
do ſibi huiuſcemodi operas: ita q(uod) vtilitas
p(ro)ueniens de illis operis ſit cõmunis vtri
q(ue), vt trado tibi centum oues in ſocieta-
tem: et tu debes eas paſcere & cuſtodire, et
fructus p(ro)uenientes ex eis & etiam ex tuis
op(er)is circa eas impenſis debent inter nos
diuidi ſ(ecundu)m cõuentionẽ noſtram. Tertio cõ
tingit q(uod) vterq(ue) cõmunicat tã animalia ſua
q(uam) operas ſuas circa illa. Et ſi primo mo-
do fit: hoc eſt dupliciter, quia aliquãdo re-
cipiens ea debet tradenti ea recõmunicare
tot animalia quot poſuit alius ad ſocieta-
tem. Aliquãdo non tot ſed medietatez vel
ternã partem: & tunc lz inequalem numez
animaliũ ponãt ad ſocietatẽ, tamen ſ(ecundu)m il-
lam inequalitatẽ etiam inequaliter cõmu-
nicant in fructu & p(ro)uentu illorũ animaliũ.
Secũdus modus etiaz poteſt ſubdiuidi
quia vel opere alterius equiualẽt ei qḋ il-
le de animalib(us) poſuit, aut non equalẽt, et
hoc quia vel ſunt maioris valoris aut mi
noris valoris. Tertius etiam modus p(otest)
ſubdiuidi: & hoc dupliciter, quia cõplectiẽ
primũ & ſcḋm modum, ideo ſ(ecundu)m illoꝝ diui
ſionem poteſt dupliciter diuidi: & patet in
tuenti. Et nota q(uod) quãdo alter ſociorũ dici
tur operas ponere tñ in ſocietatez: debet
hoc ſic itelligi q(uod) ſicut vnus cõmunicat al
teri animalia vt p(ar)ticipet cõmoditates eo-
rum, ſic ecõtra: alter cõmunicat illi p(er)ſonaz
ſuam induſtrioſam vel operatiuã quaten(us)
p(ar)ticipet op(er)as ſuas cõmodoſas: ſicut enim
animalia fructificant & eorum fructus ſũt
lac & fet(us) &c. ſic p(er)ſona hominis operatiua
& induſtrioſa fructificat faciẽdo op(er)as cir-
ca animalia: ex quibus vna cuz animalib(us)
generaẽ vtilitas humana. Et ideo ſicut di
ctum ẽ in q̃ſtione. lxxxvij. q(uod) improprie di-
citur quis locare operas, ſz p(ro)prie deberet
dici locare p(er)ſonam ſuaz ad operas: q̃uis
primũ fiat cauſa breuitatis: ſic improprie
dicitur quis operas tãq(uam) ſociale capitale
ponere in ſocietatez, ſed potius deberet di
ci perſonam ſuam inq(uan)tum operatiua eſt
ponere ad ſocietatem ſeu ſuam perſonã al
teri ſocialiter ꝯmunicare quo ad operas

reodē mō etiā intelligēdū ē q̄n talib⁹ locu tionib⁹ vtimur i ſocietatib⁹ pecunie dicen do q̄ alter ſociorū pro ſuo capitali poſuit opas ⁊ illo modo ſūt accipiendi modi lo quendi quibus vtemur in q̄ōe.xcij.⁊.xcij. Quomodo ãt ſit ſaluabile q̄ pſona dicat̄ capitale in ſocietate et t̄m nō ſit diuidenda in fine illi⁹ ſocietatis in qua in fine capita lis pecunia diuidit̄: patebit q̄ſtiōe.xcij.

**Septima** cōcluſio. q̄cū q̄z p̄dictarū ſpecierꝝ fiat p̄dictus cōtract⁹: ꝯtingit eū fieri dupliciter. ſcʒ in ſua naturali puritate. id ē ſine pactis exiſtentib⁹ ꝯ naturalia illi⁹ ꝯtract⁹. Aliq̄n ꝟo fit impure. i. cum talib⁹ pactis: puta ſi ē locationis vel ꝯductionis rei vel perſone tūc aliq̄n fit ſine pactis exiſtētib⁹ ꝯ natura lia locationis ⁊ ꝯductōis: ⁊ aliq̄n cuʒ tali b⁹. ⁊ q̄ ſunt illa naturalia patuit q̄ōe p̄cedē ti. Siˡr ſi fit i ſpecie mutuatiōis: fit aliq̄n in ſua naturali puritate puta gratis et ſine ſpe lucri: ⁊ citra h̄ q̄ periculū ſit apud mu tuatorē. ⁊ ſic de alijs. Aliq̄n ꝟo fit impu re: puta cū talib⁹ pactis vt ſi fit ſpe lucri ex parte mutuātis: aut fit obligādo mutuā torē ad periculū rei mutuate. ⁊ ſic de alijs. Siˡr ſi fit in ſpecie ꝑmutatiōis: tūc aliq̄n fit pure: aliq̄n impure. Exemplū ſcd̄i: ſi ꝑ mutata res ē in ꝑiculo dantis eam ⁊ non recipiētis. h̄ enī eſt ꝯ naturalia ꝑmutatio nis. Si etiā fiat in ſpecie ſocietatis: fit ali q̄n pure: aliq̄n impure: puta ſi alter ſocio rum vult eſſe ꝑticeps lucri ꝓuenientis de re ſociali: ⁊ non vult eſſe ꝑticeps dãni: hoc enī eſt ꝯtra naturalia ſocietatis. de natura enī ſocietatis ē vt lucra ⁊ damna cōmuni cent̄. ⁊ de hoc latius infra patebit.

**Octaua** cōcluſio. predictus con tractus factus impure i aliqua p̄dictaruʒ ſpecierꝝ: non mutat̄ ꝓpter h̄ in ſpecie eſſentiali ꝯtract⁹ lʒ aliq̄n in ſpe cie moris: ita q̄ deprauat̄ q̄ alˢ licitus ma neret. Primum pʒ dupliciter. primo: q̄ lʒ frigiditas ſit vnū ex naturalib⁹ aque: tamē ſi aqua fiat abſq̄ȝ frigiditate: imo afficia tur caliditate: non ꝓpter h̄ mutatur i ſpecie eſſentiali aque. ergo etiā q̄uis aliquid ſit naturale locationi vel cōductioni vel mu tuo vel ꝑmutationi: vel ſocietati: t̄m ſi illō non ei inſit. imo oppoſitū rōne pacti adie cti: adhuc manebit ꝯtractus illius ſpeciei cuius eſſet ſi illō naturale ſibi ineſſet. Se cunda ps ꝓbatur exemplariter. quia natu rale mutuatiōi eſt q̄ fiat gratis: ⁊ t̄m ſi fiat ꝓ lucro manebit i eſſentia mutuatio: lʒ de prauet̄. ⁊ ſic fiat mala mutuatio que t̄m eēt bona ſi eēt gratis facta. Sic locatio ꝯdu ctio ⁊ ſocietas aīaliū deprauat̄ aliq̄n ꝑ pa cta adiecta exiſtētia ꝯ naturã illoꝝ contra ctuū: puta q̄ alter ꝯtrahentiū inique gra uat̄ ꝑ talia. Attn̄ non oportet q̄ ſemꝑ depra uet̄ ꝑ talia pacta: q̄ ſtat q̄ lʒ ꝑ talia pacta alter grauetur in illo: tamē releuetur i alio vt non ſit iniquitas ibi.

## Queſtio. LXXXIX

